This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Princeton University Library
32101 075994671

RECAP

Digitized by Google

0412
354f
v.2

Library of



Princeton University.

Presented by

Mr. Junius S. Morgan.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE
LEOPOLDINAE

SIVE

SVPPLEMENTI AD CATALOGVM

CODICVM GRAECOR. LATINOR. ITALICOR. ETC.

BIBLIOTHECAE LAVRENTIANAE

TOMVS SECVNDVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
LEOPOLDINA LAVRENTIANA
SEV
CATALOGVS MANVSCRIPTORVM
QVI IVSSV
PETRI LEOPOLDI
ARCH. AVSTR. MAGNI ETR. DVCIS
NVNC AVGVSTISSIMI IMPERATORIS
GERM. HVNG. ET BOIOHEMIAE REGIS ETC.
IN LAVRENTIANAM TRANSLATI SVNT.

QVAE IN SINGVLIS CODICIBVS CONTINENTVR
AD QVODVIS LITTERATVRAE GENVS SPECTANTIA
ACCVRATISSIME DESCRIBVNTVR
EDITA SVPPLENTVR ET EMENDANTVR.

ANGELVS MARIA BANDINIVS
REGIVS BIBLIOTHECAE PRAEFECTVS
RECENSVIT ILLVSTRAVIT EDIDIT.

TOMVS II.

FLORENTIAE TYPIS REGIIS MDCCXCII.

PRAESIDIBVS ADNVENTIBVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE
GADDIANAE CODICES RELIQVI
OLIM MAGLIABECHIANI
NVNC LAVRENTIANI

C O D E X I.

T. LIVII DECAS I. ITALICE TRADVCTA.

Iti Livii Patavini Decas prima in Italicum sermonem ab Anonymo translata, cum Indice Capitum in principio, qui tamen imperfectus est; desinit enim in Capite ultimo Libri III. quatuordecim foliis vacuis ad illum prosequendum relictis. Hunc excipiunt declarationes quarumdam vocum ad Romanae Historiae intelligentiam conferentes. Prologus inc. *Io non so al tutto bene chontare s' io fo alcuna utilità scrivendo le storie del popolo di Roma, dal cominciamento della Città*. Des. *che se quelli che scrivono le storie avessero il costume de' Poeti, più volentieri comincierei con buono augurio et con preghiere delli Dii, e delle Dee, ch' al cominciamento di sì grand' opera mi fossero graziosi e benigni*. Tum sequitur titulus: *Incomincia illibro dello eccellentissimo racontatore delle storie del popolo di Roma Tito Livio Padovano, il quale fiorì al tempo d' Ottaviano Aghusto secondo Imperadore di Roma, et è il primo libro della prima Deca, dove comincia la prima rubrica, e primieramente, come Antenore Troiano, e cierta gente venne in Italia, ed abitò nel paese, ove ogi è Vinegia*. Decadis Liber I. inc. *Cosa assa ciertamente e saputa, che poichè Troia fu presa, li Greci usaro crudeltà verso li altri Troiani, e perdonaro ad Enea et ad Antenore, perciocchè tutto giorno aveano albergato in casa loro li Ambasciadori de' Greci, quando erano mandati a Troia, e che al presente aveano messo assanno et pena a fare pacie et a consigliare ch' Elena fusse renduta*. Liber X. des: *salvo tanto che uno dì fu facta suplicazione a Esculapio. Quì finiscie* (rasura est in Codice) *di Tito Livio Pattavio delle Storie Romane*.

Codex chartaceus MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum titulis Capitum rubricatis, & initialibus alternatim caeruleis, ac rubris. Constat foliis scriptis 192.

DECRETVM GRATIANI.

Cod. II.

CConcordia discordantium Canonum, seu Decretum Gratiani cum Expositione, seu Postilla Barptolemaei Brixiensis, & aliorum, ut in Codice I. Plutei I. Partis sinistrae Bibliothecae S. Crucis, Catalogi nostri Latinorum Codicum Tom. IV. p. 21.

In principio huius Codicis adsutus fuit integer quinternio, manu diversa, & aliquanto recentiori exaratus, in quo continentur *Paleae Decretorum*, ita enim in fine denotantur. Inc. *Distinct. V. ante Capitulum quod incipit si mulier, inseri debet sequens Palea: Quum enixa fuerit mulier, post quot dies intrare debeat Ecclesiam &c.* Des. *quod dicunt quidam esse paleam*.

In calce Codicis depicta sunt schemata adfinitatis, & consanguinitatis. In vacuis autem membranis, quae tam in principio, quam in fine pro Codicis custodia adsutae sunt, memorabilia quaedam leguntur, videlicet. I. *Versiculi quinque argumenta Librorum Decretalium indicantes*, qui ita se habent:

Pars prior officia parat, Ecclesiaeque ministros,
Altera pars testes, & cetera iudiciorum,
Tertia de rebus, & vita Presbyterorum
Dat formam, recte nubere quarta docet,
Quintaque de viciis, & poenis tractat eorum.

II. *Ordinatio facta per Dn. Innocentium Papam VI. super remissione collationum Beneficiorum*

MAR -91909 243164

Digitized by Google

ciorum Ordinariis quibuscumque, data XVII. *Kal. Febr. Anno X.*, & alia monumenta, quae annos MCCCXLVI. & MCCCCI. praeseferunt, nullius tamen momenti.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum initiali littera inaurata, in cuius fine litteris grandioribus subscribitur *Iehan Nicolaus*, qui forte scriptor est ipsius Codicis. Constat foliis scriptis 310.

GREGORII IX. DECRETALES CVM GLOSSA.

Cod. III. GRegorii Papae IX. Decretalium Libri V. cum Glossa perpetua marginali, praevio Indice, & Librorum summario, cum iisdem versiculis supra relatis. Textus quoad initium & finem concordat cum Codice X. Plutei I. Partis sinistrae Bibliothecae sanctae Crucis, Catalogi nostri Latinorum Codicum Tom. IV. pag. 28. Glossa vero, quoad initium diversa, inc. *Gregorius Episcopus servus &c. Quia qui maior est vestrum, fiat sicut minister vester &c.* Desunt enim in hoc Codice quaedam in principio, quae inibi Praefationis loco praemittuntur. Finis vero Glossae concordat cum illo.

In ultima pagina quaedam sunt exarata, in quibus agitur de Episcopi Quinquecclesiensis cum suis Canonicis dissensione, initio ac fine destituta, quae ex alio fortasse Codice discerpta, pro huiusce integumento adsuta fuerunt.

Codex membranac. MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis, optime servatus. Constat fol. scriptis 247.

BRVNECTI LATINI THESAVRVS.

Cod. IV. I. pag. 1. OPus, cui titulus: *El Tesoro di Ser Brunetto Latino di Firenze, e parla del nascimento, e della natura di tutte le cose.* Caput I. inc. *Sicome el Signore che vuole in uno luogo ammassar cose di grandissimo valore.* Caput CXIV. & ultimum, cui titulus: *De la natura che cosa è, e come ella adopera nelle cose del mondo*, des. *ma egli diviserà prima le parti, e l' habitationi de la terra.* Vt in Codice XIX. Plutei XLII. Bibliothecae Laurentianae, Catalogi nostri Tomo V. pag. 186.

II. pag. 18. b. *El Mappamundi.* Inc. *Quì si comincia lo libro ch' è appellato Ysidoro, lo quale compiloe sancto Ysidoro, et appellato Ysidoro; et imperciochè traslatato del libro che parla del Mappamundi, il quale fue composto per dimostratione, com' era il mondo ordinato, ad insegnamento et doctrina di molti huomini, che non anno copia, nè sofficienza di Libri delle nature dele cose del mondo = Mondo viene tanto a dire, come da tutte parti commosso; imperciocch' egli è sempre in movimento.* Des. *et ritorna al suo conto, ciè a divisar la natura degli animali, e primieramente deli pesci, che prima fuoro facti, secondo l' ordine deli* VI. *giorni.*

III. pag. 32. b. *El Libro degli animali, e di loro natura, et prima de li pesci.* Inc. *Li pesci sono senza numero, contuttochè Prinius* (lege *Plinius*) *non ne conti se non* CXLIIII. *per nome, e sono di diverse maniere.* Desinit imperfecte in verbis: *allora vengono li cacciatori e fanno ....* quae iuxta divisionem memorati Codicis pertinent ad penultimum Caput primae Partis, quod agit *de Vnicorno.*

Codex membranac. MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum initiali littera inaurata, & auctoris effigie in ipsa depicta, in fine mutilus, apposito possessoris nomine. nimirum, *Liber mei Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia.* Constat foliis scriptis 40.

IOANNES TORTELLIVS DE ORTOGRAPHIA.

Cod. V. IOannis Tortellii Arretini Commentarii Grammaticales de orthographia dictionum e Graecis tractarum, cum Prooemio ad Nicolaum V. Pont. Max. ut in Codice CXC. Bibliothecae Aedilium maioris Ecclesiae Florentinae, Tomo superiore pag. 498.

Codex chartaceus MS. in fol. Saec. XV. diligentissime exaratus, optimeque servatus, cum prima pagina undequaque in margine exornata, & initiali littera inaurata, in qua auctor ipse Volumen suum Pontifici offerens exhibetur depictus. Constat foliis scriptis 455.

CAIETANI THIENAEI COMMENTAR. IN LIB. ARISTOTELIS DE ANIMA.

Cod. VI. SIne ullo titulo Expositio inc. *Bonorum honorabilium &c. Hic liber qui de Anima inscribitur est sextus in ordine Librorum Naturalium Aristotelis, dividitur autem in duas partes, scilicet Prooemium & Tractatum &c.* Des. *tactus autem est ei* (sc. *animali*) *necessarius per se pro quanto qualitates tangibiles, quarum tactus est perceptivus, sunt per se de compositione animalis; non autem est sic de qualitatibus sensibilibus, & alios sensus. Et in hoc fit finis expositionis Libri de Anima secundum eximium Doctorem Dominum Cayetanum de Thienis ad laudem Dei omnipotentis &c.*

Caietanus iste de Thienis Vicentinus, fuit Canonicus Patavinus, & claruit anno MCCCCXXX. Scripsit, praeter Commentarium, qui in hoc Codice continetur, etiam alios, in Aristotelis Libros Physicorum, & de Caelo, ac Mundo. Differt autem ab alio Caietano de Thienis item Vicentino, auctore Ord. Clericor. Regularium Theatinorum, & Sanctis adscripto anno MDCXXIX. utpote qui uno circiter saeculo iunior fuit. Vide Fabric. Biblioth. Med. & Inf. Latinit. Tom. I. pag. 320.

Codex

Digitized by Google

Codex chartaceus MS. in fol. Saec. XV. exeuntis, binis columnis exaratus, in quo desunt nonnulla inter pag. 58. & 59. adsutis duobus foliis vacuis ad defectum supplendum. Constat fol. scriptis 108.

MISSALE ROMANVM.

Cod. VII. ORdo Missalis Fratrum Minorum secundum consuetudinem Romanae Curiae, praevio Calendario, cuius excerpta damus.

ANNVS habet menses XII. *septimanas* LII. *& dies unum, & habet* CCCLXV. *dies, & sex horas.*
Prima dies Iani timor est, & septima vani.

IANVARIVS habet dies XXXI. *Luna* XXX. *Nox habet horas* XVI. *dies vero* VIII.

	A.	*Kal.*	*IAn. Circumcisio Domini, S. Basilii Ep. & S. Martinae Virg. Dies Aeg.*
VIII.	f.	VIII.	*Id. Epiphania Domini dupl.*
			A Festo Stellae numerando perfice Lunam,
			Post quadraginta dies Septuagesima fiet,
			Et si bissextus fuerit, superadditur unus,
			Si cadit in lucem Domini, suppone sequentem.
	g.	VII.	*Id. Clavis Septuagesimae.*
X.	g.	XIX.	*S. Felicis in Pincis Presb. & Mart.*
	A.	XVIII.	*Kal. S. Mauri Ab. & Conf. Sol in Aquario.*
	d.	XV.	*Kal. S. Priscae Virg. & M.*
			Ante diem Priscae numquam deponitur alle.
VIII.	d.	VIII.	*Kal. Conversio S. Pauli. Semiduplex. Dies Aeg.*
VI.	g.	V.	*Kal. S. Agnetis secundo. Claves* $\overline{XL}$.
	A.	IV.	*Kal. S. Constantii Ep. & M.*
XIIII.	c.	III.	*Kal. Sanctorum Mart. Cyri, & Iohannis.*

FEBRVARIVS apud Hebraeos dicitur Scebat, apud Graecos dicitur Endicos.
Alterius mensis, quartum tertius ensis.

Februarius habet dies XXVIII. *Luna* XXVIIII. *sed quando est bissextus, habet dies* XXVIIII. *Luna* XXX.

	d.	*Kal.*	*FEbr. S. Severi Ep. & Conf. & S. Brigidae Virg.*
VIII.	g.	II.	*Non. S. Gilib. C. Dies Aeg.*
II.	f.	IV.	*S. Scholasticae Virg.* Additum alia manu: *Consecratio Ecclesiae S. Miniatis. Semiduplex.* Tum alia manu subiicitur: *La decta Consecratione di S. Miniato è a di* 10. *di Febbraio, scilicet* IV. *Id. Febr.*
XVIII.	c.	XVI.	*Kal. Martii. S. Valentini Episc. & Mart. Vltimus terminus Quadragesimae.*
VII.	d.	XV.	*Kal. Sol in Pisce.*
	d.	VIII.	*Kal. Cathedra S. Petri.*
			Praeveniens Cathedram dat tardius alle vacare.
			Cedit hiems retro cathedrato Simone Petro.
VI.	A.	IV.	*Kal. Dies Aeg.*

MARTIVS apud Hebraeos dicitur Adar, apud Graecos Diston.
Martius in prima cum quarta dividit ad ima.

Martius habet dies XXXI. *& Luna* XXX. *Nox habet horas* XII. *& dies* XII.

III.	d.	*Kal.*	*MArt. S. Herculani Ep. & Mart. Dies Aeg.*
	c.		*Nonis. Sanctarum Martyr. Perpetuae & Felicitatis.*
			Post nonas Martis ubi sit nova Luna require,
			Vnde dies Domini tertia Pascha tenet.
	f.	VI.	*Id. Claves Paschae.*
	d.		*Idib. Aequinoctium.*
	g.	XV.	*Kal. Sol in Ariete.*
	c.	XII.	*Kal. S. Benedicti Abb. Post festum S. Benedicti ubicumque* XIIII. *Luna invenitur, in proxima Dominica Resurrectio Domini celebratur.*
			Si cadit in lucem Domini, suppone sequentem.
VI.	c.	V.	*Kal. Dies Aeg.*

APRELIS apud Hebraeos dicitur Yar, apud Graecos dicitur Sandicos.
Cui decimus cedit, undecimus Aprelis obedit.

Aprelis habet dies XXX. *Luna* XXVIIII. *Nox habet horas* X. *dies vero* XIIII.

II.	g.	IV.	*Id. Dies Aeg.*
X.	d.	II.	*Id. S. Iulii Papae & Conf.*
VII.	g.	XVII.	*Kal. Clavis Rogationum.*
XV.	b.	XV.	*Kal. S. Aniceti Pap. & M. Sol in Tauro.*
XII.	e.	XII.	*Kal. Dies Aeg.*
	g.	X.	*Kal. S. Soteris Papae & S. Gaii Papae & Mart.* (scriptum eadem manu) *obitus Fratris Aegidii.*
	b.	VIII.	*Kal.*
			Extrema Paschae tua decet passio Marce.
			Letaniae maiores, & ultimus terminus Paschae. Semiduplex.
XVII.	e.	VII.	*S. Marci Evangelistae.*

Digitized by Google

VII.	g. III.	*S. Petri Mart. de Ord. Praedicatorum. Claves Pentecostes.*

MAIVS apud Hebraeos dicitur Scribam, apud Graecos Arotiniscos.
Tertius aptat Maii, quod septimus aptat.

Maius habet dies XXXI. *&* *Luna* XXX. *Nox habet horas* VIII. *dies vero* XVI.

	c. VI.	*Non. SAnctorum Martyr. Macarii & Bondoni* (additum diverso charactere.)
XIX.	d. V.	*Non. Invent. S. Crucis. Semiduplex.* Tum alia manu, *& SS. Martyr. Alexandri, Eventii, Theodori, & Iuvenalis. Dies Aeg.*
II.	d. VI.	*Id. Sanctorum Martyr. Gordiani & Pimachi, & S. Calepodii Presb. & Mart.*
	e. V.	*Id. Prime Pentecosten.*
XVII.	e. VIII.	*Kal. S. Vrbani Pap. & M. Translatio S. Francisci. Ver fugat Vrbanus, aestatem Symphorianus. Dies Aeg.*

IVNIVS apud Hebraeos dicitur Thebath, apud Graecos Deseos.
Cui nil dena dabit Iunii quindena negabit.

Junius habet dies XXX. *Luna* XXVIIII. *Nox habet horas* VI. *dies vero* XVIII.

	c. VIII.	*Id. VLtimus terminus Pentecosten.*
I.	g. IIII.	*Id. Dies Aeg.*
	d. XVIII.	*Kal. Solstitium decimum Christum praeit, atque Iohannem.*
	g. XV.	*Kal. Dies Aeg.*
	c. XII.	*Kal. S. Silverii Pap. & M.*

IVLIVS apud Hebraeos dicitur Thannil, apud Graecos Pannios.
Terdecimus fortis Iulii sexdecim via mortis.

Iulius habet dies XXXI. *&* *Luna* XXX. *Nox habet horas* VIII. *dies vero* XVI.

VII.	e. III.	*Id. SAnacleti Papae & M. & S. Margaritae Virg. & Mart. Dies Aeg.*
	f. II.	*Id. Dies Caniculares.*
IIII.	a. XVII.	*Kal. Dies Aeg.*
XII.	c. XV.	*Kal. S. Symphorosae cum septem filiis suis. Sol in Leon.*
	e. XIII.	*Kal. S. Margaritae Virg. & Mart.* addita est manu diversa.
XIIII.	d. VII.	*Kal. S. Pastoris Presbyteri Cardinalis, & Conf.*

AVGVSTVS apud Hebraeos dicitur Ebal, & apud Graecos Ior.
Septimi prima furit, a fine secunda perurit.

Augustus habet dies XXXI. *&* *Luna* XXVIIII. *Nox habet horas* X. *dies vero* XIIII.

VIII.	c.	*Kal. AVgusti. Vincula S. Petri & SS. Machabaeorum Mart. Dies Aeg.*
	f. II.	*Non. S. Iustini Presbyteri.*
	b. VII.	*Id. S. Donati Ep. & Mart. &* (manu diversa) *Alberti.*
	f. XV.	*Kal. S. Agapiti Mart. Sol in Virgine.*
VIII.	d. III.	*Kal. S. M. Felicis & Audacti. Dies Aeg.*

SEPTEMBER apud Hebraeos dicitur Misi, apud Graecos Zelos.
Tertia turbatur Septembri dena minatur.

September habet dies XXX. *&* *Luna* XXX. *Nox habet horas* XII. *dies vero* XII.

XVI.	f.	*Kal. SEpt. Sanctorum XII. Fratrum, & S. Aegidii Abbatis.*
V.	g. IIII.	*Non. S. Antonini M.*
	A. III.	*Non. Dies Aeg.*
I.	g. XVI.	*Kal. Sanctor. Mart. Luciae & Geminiani, & S. Euphemiae Mart.*
	A. XV.	*Kal. Sol in Libra.*
VI.	c. XI.	*Kal. S. Matthaei Apostoli & Evang. Semid. Dies Aeg.*

OCTOBER apud Hebraeos dicitur Marisan, apud Graecos Ypi.
Tertius Octobris nulli decimusque salubris.

Oct. habet dies XXXI. *Luna* XXVIIII. *Nox habet horas* XIIII. *dies vero* X.

V.	g. VI.	*Non. COnsecratio Ecclesiae S. Silvestri de Caspriano.* (additum alia manu).
XIII.	c. V.	*Non. Dies Aeg.*
II.	d. IIII.	*Non. Sancti Francisci Confessoris. Officium duplex.*
VII.	b. VII.	*Id. Sanct. Mart. Dionysii, Rustici, & Eleutherii.* Adiungitur diverso charactere *& S. Reparatae Virg. & Mart.*
	c. VI.	*Id. S. Cerboni Ep. & Conf.*
XV.	d. V.	*Id. Oct. beati Francisci. Sem.*
	d. XV.	*Kal. S. Lucae Evangelistae. Semid. Sol in Scorpione.*
XIIII.	A. XI.	*Kal. Dies Aeg.*
XI.	D. VIII.	*Kal. SS. MM. Grisanti & Da-*

Digitized by Google

Dariae. (additum alia manu) *& S. Miniatis M.*

NOVEMBER apud Hebraeos dicitur Caseu, apud Graecos Dios.
Quinta Novembris obest, nulli lux tertia prodest.

Novemb. habet dies XXX., *& Luna* XXX. *Nox habet horas* XVI. *dies vero* VIII.

d. *Kal.* NOv. *Festivitas omnium Sanctorum, & S. Caesarii Mart. Officium duplex.*
XIII. e. IIII. *Non.* non adsignatur Commemoratio Fidel. Defunct.
X. A. *Nonis Dies Aeg.*
b. VIII. *Id. S. Leonardi Conf.*
XVIII. e. VII. *Id. Passio S. Herculani.*
E. V. *Id. S. Theodori M.* (additum alia manu) *Dedicatio Basilicae Salvatoris.*
XV. f. IIII. *Id. Sanctor. Martyr. Tryphonis & Respicii, & S. Nymphae Virg.*
D. XVII. *Kal. Dedicatio Basilicae S. Mariae Transtyberim* alia manu.
f. XV. *Kal. Sol in Sagittario.*
XI. f. VIII. *Kal. S. Chrysogoni Mart.* (additum alia manu) *& S. Leonini Pap. & Mart.*
c. IIII. *Kal. Dies Aeg.*

DECEMBER apud Hebraeos dicitur Thebat, apud Graecos Apileos.
Haec dat bissena decimi septimi dona (sic).

December habet dies XXXI. *& Luna* XXVIIII. *Nox habet horas* XVIII. *dies vero* VI.

VII. E. VII. *Id.* S. *Ambrosii Episc. & Conf. Dies Aeg.*
IX. f. XVIII. *Kal. Solstitium decimum Christum praeit, atque Iohannem.*
XVII. A. XVI. *Kal. Sol in Capricorno.*
f. XI. *Kal. Dies Aeg.*

Accedunt ritus servandi in benedictione aquae. Series Missarum convenit cum aliis Missalibus recensitis Bibliothecae Aedilium Maioris Ecclesiae Florentinae; primo enim habentur Missae de Tempore, secundo Propriae Sanctorum, tertio de Communi.

Inter has postremas notanda est p. 292. b. Missa ad poscenda Suffragia Sanctorum, quam fecit Innocentius Papa Tertius, & p. 309. Missa pro cuius anima dubitatur, quae ita se habet: *Omnipotens & misericors Dominus inclina, quaesumus, venerabiles aures tuas ad exiguas preces nostras, quas ante conspectum maiestatis tuae pro anima famuli tui N. humiliter fundimus, ut qui de qualitate vitae eius diffidimus, de abundantia pietatis tuae consolemur, et si plenam veniam anima ipsius obtinere non potest, saltem vel inter ipsa tormenta, quae forsitan patitur, refrigerium de abundantia miserationum tuarum sentiat. Per &c.*

Secreta. *Suscipe, clementissime Pater, pro pia commemoratione filii tui N. hostiam placationis & laudis, & sacrificii praesentis oblatio ad refrigerium animae eius te miserante perveniat.*

Postcom. *Sumpsimus Domine Corporis & Sanguinis tui cum devotione mysteria, obsecrantes maiestatis tuae clementiam, ut & viventibus sit tutela, & defuncto famulo tuo obtineat veniam. Qui &c.* In Codicis autem tegumento notatum est manu recentiori: *Domenica a dì 26. Aprile 1478. in le 15. overo 16. hore fù in Palagio, fù in sancta Maria del Fiore intra le 14. e le 15. morì Giuliano de' Medici, & Francesco Nori. Missa celebravit Cardi.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum initialibus Missarum ritus solemnioris auratis, & coloratis, & cum perpulcra pictura ad Canonem Missae pag. 148. b. Christum e Cruce pendentem, multis ad latera figuris adstantibus, exhibente. Constat fol. scriptis 311.

S. GREGORII MAGNI HOMILIAE XL. ITALICE REDDITAE &c.

Cod. VIII.

I. pag. 1. PRaecedit Prooemium, quod inc. *Allo reverendissimo e santissimo fratello Sechondino Veschovo, Greghorio Minimo servo de' servi diddio. Io tralle sante solenitade delle Messe ò esposte quaranta Lezioni &c.* Homilia I. inc. *Il nostro Singniore e Redentore, fratelli charissimi, desidera trovarci aparechiati, anunzia quanti mali seghuitano il mondo già invechiante &c.* Vltima des. *ricieviate sanza faticha letterne alleghrezze. Amen.* Exstant & in Codice IV. Plut. XXXVII. Biblioth. Laurent. Vide Catalogi nostri Tom. V. p. 3.

II. pag. 105. *Origiena.* Hoc titulo indicatur Homilia Origenis in Evangelium, quod legitur in Dominica Resurrectionis, Italice versa, interprete Anonymo. Inc. *Chome Maria istava al sepolchro e piangiea e lamentava. In prima avemo udito Maria al sepolchro stare, avemo udito Maria piangiere, e lamentare &c.* Haec versio licet aliquantum discrepet in principio, videtur tamen eadem esse cum illa, quae habetur in Cod. XXVI. Plutei LXI. praedictae Biblioth. (Catalog. Tom. V. pag. 254. §. VI.) sub nomine Magistri Zenobii de Guasconibus Ordinis Praedicatorum.

III. pag. 109. Liber, cui titulus, *Specchio della Croce*, auctore, ut comperimus, Fr. Dominico Cavalca Ord. Praedicatorum, constans Capitibus L. quorum praecedit Index, & Indici praemittitur Prologus.

Habes

Digitized by Google

Habes in Codice XXVIII. Plutei LXI. Catalogi nostri Tom. cit. pag. 257. §. XI. Prologus tamen est aliquanto longior in hoc Codice, quam in illo, & fortasse concordat cum editione, quam citavimus in not. (2)

IV. pag. 166. Expositio Orationis Dominicae, auctore S. Augustino, & in Italicum sermonem translata; ita enim inc. *Questa dispoxizione discrisse e conpose il ghrande ed eghregio Dottore Messere Santo Aghustino, essendo preghato da una sua spirituale figliuola chegli gli insengnasse orare iscrisse e disse: Dallungha sia dall' orazione il molto parlare, ma non vengha meno il molto preghare &c.* Des. *avete udito una senplicie esposizione del Paternostro, son cierto che vi exerciterete lanimo vostro da operare quello che il Singniore vi chomanda in questa santa Schrittura.* Auctor fortasse est huius Italicae interpretationis idem Fr. Dominicus Cavalca; diversa tamen est ab alia eiusdem Orationis Dominicae versione, quae legitur in dicto Codice XXVIII. loc. cit. §. X.

V. pag. 172. *Chopia dun Chapitolo levato de libro nono di Santo Aghostino de Civitate Dei al Chap. 15. del Mediatore diddio e delli uomini Iesus Christo.* Inc. *Tutti li uomini mentre son mortali è neciessario che loro sieno mixeri.* Des. *quanto più appieno ai inteso.*

VI. pag. ead. b. *Epistola di Santo Bernardo mandata a Messere Ramondo del Chastello di Santo Ambroxio sopra la chura familiare del ghoverno della Chasa.* Quoad initium & finem concordat cum illa Codicis X. Plut. XLII. Catalogi Tom. cit. p. 178. §. XXXI.

Codex chartaceus MS. in fol. Saec. XV. exeuntis, in principio aliquantum madore corruptus. Constat fol. scriptis 173.

TABVLAE NAVTICAE.

Cod. IX. COntinet hic Codex Tabulas VII. Nauticas, partim delineatas tantum, & partim depictas, & anno, ut apparet MCCCLI. confectas, quibus praecedit alia Tabula Lunaris, ad investigandum scilicet, in quo signo, & gradu sit Luna quolibet die.

Codex chartaceus MS. in fol. Saec. XIV. Constat Tabulis 7.

WITELLONIS PERSPECTIVA.

Cod. X. WItellonis e genere Turingorum Opus Magnae Perspectivae, cum Prologo ad Fratrem Wilhelmum de Morbeka, Libris X. comprehensum, & schematibus geometricis affabre delineatis in margine instructum. Quoad initium & finem concordat cum Codice XIV. Plut. XXX. Biblioth. Laurent. Catalogi nostri Tom. II. pag. 75. In fine huius Exemplaris legitur: *Scriptum fuit hoc Opus per me Cornelium de Merazel'* (1) 1221. *Amen.* Et paullo infra repetitur annus hoc pacto: 1221. *vigesima Maii.* Videre est quandoque in margine adnotationes quasdam manus recentioris, quibus Witellonis demonstrationes refelluntur.

Codex chartaceus MS. in fol. saec. XV. ineuntis, optime servatus. Constat foliis scriptis 410.

GVIDONIS PISANI CARMELITAE FLORES HISTORIARVM.

Cod. XI. COntinetur in hoc Codice Opus Italicum, initio mutilum, ac propterea auctoris nomine destitutum, quem tamen esse Guidonem Pisanum, Monachum Carmelitam, comperimus. Occurrit autem huiusce Operis aliud Exemplar in Codice XXXIII. Plutei LXI. Catalogi nostri Tom. V. pag. 260. sub titulo *Fiorita*; continet enim Flores Historiarum ex sacris, profanisque auctoribus excerptos, plurimis quoque mythologicis narrationibus insertis. Finis concordat ad amussim cum dicto Codice.

Codex chartaceus MS. in fol. Saec. XV. variis in locis detruncatus. Constat nunc foliis scriptis 44.

IVLII CAESARIS VITA.

Cod. XII. TItulus Operi praemissus ita habet: *Qui comincia li fatti de' Romani compilato insieme di Salustio & di Lucano. Questo primo libro est di Iulio Cesari.* Praefatio inc. *Ciascuno huomo acchui Dio à data ragione & intendimento si dee penare affare che non guasti lo tempo ozioso.* Des. *oramai è diritto e ragione che noi incominciamo a contare di Giulio Cesare, che fue lo primo Imperadore, che queste dingnitade onde noi avemo quì rinchiuse le ragioni fiano più leggiermente intese quando noi parleremo quì inanzi.* Caput I. inscriptum: *Sicome Iulio Cesare naque et per che modo,* inc. *Ghaius Iulus Cesar stette tanto nel ventre di sua madre, che convenne che lo ventre si sparasse inanzi chegli nuscisse, et trovossi al suo nascimento, chegli aveva molti grandi capegli, & perciò fu egli chiamato Cesari in sopranome &c.* Caput ultimum, cuius titulus est: *Come fue soppellito & arso lo corpo Caesari,* des. *di quelli chel fediro non ne visse nullo di loro più di quattro anni, ne unque nullo non morìo di sua morte, luno morìo in battaglia, gli altri annegharo in mare, tali fuoro chessi uccisero di quelli graffes medesimi ondegli aveano Cesari ucciso.* Tum subiungitur: *Quiueritta* (sic) *termina Sutone la vita & la gesta Cesari.*

Cod. membran. MS. in fol. Saec. XIV. ineuntis,

(1) Quinque, vel sex alii versus erant heic exarati, qui deinde penitus atramento obducti perierunt. Praeterea Codicis scripturam saeculo XV. ineunti referendam esse arbitrarer.

Digitized by Google

untis, binis columnis, cum titulis Capitum rubricatis, & litteris initialibus depictis, optime servatus. Constat fol. scriptis 224.

LEONARDI ARRETINI HISTORIA FLORENTINI POPVLI.

Cod. XIII. HIstoriarum Florentini Populi per Leonardum Arretinum virum excellentissimum ac doctissimum compositarum Libri XII. cum Prooemio, ut in Codice II. Plut. LXV. Biblioth. Laurent. Catalogi Tomo II. pag. 728.

Codex chartaceus MS. in fol. Saec. XV. madore corruptus, cuius prima pagina paene tota, evanida est, & in margine inferiori possessoris nomen habet adscriptum, sc. *Bernardi de Puccinis*. Constat fol. scriptis 204.

RASIS OPERA VARIA INTERPRETE GERARDO CARMONENSI.

Cod. XIV. I. pag. 1. TItulus primi Operis, qui ab exscriptore Codicis fuerat praetermissus, ita recentiore manu in summo margine suppletus fuit: *Incipit Liber qui dicitur Almansor a Magistro Gerardo Cremonensi in Toleto ab Arabico in Latinum translatus. Albubetri Rasis filii Zachariae Liber incipit, qui ab eo vocatur Almansor eo quod Regis Almansoris praecepto editus fuit*. Totum Opus dividitur in decem Libros, quorum primus incipit, & ultimus desinit, ut in Cod. XXII. Plutei LXXIII. Catalogi nostri Tomo III. p. 47. §. I. omissa tamen Praefatione, quae in illo praemittitur.

II. pag. 75. *Synonyma Almansoris*, seu interpretatio nominum Arabicorum, quae occurrunt in decem Rhasis Libris de re Medica ad Almansorem, ab eodem Gerardo Latine redditorum, per ordinem alphabeti. Inc. *Alhasef, idest, punctis rubeus, quasi pulicis morsus, & fiunt in omnibus membris*. Des. *Zegi, idest vitreolum. Zerostis. Zerusca*. Tum subiunguntur pauca quaedam *de Ponderibus*. Horum Synonymorum initium, ac finis diversus est in dicto Codice, pag. cit. §. IV.

III. pag. 79. b. Anonymi de ponderibus Medicis. Inc. *Obulus est una pars unciae*. Des..... *cannapis*.

IV. pag. ead. b. Occurrunt variarum herbarum virtutes, carmine heroico expressae, singularum nominibus in margine appositis. Incipiunt ab ea, quae dicitur *Aurea*, & quidem sic:

Aurea (nempe Aurea Alexandrina.)
Renes, rheuma, lapis, latus, & capud, algita nutrix,
Vis apoplè, dissinteria, tetraceusque,
Haec si quem laedunt, trifandit (1) *Aurea, cedunt.*

(1) Legi etiam potest *tibi fandit*.

Desinunt in herba *Trifera*, nimirum:
Trifera fert fructum mulieri cognita multum,
Trifera magna satis valet a matrice gravatis.
Sunt autem versus plusquam ducenti.

IV. pag. 81. *Liber Divisionum Almassoris*, translatus de Arabico in Latinum a praedicto Magistro Gerardo in Tolleto, ut in dicto Codice, pag. cit. §. II. cum quo concordat quoad initium & finem. Versio haec Latina plurimum variat ab illa sub eiusdem Gerardi Cremonensis nomine impressa Venetiis per Iacobum Bencium de Leuco An. MDVIII. fol.

V. pag. 111. b. *Verba Abuberti filii Zaccariae Arasi*, seu Antidotarium Rasis, ut in dicto Codice §. III. sed heic post confectionem Vnguenti Aegyptiaci, in quo ille desinit, subiiciuntur pag. 121. b. alia duo medicamina, nimirum *ad ulcera intestinorum, & ad ulcera in renibus*, necnon aliae interpretationes nominum Arabicorum apud Rhasim occurrentium, ordine alphabeti, quae inc. *Alcaris, idest cibus melatus. Alubari, idest plumbum. Alexix, idest medicamen penetrativum*. Des. *Sodarabam, interpretatur.... regis, & ipsa Basilicon originale, habens folia parva, & florem in summitate similem violis in colore*. Tandem manu Barptolemaei Vespuccii huiusce Codicis possessoris, subiungitur p. 122. b. Medicamentum pro morbo, qui dicitur *Noli me tangere*, ex Rogerii Capitulo VIII.

VI. pag. 123. *Tractatus Magistri Petri Hispani de oculis*, seu Opus medicum ad varias oculorum aegritudines curandas. Inc. *In nomine summi opificis, a quo omnes caussae procedunt caussaliter suum esse & originem contraxerunt &c.* Des. *acuitur visus, & oculi mundificantur a maculis, & visus observatur his supradictis*. Tum subditur confectio aquae *ad abstergendum oculum & confortandum visum*. Innuitur hoc Opus a Fabricio Biblioth. Med. & Inf. Latinit. Tom. IV. pag. 45. sub Articulo Ioannis XXI. sub cuius nomine varia huiusce Petri Hispani Opuscula circumferuntur.

VII. pag. 126. Fragmentum ad curationes febrium putridarum universales, ut videtur, ex Avicenna desumptum. Inc. *Scias quod intentio in medicando has febres quandoque revertitur ad febrilem partem &c.* Desinit imperfecte in verbis: *& opinor quod viro....* mutilatus est enim Codex in fine. In primis duabus, & ultima Codicis pagina habentur elenchi Capitum praedictorum Librorum, Barptolemaei Vespuccii manu descripti.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIII. binis columnis, optime servatus, cum aliquot notulis marginalibus ab alia manu, & nomine possessoris in prima, & ultima Codicis pagina, scilicet: *Bartholomei Vespucii Liber: emi a Paradiso anno* 1511. *l.* 2. *s.* 14. Constat foliis scriptis 127.

LE-

Digitized by Google

LEXICON GRAECOLATINVM.

Cod. XV.

INc. Aͭ *oh! exclamatio, sive interiectio exclamantis.*

ἀ *tanquam.*

ἄατος, ἀ'άτος. *insanabilis, illaesus, innocens.*

ἄαται *nocet ab ἄτω noceo, sive laedo.*

ἀάσθη *laesus est &c.*

ἀάσας pro ἄσας *nocuisti.*

ἀάσχετος *intollerabilis.*

ἄαπτος *intangibilis, vel innocuus, & cui non potest noceri.*

ἀατὲς *infrangibile.*

ἄβρα *ancilla.*

Des.

ὠθέω, ῶ *impello.*

ἐξωθῶ *expello.*

ὠθισμὸς *impulsus.*

Tum clausula: Δόξα τῷ ἁγίῳ Θεῷ Aμήν. *Gloria sancto Deo. Amen.* Τέλος ... (1) *scripsit & explevit die* XXIII. *mensis Februarii hora decimaseptima & in millesimo* CCCC68. *tempore quadragesimali.*

Codex chartaceus MS. in fol. Saec. XV. diligentissime scriptus, in cuius primo folio membranaceo, quod pro Codicis custodia inservit, adscriptum legitur: Γνῶθι σαυτόν. *Hic Liber est Petri Hyeronimi de Ciachis & amicorum eius. τὰ τῶν φίλων κοινά. Nunc vero Pauli Naldii & amicorum*, & in ipso tegumento in fine aliud hoc exstat monumentum: *Questo libro è di Madonna Nanna de' Nicholini, Adua fu di Piero de' Ciachi, et a lei sia renduto.* Constat fol. scriptis 290.

GVIDONIS CYRIACI DE MONTE PESVLANO, PETRI DE EBANO, ET ARNALDI DE VILLANOVA OPERA VARIA MEDICA, ET CHIRVRGICA.

Cod. XVI.

I. pag. 1. OPus primum Chirurgiam universam Guidonis de Cauliaco complectens, ita inscribitur: *Nel nome di Dio. Amen. Incomincia lonventario, overamente il collectorio nella parte di Cirugia, di Medicina compilato & compiuto lanno di Christo* MCCCLXIII. *per Guido di Ciriaco Cirusicho & Maestro nel preclaro Studio di Monte Pesulano.* Dividitur autem in Tractatus septem, Tractatus in Doctrinas, Doctrinae in Capita, quemadmodum eruitur ex diligentissimo ipsorum elencho, qui Praefationi adnectitur. Praefatio inc. *Poichè in prima io arò renduto gratia a Dio dante la vita perpetua delle anime et la sanità de' corpi = Apena è libero colui che fughi la reprensione; et però a me per solazo della senectu, et per exercitio di mente, a voi Sigg. Medici del Monte Pesulano, a Bologna, a Parigi, a Avignone, et spezialmente a voi popoli, i quali mi accompagnasti nel servigio di Romani Pontefici, co' quali udendo, legiendo, et operando, io fui notrito, observando la via del mezzo, con una moderata compendiosità ristrignerò i decti de' Sapienti, e spetialmente quello che tractarono in diversi libri di Cirurgia &c.* Tractatus primus inc. *Perchè secondo Galeno lume de' Medici nel Lib.* 17. *del utilità delle particule Cap. penultimo, quattro sono le comodità della Anotomia &c.* Vltimus des. *tempo è già finire questo Sermone, supponendo a colui che in esso navicando lancora nella celeste gloria tirando aluoghi lanime fedeli, la qual cosa a me et a tucte laltre genti concedere degni esso & Yesù Christo benedecto che vive & regna &c.* Tum sequitur Conclusio: *Finito è illibro di Guidone in Cirurgia solenne pratico, nel quale esso tractando particularmente quanto apartiene al Cirugico & generalmente pone rimedii electi e scielti de' decti degli antiqui Savi & sua precessori.* Tam huius, quam sequentium Opusculorum interpres est Anonymus.

II. p. 129. *Tractato de' Veleni composto da Maestro Piero d' Ebano Medico famosissimo.* Praecedit Prologus, cuius initium est: *Al Reverendissimo in Cristo Padre et Signore Signore N. per divina providentia Sommo Pontefice, Piero da Abbano minimo de' Medici con devotione. El presente Tractato de' Veleni da voi chiestomi, non meno utile, che brieve, per satisfare al mio debito et per ubbidire alla Sanctità Vostra ec.* Opus inc. *Perchè il veleno è opposito al cibo del nostro corpo ec.* Des. *dipoi suggella lolibano, quando è nel segno Scorpione, et diasi lolibano pesto al patiente, et vale al veleno.* Constat Capitibus LXXXIV. quorum Index Opus ipsum subsequitur. Petrus hic de Apono, sive Abano, vico agri Patavini, natus est ann. MCCLIII. defunctus vero ann. MCCCXVI. Eius Opera recenset Fabric. Biblioth. Med. et Inf. Latinit. Tom. V. pag. 241. seqq. ubi etiam variae editiones huiusce Libelli de venenis, eorumque remediis enumerantur.

III. pag. 138. *Tractato delle Morici facto da Maestro Arnaldo da Villanuova.* Inc. *Certa cosa è che observando el reggimento buono della vita sopradecto la vexatione et molestia delle morici o al tucto cesserà, o sì leggieri sarà, che poco si potrà cognoscere.* Des. *o veramente si bagni un poco di panno lino nell' olio violato, et mettasi nel culo, quanto soavemente si potrà.* Ex adlato initio videtur fragmentum esse Operis longioris. Apud Fabric. loc. cit. Tom. I. pag. 137. artis Medicae, Philosophiae, ac etiam Poëseos laude insignis commendatur; medicinam professus est Barcinone circa annum MCCLXXX.

Codex membranaceus MS. in fol. saec. XV. ineun-

(1) Scriptoris nomen penitus abrasum est.

Digitized by Google

ineuntis, binis columnis, nitidissimo charactere exaratus, cum prima pagina auro variisque coloribus ornata, litteris duabus initialibus inauratis, et possessoris gentilitio stemmate in eius margine inferiori affabre depicto. Constat fol. scriptis 139.

SERAPIONIS LIBER DE SIMPLICI MEDICINA &c.

Cod. XVII. TItulus initio Operis appositus in Codice ità habet: *Qui comincia il libro del Serapione delle Medicine semplici raccolto et traslatato da Simone Gianuensis, cioè da noi interpetrato Abusman giudeo Tortuensisis di lingua latina. Dice Serapione poichè &c.* Sive Serapionis Liber de simplici Medicina a Simone Ianuensi in latinum sermonem conversus, interprete Abram Iudaeo Tortuosiensi. Inc. *Poichio vidi illibro di. D. et lo libro D. G. racholti nelle Medicine senplici sopra queste et quello che è necessario della loro scienzia, et viddi quelli libri suficienti in questo, sennon chelli erano sparti et sparti &c.* Des. *e rompe le ventositadi, e vale alla collica, et alla ventositade, e alli rutti acetosi.* Forte mutilus est, nam ex voce *Ellebori*, quae in inferiori margine postremae Codicis paginae adscripta est, indicatur initium quaternionis, qui sequi debuerat, ab hac voce incipiendus. Innuit hoc Opus Fabricius loc. cit. Tom. VI. pag. 189. De Simone vero Ianuensi vide Catalog. nostrum Tom. III. pag. 55. In primis duabus Codicis paginis, quae sunt membranaceae, habetur ab alia manu descriptus Index Capitum, quibus constat praedictus Liber.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis, imperfectus. Constat fol. scriptis 166.

SALLVSTII BELLVM CATILINARIVM ET IVGVRTHINVM ITALICE, INTERPRETE FR. BARPTOLEMAEO DE S. CONCORDIO, ET ALIA.

Cod. XVIII. I. pag. 1. POst Indicem Capitum duorum Sallustii Librorum de Bello Catilinario, & Iugurthino, qui priora tria Codicis occupat folia, occurrit sequens titulus: *Al Nome di Dio amen. Qui chomincia il Salustio* (suppl. *Catilinario*) *rechato in volgare per Frate Bartolomeo da Pisa de lordine de' Predichatori a peticione del Nero Chanbi di Firenze. E ponesi prima uno Proemio.* Concordat cum Codice XX. Plut. XLIII. Catalogi Tom. V. pag. 216. §. II. quem vide.

II. pag. 24. Sequitur Sallustii Bellum Iugurthinum ab eodem ut supra Italice redditum, ut in Codice VII. Plut. eiusd. Tom. cit. pag. 207. §. II. ubi corrigendus est error, qui typographi incuria inrepsit in principio huiusce historiae, quae ita debet incipere: *Io intendo di scrivere la guerra ec.*

Sequuntur deinde in hoc Codice versiculi:
Explicit autoris opus hic, finisque laboris;
Vnde Creatoris sint laudes omnibus horis.
Tum versiones Italicae illorum duorum distichorum, quae occurrunt plerumque in fine huiusce Libri in codicibus latinis, nimirum illius, quod inc. *Si cupis incertum &c.* & alterius: *Historiae Scriptor &c.*, quae ita se habent: *Tu che desideri di sapere, che non si sà di Giugurta. Sospinto dalla ripa di Tarpeia rovinò nel fondo. Lo Scrittore della Storia nega questo nelle Storie sue. Ma dicesi, che in prigione fue strangolato per le scelerate cose che fatte avea.*

III. pag. 60. *Questa è la diceria che fece Tullio contra Chatellina*, scilicet M. Tullii Ciceronis Oratio prima in Catilinam in italicum sermonem translata, forte ab eodem, ut supra. Inc. *Quando finalmente ti rimarai tu Chatellina d' usare in mala guisa la nostra paceficha sofferenza? quanto lungamente farà scherne di noi questo tuo furore?* Des. *e tutti coloro che sono nimici de' buoni huomini e rubattori di Italia, et entra se anno fatta felonesca compagnia di tutte scelerate opere, matterà vivi e morti con etternale tormento.* Initium, & finem huius versionis ideo protulimus, quia aliquantum differt ab illa, quae habetur in Codice XXVI. Plutei LXI. Catal. Tom. cit. pag. 254. §. V. Anonymo item interprete.

IV. pag. 66. Narratio quaedam, vulgo *Novella*, hac brevi introductione praemissa: *Quando gli huomini molte volte anno letto, e studiato in su alcuna lettura di vertude e di grande autorità, come è la passata, giova loro di leggere tali novelette, come è la sottoschritta; e perchè la fu vera, tanto è più piacevole.* Narratio ita inc. *Nel mese di Febraio negli anni del nostro Signore Idio* MCCCLXXII. *secondo uso e costume Fiorentino fu porta una letterra in Firenze al Fondacho d' Andrea di Segnino e compagni, sopraschritta in Bonachorso di Lapo Giovanni propio, compagno del detto Andrea &c.* Narrantur autem huiusce Ioannis, qui in Epistola se subscribit *Giovanni Alliberti Arcidiachono d' Argentina*, plures versutiae, quibus Bonaccursum praedictum, aliosque Florentinos cives decepit, quumque varia officiorum genera suis pollicitationibus ab ipsis, ut ita dicam, mercatus esset, tandem ab eorum conspectu se proripuit.

V. pag. 73. Compendium quoddam Historicum, ubi multa fabulosa de Fesuleae Vrbis aedificatione, & eversione. Inc. *Inperochè gli uomini che sono ogi abiano per molta antichitade dimentichade alquante belle storie e dilettevole ec.* Des. *La Città di Fiesole fue chiamata Fiesola, perchè fu la sola e la prima Città avesse le parti de Oropia. Pistoia, come detto è, ebe nome Pistoia, per la mortalità e pistolenza che si fu. E Firenze per Fiorino, e Roma per Romolo, sicome apare ordinatamente adrieto.*

Digitized by Google

VI. pag. 81. Virgilii Aeneidos Libri XII. Italice versi ab Andrea Lanceae filio (1) cum Prologo interpretis ad quemdam amicum suum (2), qui inc. *Arbitrasti che gli excellenti fatti, elle vertudiose opere degli antichi Romani, sicome erano degne di perpetuale memoria, così erano degne dessere esenpro e dottrina di noi &c.* Des. *lo quale libro Frate Nastagio dellordine de Frati Minori, huomo discreto ellitterato con molta fatticha recchò di versi in prosa, lasciandone certa parte, sanza la quale gli parve, che questo libro sofficientemente potesse stare; e io poi adistanza di te non molto lievemente di gramaticha in volgare traslatati. Tutto questo libro* (intellige librum Aeneidos primum) *contiene come li Troiani colloro Duca venono in Libia.* Liber I. inc. *Dellaspre battaglie io Vergilio in versi narro i fatti di quello huomo, il quale fugito, prima venne delle contrade di Troia, e in Italia fatatamente venne alli lidi di Lavina. Colui fu molto gittato per terra e per mare, per forza degli Dii, per la ricordevole ira della chrudele Iuno &c.* Liber XII. des. *A Turno si disolvonò per lo freddo li menbri, ella vita con gemiti fuggie indegnata per lonbre.* Tum subscriptio: *Chonpiuti sono i dodici libri del Vergilio, li quali Frate Nastagio delordine di Frati Minori rechò di versi in prosa, e la detta prosa della gramaticha Ser Andrae di Ser Lancia traslatò in piacevole volghare assai adornatamente a priegho dalchuno suo amicho.*

Manus Scriptoris salvetur omnibus horis.

Tu che chon questo libro ti trastulli,
Con la lucerna fa' che non sazuffi,
Rendimel tosto, e guardal da' fanciulli.

VII. pag. 123. Carmen Italicum Anonymi Ogdoadibus LIX. (vulgo *ottave rime*) constans, inscriptum *Frottola*, cui sequens brevis introductio praemittitur: *O tu lettore che diletto ai preso della inantipassata storia del serenissimo poeta Vergilio, no avere a sdegno dilegere la sottoposta frottola, e perchella sia alla venerabile storia apichata, non se ne vergogna, perchella d'essere in vivanda fa ragione, come la carne secca col chapone.*

Inc.

Suona per me Apollo una fiata
Più dolcemente, che sonasse mai
L'alta tua Cetra degna e honorata,
Chon quelle melodie, che tu ti sai,
Per modo chogni storia passata,
Chome a subgetti e chari spesso fai,
El canto mio dimostra col tuo suono
Al piacer di chi lode bello e buono.

Des.

Inteso avete omai come chantare
Vi posso della Bibia e de' Troiani,
Dalba di Roma, e dogni loro affare,
Dallesandro, de' Greci, e de' Tebani,
Et ogni storia qual bella vi pare,
De' Paladini lottavo (3) e de' Pagani,
Ogni aventura in rima, o novelletta:
Chiedete omai la qual più vi diletta.
Quì finisce la presente frottola. Deo gratias. Amen.

Haec ultima stropha est veluti totius Carminis epilogus, in hoc enim Poëta nil aliud agit, quam multiplices historias, tam sacras, quam profanas attingere, quas ad nutum auditoris se versibus prosequuturum promittit.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, cum adnotationibus variis eiusdem scriptoris ad Virgilii Aeneidem. Constat fol. scriptis 129.

DECISIONES ROTAE ROMANAE.

I. pag. 1. NOvae Decisiones Rotae Romanae per Dominum Bertrandum de Arnassano Sacri Palatii Caussarum Auditorem compilatae, & a quodam Guilielmo Horbork Decretorum Doctore collectae & descriptae ab anno MCCCLXXVI. usque ad annum MCCCLXXXI. ut patet ex ipsa Introductione, quae ita inc. *In nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis eiusdem* MCCCLXXVI. *die Mercurii* XXX. *mensis Ianuarii, Pontificatus Gregorii Papae XI. anno* VI. *de voluntate & unanimitate omnium Dominorum meorum Coadiutorum Sacri Palatii Apostolici pro tunc in Rota sedentium, videlicet Roberti Stractonii Legum, Arnoldi Terroni Decretorum, Galliardi de nova Ecclesia Decretorum, Ioannis de Voayrolis Legum, Nicolai de Cremona Decretorum, Petri Zambonis Decretorum, Aegidii Bellemer, utriusque iuris; Bertrandi de Alanio Legum, & Ioannis de Amelia Legum Professorum, sedentium etiam tunc in Rota cum dictis Dominis Auditoribus, & consentientibus Reverendo in Christo P. D. Bertrando Episcopo Pempileonensi Legum Doctore, olim praedicti Palatii Caussarum, tunc vero contradictorum Audientiae Domini nostri Papae Auditore. Ego Gulielmus Horbork Decretorum Doctor minimus, ac inter Dominos nostros Auditores praedictos iunior, Conclusiones, sive Determinationes infrascriptas quorumdam dubiorum, in quibus finaliter omnes, vel maior pars Dominorum meorum, & haec sub correctione & emendatione omnium Dominorum praedictorum, & aliorum postea supervenientium remanserunt, ad perpetuam rei memoriam caepi colligere, & scribere, continuando usque ad annum Domini* MCCCLXXXI. *ad mensem Maii &c.* Sunt autem Decisiones numero CCCCLXXXVIIII. quarum praecedit exactissimum Summarium per Rubricas dispositum. In fine autem legitur: *Expliciunt Conclusiones Decisionum Rotae.* *Cod. XIX.*

II.

(1) Huius Andreae alias versiones Italicas vide in Catalogi nostri Tom. V. pag. 154. §. 11. & seqq.

(2) Forte est Gualterius, cui alia sua Opuscula inscripsit idem Andreas; ut videre est loc. cit.

(3) Legi etiam potest *Lottario*.

Digitized by Google

II. pag. 192. b. Sequuntur manu recentiore Constitutiones quaedam editae in Concilio Generali Constantiensi per Dominum Martinum Papam V. die XXI. Martii a Nativitate MCCCCXVIII. Pontificatus sui anno primo (1). Tituli ipsarum sunt *de Exemptionibus, de Vnionibus, de Fructibus medii temporis, de Simonia, de Dispensationibus, de Decimis, & aliis oneribus Ecclesiasticis, de Vita & Honestate Clericorum, Responsio fienda per Dominum Vicecancellarium*. Tum pag. 194. *Constitutio compilata in Concilio Constantiensi, & de illis, quae ibi edita fuerunt extracta*, quae inc. *Ad vitandum scandala, & multa pericula, quae conscientiis timoratis contingere possunt &c.* In hac declaratur, quod nemo teneatur vitare excommunicatum, nisi sententia huiusmodi excommunicationis fuerit a Iudice publicata, & denuntiata specialiter, & expresse &c. Tandem pag. ead. Constitutio de Iudaeis & Neophytis ex Concilio Basileensi desumpta, & per Iulianum (Caesarinum), Cardinalem S. Angeli, publicata sub anno MCCCCXXXVIII. cui adiicitur: *Sumptum per me Laurentium de Ridolfis de litteris originalibus sigillo pendente infrascripti Domini Cardinalis munitis*.

Codex chartaceus MS. in fol. min. partim Saec. XIV. exeuntis, & partim Saec. XV. Constat fol. scriptis 194.

GVIDONIS CARMELITAE FLORES HISTORIARVM.

Cod. XX.

COdex est anepigraphus, sed continet Guidonis Pisani Monachi Carmelitae delectus variarum historiarum veterum, vulgo *Fiorita*. Habentur autem priores tantummodo Libri duo, ut in Codice XXXIII. Plutei LXI. Catalogi nostri Tom. V. pag. 260. cum quo concordant, quoad Prologum, initium Libri I. & finem Libri II. sed in hoc deinceps sequitur aliud Caput, cui titulus: *Di Circie la quale sinamorò di Piccho, e perche modo essendo ella innamorata sel condusse a chasa &c.* quodque numero CLXXVII. designatur, relicta deinde tertia ferme Codicis parte vacua ad operis descriptionem prosequendam. In primis autem tribus foliis habentur Rubricae, uti vocantur, Capitum, quae in praedictis duobus Libris continentur. In folio autem membranaceo, quod pro custodia ipsius Codicis in principio adsutum est, depictus est Leo sedens, qui dextro pede gentilitium quoddam schema sustinet, capite galeato, cui supereminet faemina diademate redimita, dextra manu inscriptionem quamdam innuens, sinistra vero figuram humani cordis sustinens; inscriptio grandioribus litteris aureis expressa ita habet:

.N. JO. A. JO. M. E. A.

spatium illud vacuum, praedictae faeminae caput occupat: praeterea litteris JO. prioribus, & litterae E. superposita est corona Ducalis.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, imperfectus. Constat fol. scriptis 102.

S. CYPRIANI OPERA VARIA.

Cod. XXI.

SCaecilii Cypriani Opera eodem prorsus ordine, quo habentur in Codice XXII. Plutei XVI. Biblioth. Laurent. Catalogi Latt. Codd. Tom. I. pag. 267. §. I. & seqq. videlicet.

I. pag. 1. Caecilii Cypriani Episcopi & Martyris inclyti Liber de Habitu Virginum.

II. pag. 6. Eiusdem de Lapsis.

III. pag. 14. Eiusdem de Ecclesiae Catholicae Vnitate.

IV. pag. 21. Eiusdem de Dominica Oratione.

V. pag. 28. b. Eiusdem de Mortalitate.

VI. pag. 34. Eiusdem de Opere & Eleemosynis.

VII. pag. 40. b. Eiusdem de Bono Patientiae Liber.

VIII. pag. 46. Eiusdem de Zelo, & Livore Liber.

IX. pag. 49. Eiusdem ad Demetrianum Liber.

X. pag. 55. b. Eiusdem de origine, & generibus Idolorum, & de vero Deo.

XI. pag. 58. Eiusdem ad Donatum exhortatio.

XII. pag. 61. b. Eiusdem de Sacramento Christi Libri duo ad Quirinum.

XIII. pag. 76. Eiusdem de Disciplina Christiana Liber unus ad Quirinum.

XIV. pag. 91. b. Eiusdem ad Fortunatum Liber de bono Martyrii. Lege in pace, Frater charissime, hisque temporibus nostra tempora conferens, tacitus ingemisce.

XV. pag. 107. Eiusdem, & aliorum Epistolae, ut in cit. Cod. §. XV.

XVI. pag. 182. b. Eiusdem Tractatus adversus Iudaeos.

XVII. pag. 184. Eiusdem aliae Epistolae duae, nimirum:

i. Fortunato & aliis.

ii. Rogatiano Fratri.

XVIII. pag. 185. Oratio Cypriani, quam sub die passionis suae dixit.

XIX. pag. 186. b. Eiusdem Coena.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XV. aquis pluvialibus aliquantum maculatus. Constat fol. scriptis 189.

(1) Vid. *Hermanni Vander Hardt magnum Oecumenicum Constantiense Concilium* sex Voluminibus comprehensum in fol. Francofurti & Lipsiae MDCC.

Digitized by Google

PAVLLVS OROSIVS.

Cod. XXII. PAulli Orosii Hispani adversus Paganos Historiarum Libri VII. Italice redditi ab Anonymo. Praecedunt rubricae Capitum totius Operis. Titulum praefert: *Incomincia illibro di Paolo Orosio Prete racontatore distorie, compilato in VII. Libri. Nel primo appare la distinzione del mondo e chome situato e circhundato dallaqua, e detto libro fe a richiesta di santo Agostino.* Deinde post brevissimum Prologum Liber I. inc. *A' tuoi comandamenti, Padre santo Agostino, in fare questo libro ò io ubbidito. Volesse Iddio che così compiutamente come vorresti, io lavessi fatto, avegniaddio che, in quanto io ò potuto, l' ò fatto, tu medesimo ai già dubitato, se quello, che ai comandato si possa bene fare &c.* Liber VII. desinit in verbis: *e Piacilia sirochia d' Onorio Imperadore, la quale onoratamente e onestamente tralloro aveano tenuta, renderono al fratello, e oferse il pericolo suo alla....* desunt enim pauca quaedam in fine propter unius folii abscissionem in Codice.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, in fine mutilus. Constat fol. scriptis 111.

D. GREGORII MORALIA IN IOB INTERPRETE ZENOBIO DE STRATA.

Cod. XXIII. COdex est initio mutilus; continet autem aliquot Libros Moralium D. Gregorii Magni in Iobum, in sermonem Italicum translatos a Zenobio de Strata, scilicet a Capite XXX. eoque non integro Libri IX. usque ad totum Librum XIX. Prima Codicis verba sunt..... *misericordia universalmente di tucti; quasi come diciesse apertamente, de perchè sto io in tremore di me medesimo, conciosiach' io sono cierto chettu raccolgli ad te ongni giente &c.* Liber XIX. des. *cioè io fui occhio al cieco, e piede al zoppo. Amen. Finito illibro diciannovesimo delle Morali di sancto Gregorio.* Tum subditur notitia scriptoris hoc pacto: *Finiti tutti i libri dicienove delle Morali di sancto Gregorio sopra il Giobbo per Messer Zanobi da Strata a pitizione del grande Sinischalcho delli Acciaiuoli Cittadino di Firenze, a laude e onore di Christo Iesu, e della sua dolcissima Madre Vergine Maria. Amen.* Memorat hanc Italicam versionem Fabricius Biblioth. Med. & Inf. Latin. Tom. VI. pag. 333. eamque adserit impressam fuisse Florentiae an. MCCCCLXXXVI. in fol. Differt autem aliquantum ab alia versione, quam exhibet Codex LXXXIX. Plutei LXXXIX. super. Bibliothecae Gaddianae, qui priores Libros XII. tantum continet, ut videre est Catalogi nostri Tom. V. pag. 325.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XV. ineuntis, aliquantum pluvialibus aquis maculatus. Constat fol. scriptis 230.

AVICENNA.

Cod. XXIV. AVicennae Canonis Medicinae Libri III. scilicet primus, secundus, & quartus, qui quoad initium, & finem concordant cum Codice XIV. Plutei LXXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. III. pag. 32. ubi habentur omnes Libri quinque integri eiusdem Canonis. Titulus rubricatus primo Libro praemissus in nostro Codice ita habet: *Liber Canonis primus, quem Princeps Aboali Abinseni de Medicina edidit, translatus a Magistro Girardo Cremonensi in Tolleto.* Hanc versionem, eiusque varias editiones recenset Fabricius Biblioth. cit. Tom. III. pag. 39.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. accurate scriptus, optimeque servatus, cum initialibus singulorum Capitum auratis, & coloratis, & cum figuris non inelegantibus, aliisque picturis marginem undequaque exornantibus paginarum, ubi initia incidunt singulorum Librorum; in calce vero paginae primae, quae pro Codicis custodia inservit, legitur: *Visto per me Kaetano Bardella a dì 9. di Marzo* 1465. in altera autem quae subsequitur, elegantissima exornata pictura, videre est etiam stemma possessoris gentilitium. Constat fol. scriptis 396.

FRANCISCI PETRARCHAE LIBER DE VIRIS ILLVSTRIBVS ITALICE.

Cod. XXV. TItulus ità habet: *Libro intitolato de Viris Illustribus facto et composto da Messer Francesco Petrarca Poeta Fiorentino, et incomincia da Romolo fondatore di Roma.* Initium, & finis concordat cum Codice II. Plutei LXI. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. V. pag. 237. Licet autem huiusce versionis auctor ex Codice non adpareat, fuisse tamen Donatum de Albansanis dictum Apenninigenam, patet ex nota (1), quam ad aliud Exemplar huius Operis apposuimus Catalogi nostri Tom. V. pag. 413. quam consule.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XV. aquis pluvialibus magna ex parte maculatus. Constat fol. scriptis 314.

BRVNECTI LATINI THESAVRVS.

Cod. XXVI. TItulus sequens est: *Questo Libro si chiama il Tesoro Maggiore, il quale fece Maestro Brunetto Latini di Firenze, e tratta della Bibia, e di Filosofia, et delle vecchie istorie ad ammaestramento di choloro che leggieranno.* Caput I. inc. *Questo libro è chiamato Tesoro, che sicome el Sengnore che vuole in piciolo luogho amassare cose di grandissimo valore, non per suo diletto, ma per*

Digitized by Google

per achresciere il suo podere, e per asichurare il suo istato in guerra e in pace, e mette le più care cose, e le più preziose che puote, secondo la sua buona intenzione &c. Caput ultimum, quod est CLXXII. & inscrib. *A sapere quando si chambia il tempo*, des. *tuttavia Domeneddio è Segnore che puote mutare queste cose &c.*

In primo folio adscripta leguntur nomina possessorum ita: *Di Locto e Iachopo di Duccino di Locto di Iachopo vochato Giachetto di Duccio vochato Duccino di Ghuido vochato Malabocca di Ghuidalocto Mancini*; deinde recentioris, nimirum: *Hoggi è nelle mani questo Libro a Lodovico di Antonio di Iacopo di Duccino di Lotto di Iacopo Mancini in Firenze*. Tum subiungitur schema gentilitium huius familiae, adscriptis verbis, hinc *vivat*, inde *semper*, superius *Mancini*, inferius *M. DLV.* In ultima quoque pagina legitur: *Questo Libro è di Duccio di Giachetto Mancini del popolo di S. Firenze*.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, & cum titulis Capitum rubricatis. Constat fol. scriptis 88.

BARPTOLEMAEI ANGLICI DE PROPRIETATIBVS RERVM LIBRI ALIQVOT.

Cod. XXVII. Codex est acephalus, & incipit a verbis ..... *Saturnus materiam conceptam in matrice, frigiditate sua & siccitate coagulat & condensat; Iupiter autem secundo mense spiritum, & membra tribuit &c.* quae, ut ex Codice III. Plutei XXI. Partis sinistrae Biblioth. Sanctae Crucis colligitur (integrum enim Opus complectitur) pertinent ad Caput *De motu Planetarum* Libri VIII. Desinit autem in verbis: *sic dulcedo, quasi ei contraria, coleram excitat atque nutrit, ut dicit Isaac in eodem Cap.* quae sunt postrema Libri XVII. Quare quum totum Opus constet Libris XIX. desiderantur in Codice priores Libri VII. & pars octavi, & Libri duo postremi. Arbitror autem alia multa deesse etiam in medio, quum inter pag. 53. & 54. quinque folia vacua inserta sint.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. variis manibus exaratus. Constat fol. scriptis 112.

SPECVLVM CRVCIS AVCTORE FR. DOMINICO CAVALCA.

Cod. XXVIII. Titulus Operis ita habet: *Questo Libro si chiama Spechio della Croce scritto in volgare a utilità di coloro che non sanno gramaticha*. Habes in Codice VIII. supra pag. 10. §. III. cum quo mire concordat.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XV. binis columnis, in cuius calce legitur: *Sia manifesto a chi legierà la presente iscrita chome questo libro chiamato Ispechio dela Chroce è dissuora Allessandra Monacha nel Monasterio dissanto Giuliano de lordine de Frati Predichatori, e chi lachata lo renda e preghi Idio per me misera pechatora. Deo gratias*. Constat fol. scriptis 67.

CANTALYCII SACRORVM HYMNORVM EXPOSITIO.

Cod. XXIX. CAntalycii Episcopi Pinnensis in Sacros Hymnos Expositio ad Reverendiss. *D.* suum Card. Carafium Neap. Praecedit Epigramma ipsius auctoris ad Librum suum, in quo agitur etiam de D. Io. Baptista Almadiano, praedicti Cardinalis a secretis, & ita habet:

Parvule Cantalyci, magnos aditure penates,
Sacraque Caraphii Principis ora liber,
Accipe quid iubeam. Prius ac celsa atria visas,
Et prius ac pulses, ambitiose, fores,
Exue Iunones vatum, fictasque Minervas,
Et quaecumque suo carmine monstra canunt;
Nam tibi de supero res est tractanda theatro,
Verbaque de Christi sunt facienda fide.
Inde a secretis pete protinus Almadianum,
Moenia Viterbi quem genuere, meum.
Principis ille sui secreta negocia tractat,
Et quidquid Dominus cogitat, ille sapit.
Iampridem Aonia praecinctus tempora lauro,
Gestat Apollinei signa decusque chori;
Nec minus et Crispi nitidas olet ille lucernas,
Divìdit & partes cum Cicerone suas,
Nomine cui nostro primum de more salutem
Dixeris, & nostro nomine tange manum.
Non est quod metuas, ne tu patiare repulsam,
Nemo magis facilis, nemo magisque pius.
Principis ille fores subito reserabit, & aulas,
Teque sui statuet protinus ante pedes.
Pollice sic etiam, scio, te laudabit utroque,
Vt non frauderis laudibus ipse tuis.
Vindicis officium tibi qui si praestat, & auram,
Acceptus cunctis, & studiosus eris.
Ante sed ut steteris tu Principis ora verendi,
Sis memor, ut mos est, flectere utrumque genu.
Hinc pius & supplex sacrae dabis oscula dextrae,
Qua puto sit toto sanctius orbe nihil.
Lectitet inde libens ut te quandoque, rogabis,
Si rerum adsidua mole vacare potest.
At tibi si meritas insperserit ille lituras,
Da veniam, poenas quod merearis habes.

Deinde occurrit haec Praefatio ad Cardinalem ipsum.

Ad Reverendiss. D. suum Card. Caraphium Neap. Cantalycii Episcopi Pinnensis in Sacrorum Hymnorum Expositionem Praefatio.

Quam fuerim semper, simque non minus tibi deditus, & quam tuorum morum addictus integritati ac sanctimoniae, & quanta numquam certe labentis memoriae observantia, tuam istam prosequar pietatem singularem, Reverendissime Domine, indicio sunt, non modo de te honorifici, quos apud omnes de te iugiter habeo sermones, verum nocturna de te fre-

Digitized by Google

frequentia, quae mihi obveniunt somnia, mirifice saepius indicarunt. Quibus omissis, ne scribendo quoque videar somniare, tale nuper de te habui somnium; quod tametsi, ut vates illa Lesbia deplorabat, non longa satis habeat gaudia, fuit mihi formosa luce candidius, atque omni, si quam usquam persensi voluptate suavius. Videbar enim mihi Romanam lucem repetere, qua per quinquennium nescio quae me fortuna privavit, atque omnium primum tuam dignitatem resalutare, manusque tibi sanctissimas exosculari. Tu vero, quid tu Romam insolens, quaerere videbaris; ut te, inquam, resalutarem, & tuo isto vultu sanctimoniae pleno refruerer aliquantisper. Et tu pergens, clientem tuum amanter interrogabas: Quid de tua illa Sacrorum Hymnorum Explanatione factum est? Vbi iacet, Cantalyce? Vbi premitur? Vbi friget? Nam quum labores tales tuos lectu dignissimos esse perceperim, Opus illud lectitare diu vehementer optavi. O inter terrae Principes omnium meritissimum, o Cardinalem Christianae Ecclesiae cardinem constantissimum, o Caraphiorum decus eximium, o Neapolis patriae tuae ornamentum consummatissimum! Non tu me de rebus inanibus, non tu me de saecularibus studiis, verum de his, quae Deum sapiunt percontabaris. Respondebam tibi lucubrationem meam inter auctoris sui Codices victitare, nec non ab amicis saepissime legi, & plurimum delectare, atque ab huius temporis impressoribus miro desiderio concupisci. Et tu rursus: Cura ut nos etiam tuas vigilias perlegamus. Video, Princeps generosissime, iam criticos praeparatos, si quis eorum haec legerit, qui me gnatonicae industriae criminabuntur, novumque aucupii genus excogitasse. Absit a nostro somnio malignus interpres; nam Trinitatem testor omnipotentem, non tibi haec blandiendi gratia me confinxisse, verum tuae clementiae Sibyllae folium absque mendacio recitare. Solutus deinde somno, quid mihi foret agendum etiam atque etiam cogitavi. Vicit tandem multas una sententia, ut tibi Opus nostrum describendum curarem, tuaeque amplitudini in nostrae erga te fidelissimae observantiae testimonium pro cordiali munusculo transmittendum. Nec erat profecto aliud ex scriptis nostris, quae plurima sunt, tuae dignitati gravissimae condonandum, quam ea, quae tuae insigni modestiae ac sanctimoniae convenirent. Scripsi namque Epigrammaton non pauca volumina, variis Italiae Principibus dedicata. Scripsi in Iuvenalis Satyras, Vrbini Duci, bonae memoriae Illustrissimo Guido, annis iam multis superioribus Commentarios destinatos; Iulio Caesari Varano, Camertium Principi, res eius gestas; in Persii Satyras Interpretationem, ad Franciscum Mariam Pontificem Viterbiensem; ad Ioannem Cardinalem Borgiam, Sexti Alexandri nepotem, vitam eius; ad Barptolemaeum Livianum, Ducem militiae strenuissimum, Bracchiani Oppidi defensionem; ad illustrissimum eumdem Vrbini, Ducem Federici Patris omnem militiam; ad Lucam Rheatinum eius strenuissimam defensionem pro Senensibus; ad Pontificem Maximum Iulium Secundum, Triumphum Bononiensem, cum reliquis eius gestis; ad Pontificem Maximum Alexandrum Sextum, spectacula Lucretiana; Grammaticas regulas, ad Augustinum Almadianum Viterbiensem, auditorem nostrum, quae impressores, magistrorum gratia illas saepius imprimendo defatigarunt, metricos Canones brevissime compositos, ad Cornelium Spoletinum; ad illustrissimum revera Ducem magnum Gonsalvum Ferdinandum Cordubensem, heroicum Opus, quod Gonsalvia inscribitur, de bis recepta Neapoli tua, cuivis nostrae aetatis Operi comparandum, et si fas est dicere, ex ordine veterum poëtarum usquequaque non explodendum. Scripsi postremo ad Cardinalem alterum Borgiam, Dominum meum, et iam affinem tuum, de Venatione Opus intactum, in quo, sumpto exordio ab origine mundi, omnia quae ad venationem attinent, iucundissime sum prosequutus; in quo etiam inclyti nepotes tui, qui ea delectantur, industria pro suis partibus sunt celebrati, ut eum dulcissimum Principem, cum reliquis Cardinalibus, cunctisque aliis clarissimis viris, maximisque Principibus venatoribus, ab immerita infamia vindicarem; ad Cardinalem Surrentinum super Psalmis quotidianis septem horarum Canonicarum Enarrationem, a Christiana relligione, ut puto, non aberrantem. Hoc autem Opus, quod super Hymnorum Sacrorum carmine elaboravi, ex consideratione tantae materiae, ad talem me compulit interpretationem. Quorum compositurum et nervos, quum inter septem Canonicarum horarum officia, quibus quotidie oramus; diligentius considerarem, ponderaremque, eosque multorum Presbyterorum ignorantia corruptos, depravatosque esse conspicerem, et quod magis ridiculum erat, in prosam ineptam tam nobile poëma iam esse redactum, visus sum mihi utilissimum viri officium, talibusque Presbyteris rem opportunissimam et quam gratissimam facturus, si tantum poëma, cum ex opificum fide atque auctoritate gravissimum, tum ipsa materiae amplitudine grandissimum, tam indignis maculis liberarem, et pro ingenii mei viribus interpretarer, ut nostrae Religioni communiter deservirem, et suae ignorantiae plurimos, quos dixi, Presbyteros admonerem, et aliquam eis in tanta caecitate lucem infunderem. Tibi itaque, Princeps generosissime, Opus iampridem elaboratum, somnio, quod antea memoravi admonitus, mitto, tuaeque sanctimoniae, severissimaeque censurae legendum, elimandumque committo, quoties a tantis negotiis Apostolicis aliquando tibi vacare contigerit; non tui docendi instruendique gratia, sed ut tui clientis, ut par est, aliquid accipias tributarium. Non merebatur tale Opus intenebris iacere ulterius, quod, ut inspicere potuisti, Evangelicae, Christianaeque fidei robora cuncta complectitur, ubi multa abstrusissima Theologiae, et Sacrae Scripturae loca clarisi-

Digitized by Google

rissime patefacta comperies, mendosaque omnia accuratissime emendata, et versus in metra, numerosque suos redactos diligentissime, quos, ut antea diximus, multorum inscitia in mendosissimam prosam converterat. Cognosces quoque veteris novaeque legis historias, suis locis non perperam recitatas; necnon vocabulorum, tam graecorum, quam latinorum, hebraicorumque clarissimam explanationem; immo et constructionis ordines non praeterivimus, ut mihi aliquando a minus peritis Presbyteris gratiae agerentur, et ab his, qui sine invidia sunt, hac diligentia commendarer. Vale Princeps generosissime.

Succedit Phaleucium auctoris ita inscriptum: *Ad Librum exiturum.*

I testis fidei meae, Libelle,
Quam nos hypocritae negant habere,
Divinos reserans benignus hymnos,
Qui caelestia regna perloquuntur,
Et de Caelitibus, Deoque tractant,
Quidquid credimus esse confitendum.
Discet mystica flamen imperitus,
Quisquis te, puto, legerit libenter,
Et prosam miser esse quod putabat,
Doctus te duce, discet esse versum.
Non est quod timeas, Libelle, linguas,
Aut fictos hominesque criticosque,
Princeps si tibi Caraphus receptum
Pandet non modicae patronus aurae.

Tum Epigramma *ad Presbyteros imperitos.*

Quaenam dona mihi, quaenam mihi praemia reddes,
Qui nescis digitos quot tenet una manus?
Presbyter o, potius fueras qui dignus aratro,
Et stimulis iunctos sollicitare boves,
Ecce tibi sacros plane reseravimus hymnos;
Huc ades o crassi rustica turba chori.
Me duce, iam poteris mysteria solvere caeli,
Et de Caelitibus cum ratione loqui.
Hic tibi dant proprias servantque vocabula vires,
Hic hebraea simul, graeca, latina leges.
Vtque scias cunctis connectere verba dativis,
Hic tibi dat rectas lucidus ordo vias.
Tu lege, si melior Christi cupis esse minister,
Et mihi ne pigeat dicere, vive diu.

Tum sequuntur pag. 5. alia Prolegomena, in quibus agitur

I. *Quo genere metrorum constent Hymni, et qui olim in carmine lyrico floruerunt.*
II. *Quot metrorum genera habent Hymni, et unde metra dicta.*
III. *De Iambico metro.*
IV. *De eodem metro.*
V. *De carmine monometro, et dimetro, quomodo intelligantur, et trimetro.*
VI. *Quot et quibus pedibus constant Hymni.*
VII. *Quid sit Hymnus, et unde dicatur.*
VIII. *Auctores Hymnorum.*
IX. *Titulus Operis, et divisio, et Auctoris intentio.*

Inter Auctores Hymnorum recensentur hi: *Gregorius*, (eius sunt verba) *Ambrosius, Augustinus, Hieronymus = Tertullianus, Cyprianus, Sidonius, Lactantius, Hilarius, Gaudentius, Rufinus, ex quibus fuere sacrorum horum Hymnorum compositores Ambrosius, atque Gregorius, qui divina officia tam accurate, et tam sancte digessit, Hymnarium Sedulii, et Iuvenci imitati, qui sacros Hymnos prius confecerant. Arbitror autem maiorem partem Ambrosium, Hymnos praecipue feriales, ex coniectura styli continuati. Scripsit et Thomas Aquinas ille sanctissimus eos Hymnos, quos in solemnibus Eucharistiae decantamus. Annumerantur quoque inter Hymnorum compositores Prudentius, qui doctissime et gravissime scripsit, et quem praecipue sunt imitati, necnon Remigius, atque Bernardus. Nos vero illos explanaturi sumus, quos putamus, ut diximus, ab Ambrosio, Gregorioque confictos, salva tamen semper aliorum meliori sententia atque iudicio.* Incipit ab Hymno Officii matutini in Dominicis diebus ad nocturnum a Calendis Octobris usque ad Adventum Domini, qui inc.

Primo dierum omnium &c. Explanatio inc. *Primus hic Hymnus monocolos est, idest latine cantus unimembris; habet enim unum tantum genus metri.* Desinit in Hymno pro festo Dedicationis Ecclesiae, cuius initium est:

Angularis fundamentum
Lapis Christus missus est &c. in quem ultima Expositionis verba sunt: *introire paradisum, repete verbum promereantur. Translati ex hac vita. Gloria et honor Deo. Hoc require in praecedenti Hymno. Laus Deo.*

Io. Baptista Cantalycius Episcopus Adriensis, atque Pinnensis, humanioribus litteris excultus, scripsit latino carmine heroico *de bis recepta Parthenope Consalviae Libros* IV. quibus magni Ducis Gonsalvi Ferdinandi gesta in Italia, ac praesertim in Regno Neapolitano complectitur, Poëma quidem perpolitum, quod eidem Consalvo dicavit. Prodiit Neapoli anno MDVI. per Sigismundum Mayr in fol. ac dein alibi. Edidit quoque *Compendium totius Grammaticae*, quod inscripsit: *Donati Theoremata Grammaticae, rudibus pueris pernecessaria*, quibus adiunxit *De arte metrica Canones* ad Cornelium Spoletinum. In principio eius Libri Grammaticae in aliquibus editionibus adest *ad pueros exhortatio* phaleucio versu, quae incipit:

Tirones pueri, venite iuncti,
Donati nitidas videte leges,
Leges Cantalyci manu redemptas.

Dein dicit se fuisse in Grammatica magistrum Cardinalis Petri Aloysii Borgiae, quem unius anni spatio erudivit:

Noster Borgia namque Cardinalis,
Nullas legerat ante qui papyros,
Optans Grammatices tenere portum,
Vno protinus id peregit anno,
Huius pergradiens vias Libelli,
Quod brumas potuere non per octo.
Et iam sedulus ille, me docente,
Inter purpureos loquens galeros,
Marci perspicuas olei lucernas &c.

Im-

Digitized by Google

Impressus autem fuit Liber hic Venetiis anno MDLVIII. apud Hieronym. Scotum in 8. & Romae apud Iac. Mascardum MDCIX. 8. Conscripsit etiam Epigrammatum Libros XII. Polydoro Giberto Caesenati, Equiti & Comiti dicatos Venetiis MCCCCXCIII. apud Matthaeum Capcasam Parmensem in 4. Ex his eruimus Cantalycium instituendae iuventuti, ac nobilium virorum filiis praefuisse, & in Vmbriae, ac Piceni civitatibus diu versatum, & vixisse sub Paullo II. Sixto IV. & Innocentio VIII. Romanis Pontificibus; familiarem item fuisse Alphonsi Calabriae Ducis, Federici Vrbinatis, Cosmi Medicei, & Iulii Caesaris Varani, Camerini Ducis. Extat & ipsius Opus *de claris Venatoribus* ad Maximilianum Regem, ut Gesnerus in Bibliotheca testatur. Scripsit etiam italice concinnam atque piam *Expositionem ad Officium Beatae Mariae Virginis*, quae luci data est publicae opera Iulii Carlucii eius pronepotis, Viterbii anno MDCXVIII. ex officina Petri, & Augustini Discipulorum in 4. addita in fine eiusdem Cantalycii Vita ab Offredutio Anchaiano patritio Spoletino italice conscripta. Ex hac adparet ipsum fuisse ex Cantalycio oppido Civitatis Ducalis in ulteriori Aprutio posito, ex quo Cantalycio huic nostro est cognomen inditum, eumque Valentinae familiae fuisse; Florentiae & Senis humanas litteras publice ac magno plausu fuisse professum; ab Alexandro deinde VI. Romano Pontifice, Petro Aloysio Borgiae, eius ex sorore nepoti, in humanis litteris praeceptorem datum; necnon paullo post, quum idem Pontifex misisset eumdem Petrum Aloysium Neapolim, ut in Aula Regum Aragonensium commoraretur, socium ei, comitem, ac moderatorem fuisse adiunctum; qui cum eodem omnibus bellis Consalvi Ferdinandi Magni Ducis interfuit, eumque sequutus est domi forisque, pacis & belli temporibus, sub quo etiam militavit, donec S. R. E. Cardinalis Petrus Aloysius creatus est. Vid. Barptolemaeum Chioccarellum de Scriptor. Neap. Neapoli typis Vincentii, Vrsini MDCCLXXX. 4. pag. 303.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XVI. ineuntis, cum prima pagina undequaque in margine variis coloribus auro intermixtis exornata, & stemmate gentilitio Carafiae gentis insignita. Constat fol. scriptis 192.

SEXTI RVFI FRAGMENTVM, ET BOETHIVS DE CONSOLATIONE.

Cod. XXX. I. pag. 1. SExti Rufi Annumerationis Romanae historiae ad Valentinianum, fragmentum, interprete Anonymo. Brevis Praefatio ad ipsum inc. *Pio perpetuo Valentiniano Domino Imperatori & semper Augusto Ruffus Sextus vir Consularis, Brievemente e volentieri mi disporrò, come la tua crementia chomanda, i facti la Republica Romana dal fondamento di Roma, fino a questo nostro presente vivere dichiararò ec.* Annumeratio inc. *Dal fondamento di Roma fino al nostro presente vivere, e nel presente tuo prospero imperio Romano il modo si dee cose comptare. Al tempo dei Re si comptano anni* CCLXIII. *e al tempo de' Consoli anni* CCCCXLVII. *&c.* Desinit imperfecte in verbis: *Clauddio nipote di Cexare Aghusto coll' essercito fu mandato in Oriente, e per lo nome della Maiestà del nome Romano tutto singnioreggiasse....* reliqua omisit describere amanuensis, suique consilii rationem innuit in primo folio hisce verbis: *Ruffus Sextus era cominciato a pag. 1. per seguirlo, ma dipoi perchè scripto tuto a compimento nelle Cronache Romane sè lasciato di finirlo quì.*

II. pag. 9. Boëthii de Consolatione Philosophiae Libri V. in Italicum sermonem translati, licet in Codice nomen reticeatur, a Magistro Alberto della Piagentina; concordat enim haec versio cum illa, quam exhibet Codex LXV. Plut. LXXVI. Bibliothecae Laurentianae, Catalogi nostri Tom. V. pag. 297. quod intelligas etiam de Prologo, & glossis ipsius interpretis. In fine legitur:

Il Libro di Boetio è quì compito,
Lodato sia Dio che vive infinito.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XV. in cuius primo folio legitur: *Di Benvenuto di Bartolommeo del Biancho*, & in aversa parte: *In Dei nomine amen. Anno Domini* MCCCCXLVI. Constat fol. scriptis 111.

S. GREGORII MAGNI HOMILIAE XL. IN EVANGELIA.

Cod. XXXI. DGregorii Magni Homiliae XL. de diversis Evangeliorum Lectionibus, praevia Epistola ad Secundinum Tauromenitanum Episcopum, in Italicum sermonem translatae ab Anonymo, ut in Codice VIII. supra p. 10. §. I. Hoc tamen Exemplar est imperfectum; desinunt enim in verbis: *ma in sulla mezza nocte si sente uno grido: Ecco lo Sposo ne viene; usciteli incontro. In su la mezza notte si lieva il....* quae pertinent ad Homiliam *De decem Virginibus*. Reliqua desiderantur mutilato Codice.

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, ubi in summo primi folii margine adscribitur: *Iste Liber est Monasterii S. Salvii...* N.° XLIII. Pag. vero 129. b. quae vacua remansit, adscripta legitur manu paullo recentiori haec notula: *Sia noto e manifesto a qualunche leggerà questi versi come Don Bernardino da Cancielli si è traditore dell' anima e del corpo, e non à fede, è traditore.* Praeterea alia erasa scriptura, haec nova superinducta fuit. Constat fol. scriptis 150.

IN-

Digitized by Google

INNOCENTII PAPAE III. EXPOSITIO IN VII. PSALMOS POENITENT.

Cod. XXXII. PRaecedunt in primo folio Orationes VII. singulis ex septem Psalmis adcommodatae, & in folio secundo brevis instructio de tempore & loco orationis. Opus vero ipsum, cui titulus: *Expositio Psalmorum Poenitentialium secundum Innocentium Papam tertium*, inc. *Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo &c. Quum omne tempus septem dierum repetitione decurrat, per octavam intelligitur dies ultima, resurrectionis videlicet & iudicii, praesignata per diem circumcisionis octavum &c.* Des. *per virtutem verae ac fructiferae poenitentiae, quam in hac Poenitentialium expositione Psalmorum utcumque descripsi ad laudem et gloriam nominis Iesu Christi, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit &c.* Tum in ultimo folio excerptum sequitur de novem generibus poenarum damnatorum, & de septem Beatitudinibus Beatorum. Inc. *In inferno autem nulla est redemptio; nec mirum, quia sunt ibi innumerabiles poenae &c.* Des. *& Deus det nobis talia facere, ut ex hac corona valeamus coronari, praestante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat &c.* Tum subditur: *Explicit Tractatus Innocentii Papae super Poenitentiales Psalmos septem, quem composuit anno a nativitate Domini* MCCXV. Adnotantur in margine accurate sacrae Scripturae loca, quorum in Opere mentio fit. Memorat hosce Commentarios, eorumque editionem Fabricius Biblioth. Med. & Inf. Latin. Tom. IV. pag. 35. col. 1.

Codex chartaceus MS. in fol. min. Saec. XV. optime servatus. Constat fol. scriptis 110.

VITAE SANCTORVM &c.

Cod. XXXIII. I. pag. 1. VIta Flaviae Domitillae. Inc. *Volendo dire alcuna cosa ad laude della verginitade et castitade togliamo per exemplo la gloriosa Vergine Domitilla &c.* Des. *per giusto et sancto iudicio di Dio, il quale è iusto et pio et misericordioso, al quale sia laude et gloria, et a Iesu Christo dolcissimo sposo delle sante Vergini, il quale sia benedetto in etterno. Amen.*

II. pag. 46. b. Vita S. Euphrosynae. Inc. *Aveva nella Ciptà d' Allessandria uno gentile huomo et honorevole et temente Idio, il quale aveva nome Panfrutio &c.* Des. *et in memoria di questo fatto lo detto Monistero fa ogni anno festa et annoversaria solepnità il dì della morte loro, glorifichando Iddio padre chol suo figluolo Iesu Christo, et chol Santo Spirito in saecula saeculorum. Amen.*

III. pag. 56. Symbolum Apostolorum ternario metro (vulgo *in terza rima*) expressum. Inc.

Nel mio intelletto et mie pichol ongiengno
Gratie domando a Dio chel cel possiede,
Del santo favellar mi faccia dengno.

Des.

Chal trapassare si truovi achonpagnata
Biancha, legiadra, et di virtù copiosa,
E a ben di vita etterna sia menata,
Dove triunfa la sovrana Sposa.

IV. pag. 58. Canticum *Magnificat*, eodem ut supra expressum metro. Inc.

Lanima mia magnifichal Signore,
Et senpre exultò lo spirito mio
In Dio, chè verace Salvatore.

Des.

A nostri padri con gran claritade
Abraam, e al suo seme
Per tutti i secoli in fedeltade
Aspettando lor Christo con ferma speme.

V. pag. ead. b. Hymnus *Te Deum laudamus*, item ut supra Italice versus. Inc.

Te Dio laudiamo, et te Singnor santissimo
Noi confessiamo, e te Padre etternale
Per tuttol mondo adoriamo santissimo.

Des.

Della speranza tua chenne difenda
Io spero nella tuo gratia fechonda
Presta Singnor che per alcuna menda
Lanima mia giamai non si confonda.

VI. pag. 60. Catonis Monita, seu Liber de Moribus, cum brevi Praefatione, in Italicum sermonem translatus. Praefatio brevis inc. *Chonciosiachosache io Cato mi pensassi nello animo mio, vidi molti uomini gravemente errare nella via de costumi, io mi pensai che fusse da soccorrere, et da consigliare alle loro oppenioni, e spetialmente adciochè vivano gratiosamente, e a onore ec.* Des. *perochè leggiere et non intendere è negligientia.* Monita inc. *Dunque humiliati a Dio.* Des. *Porta amore volentieri.* Liber de Moribus inc. *Se Dio è animo annoi, sichome dichono i versi spetialmente datte, chon pura mente sia honorato.* Des. *questi versi chosì a due a due il mio pocho senno meglà fatti congiugnere. Amen.*

VII. pag. 67. Liber, cui titulus: *Inchomincia ilibro di XXX. gradi della celestiale Schala che santo Ieronimo fece di due Singnori et di due Rengni &c.* Post enumerationem graduum, seu virtutum, quibus constat praedicta Scala, primus inc. *Lo primo grado abiamo detto, che è diritta Fede; cioè credere dovemo nel Padre, nel Figluolo, et nello Spirito Santo, cioè uno Iddio.* Vltimus gradus, scilicet *Perseverantia*, des. *et salire non potrebe questa santa gloriosa Schala, per la quale possiamo salire al nostro Singnore Iesu Christo, al suo glorioso rengno, al quale ne chonducha qui vivit et regnat &c.*

VIII. pag. 96. Ascetica quaedam, nimirum Officium Crucis, quod inc. *Questo è luficio della Crocie che à ordinato Papa Giovanni vigiesimosecondo, e à dato di perdono a chiunche dicie lore ordinate per ongni dì, un anno ec.* Oratio ad B. Virginem Mariam, quae inc. *Ad voi figluoli di Dio. La beatissima Vergine Maria salutata dal Angielo, piena dogni gratia, compagna di Dio &c.* Oratio,

Digitized by Google

tio, cui titulus: *Questa oratione fecie santo Alberto delle otto parole che Christo disse et dicie così*. Inc. *Nella Magna fu una nobile famigla li quali furono nove fratelli & tutti furono Veschovi et sante persone, infra' quali nebbe uno che aveva nome santo Alberto &c.* Tandem alia Oratio brevissima ita inscripta: *Questa oratione fecie Papa Giovanni quando si lieva il Corpo di Christo.*

IX. pag. 100. Vita S. Silvestri Papae. Inc. *Salvestro ingienerato dalla madre chiamata Giustina per nome e per fatti, et ammaestrato da Cirino Prete lalbergheria degli amici di Dio sommamente operava*. Des. *et andò arriposarsi chon colui, perllo chui amore aveva chonbattuto, cioè Gesù Christo benedetto, al quale sia honore et gloria &c.*

X. pag. 108. Vita S. Laurentii Martyris. Inc. *Laurentio Martire et Diachano di giemte Spangniuola fu menato arroma dal beato Sisto &c.* Des. *et quelli Christiani che verano venuti in conpangnia dipolito per aiutarllo e honorare il corpo piangevano fortemente. Fue martterizzato il santissimo marttire nelgli anni Domini dugiento sessanta. Deo gratias.*

XI. pag. 111. b. Vita B. Catharinae Virginis, & Martyris, metrice quidem composita, sed adinstar pedestris orationis exarata. Inc.

Accio chella nobile natura
Si congiungha chon umilitade
Molto prende bella nodritura.

Des.

Quanto in me nulla menzono.
Allui sia honore et laude cheffa il dono,
Cioè il buon Gesù chessommo buono.
Allui rendiamo grazie et honore. Amen.

XII. pag. 117. S. Bernardi Libellus de Planctu S. Mariae in morte, sive passione Christi, Italice redditus ab Anonymo. Inc. *Chi darà al chapo mio acqua, et agli ochi miei fomte di lagrime ec.* Des. *acciò che chon gli eletti sia la resurressione mia tussia mecho tu chesse benedetta chon Gesù Christo tuo figliuolo, il quale sia laudato et benedetto &c.* Haec versio diversa est ab illa, quam exhibet Cod. XCIV. Plut. LXXXXIX. super. eiusdem Bibliothecae Gaddianae a nobis recensitus Catalogi Tom. V. pag. 329. §. I.

XIII. pag. 125. Vita SS. Iustinae & Cypriani MM. Inc. *Iustina Vergine della Ciptà d' Antioptia figluola de' Sacerdoti degli ydoli stando spesse volte alla finestra &c.* Des. *et poi da Roma furono traslatati ad Piagentia, dove oggi sono in grande riverenza a laude et gloria di Christo crocifixo, el quale a' suoi fedeli dà tanta vettoria, qui est benedictus &c.*

XIV. pag. 127. Vita S. Iulianae Virginis & Martyris. Inc. *Iuliana vergine nobilissima essendo sposata al Perfetto di Nichomedia disse al suo padre che per nullo modo si voleva chongiugnere ad quello Perfetto &c.* Des. *come fece la prudentissima et franchissima et santissima Iuliana vergine e sposa di Iesu Christo, al quale sia laude et riverentia et honore; et benedetto sia in etterno &c.*

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. aquis pluvialibus aliquantum madefactus. Constat fol. scriptis 128.

VITAE SANCTORVM.

I. pag. 1. VIta S. Mariae Magdalenae. Inc. *Maria Magdalena fue gientilmente nata, et discese di schiatta reale.* Des. *di questi et di molti altri miracoli mostrò Iddio per la beata Magdalena, i quali per abbreviare non sono scricti quì.* *Cod. XXXIV.*

II. pag. 6. b. Vita SS. Marthae & Lazzari. Inc. *Fue uno nobile huomo del reame di Siria della schiacta del Re Benadam, el quale ebbe nome Sirio.* Des. *et trovarono che Iesu Christo avea lassata una charta, nella quale era scripte queste parole: nella memoria eternaè la mia alberghatricie. Amen.*

III. pag. 10. Vita S. Christinae Virginis & Martyris. Inc. *Cristina vergine et martire fu nata di gientile schiatta, duna terra chessi chiama Bolsino.* Des. *et dette queste parole quella beata anima si partì dacquel corpo virgineo.*

IV. pag. 11. b. Vita SS. Caeciliae, Tiburtii, & Valeriani. Inc. *Cecilia vergine nata di gientili parenti in Roma fue nutrichata nella Fede di Iesu Christo.* Des. *et seppellironla in quella Chiesa con grande reverentia, dove Iddio dimostra molti miracholi per lo suo amore.*

V. pag. 16. Vita S. Reparatae Virginis & Martyris. Inc. *Nel tempo di Decio Imperadore, il quale fu persechutore de' Christiani, fue una vergine, il cui nome era Reparata, detà danni dodici.* Des. *et fu il martirio suo a dì VIII. del mese dottobre ad laude et gloria di Iesu Christo, el quale è beato in saecula. Amen.*

VI. pag. 17. Vita SS. Eugeniae, Proti, & Hyacinthi. Inc. *Comodo Imperadore nel septimo Consolato suo mandò Filippo huomo nobilissimo nellegipto.* Des. *nelli anni dugento o in quel torno del nostro Singnore Iesu Christo morì santa Eugenia sotto Ghalieno Imperadore.*

VII. pag. 31. b. Vita sanctae Barbarae Virginis & Martyris. Inc. *Dopo la passione et ascensione del nostro Salvatore Iesu Christo, nel tempo di Massimiano Imperadore persechutore crudelissimo de' Fedeli Christiani &c.* Des. *fue martirizzata la beata Barbera et santa Giuliana a dì quatro del mese di Dicenbre rengnante Massimiano Imperadore, ed essendo Preside Marciano; ma appresso di noi rengnante il nostro Singnore et Salvatore Iesu Christo, al quale è honore et gloria &c.*

VIII. pag. 36. Vita SS. Petronillae & Feliculae. Inc. *Petronilla fu figluola di santo Piero Appostolo; ed essendo ella bellisiima del corpo, et perfecta nellamore di Dio, et vergine pura et santa &c.* Des. *et ritrovò lo cor-*

Digitized by Google

eorpo suo, et sotterrollo nel suo orto allato le mura della Ciptà di Roma.

IX. pag. 37. Vita S. Luciae Virginis & Martyris. Inc. *Secondo chesi leggie innuna Storia dun santo martire, chebbe nome santo Ypolito &c.* Des. *et fecienvi una bella Chiesa ad riverenzia di santa Lucia vergine et martire di Iesu Christo. Amen.*

X. pag. 41. b. Vita sanctae Euphemiae. Inc. *Eufemia figluola di frisofano, la cui madre fu chiamata Theodora, vedendo li Christiani al tempo di Dioclitiano Imperadore sostenere molti martirii &c.* Des. *per li cui meriti li Giudei et Paghani cherano in Chalciedonia si convertirono alla fede di Iesu Christo. Amen.*

XI. pag. 43. b. Vita SS. Gallicani, Constantiae, Ioannis, & Paulli. Inc. *Rengnando in Roma el grande Chostantino Imperadore, era sotto lui un Chapitano del Romano exercito, uno Principe molto ricchо di Roma, il quale era chiamato per nome Gallicano.* Des. *questa passione de' santi et venerabili martiri Paulo et Giovanni fu scripta secondo che Terenziano narrò ad laulde di Iesu Christo.*

XII. pag. 48. Vita S. Apolloniae Virginis & Martyris. Inc. *Nella Ciptà dallexandria furono due, cioè moglie et marito, i quali erano nobili et ricchissimi dello avere del mondo.* Des. *entrò nel fuoco, et quivi rendè lanima addio nelle mani de' santi Angeli. Amen.*

XIII. pag. 51. b. Vita S. Agathae Virginis & Martyris. Inc. *Nel tempo che Decio Imperadore facieva inquisitione del tesoro del suo anteciessore ec.* Des. *et per questo miracolo tucti i Paghani cherano in Chaptania tornarono alla fede del nostro Singnore Iesu Christo chon grandissima divoctione, et conchordia, et ricievectono lo santo battesimo.*

XIV. pag. 56. Vita SS. Anastasiae, & Chrysogoni. Inc. *Nastasia fu gientilissima donna della Ciptà di Roma, figluola di Potasato Paghano.* Des. *et mirabilmente fu seppellita da' Christiani.*

XV. pag. 59. Vita SS. Felicitatis, & septem eius filiorum. Inc. *Nel tempo de Antonio Imperadore, lo quale fu grandissimo persechutore de' Christiani, fu una donna, la quale ebbe nome Felicita.* Des. *et poi ella fu similmente morta, et chon tucti i beati in Paradiso. Amen.*

XVI. pag. 61. Vita S. Dorotheae Virginis & Martyris. Inc. *Nella Provincia di Chappadocia nella Ciptà di Cesarea era una nobilissima vergine, la quale avea nome Doratea.* Des. *tucte queste gratie si contenghono in questi versi, li quali dicono così per lettera.* Versus tamen isti nulli sunt, spatio vacuo relicto.

XVII. pag. 64. b. Vita SS. Iustinae & Cypriani, ut in Codice superiore §. XIII.

XVIII. pag. 67. b. Vita SS. Eporitae, & Innocentiae dictae Columbae. Inc. *Nel tempo della nuova Chiesa, nella quale rengnava lerrore de' Paghani &c.* Des. *così in cielo entrò santa vergine Colomba nella Corte di vita ecterna.*

XIX. pag. 72. Vita S. Dignameritae Virginis & Martyris. Inc. *Dengnamerita fu figluola del Re Ysopo, et fu almaestrata et piena di tucte le liberali arti &c.* Des. *fu martirizzata la vergine Dengnamerita negli anni del Singnore dugento venti a dì quatordici del mese di Febbraio.*

XX. pag. 74. b. Vita S. Beatricis Virginis & Martyris. Inc. *Nel tempo delli pessimi Inperadori Dioclictiano et Massimino furono morti Christiani nella Ciptà di Roma &c.* Des. *et andavano dicendo a ongni persona, come Dio aveva vendicata nel chonvito la morte di santa Beatricie vergine et martire di Iesu Christo.*

XXI. pag. 75. Vita S. Theodosiae Virginis & Martyris. Inc. *Nel tempo de' pessimi Inperadori Dioclitiano et Massimiano molti Christiani furono uccisi et perseghuitati per tucto il mondo.* Des. *et dette queste parole la vergine santa Teodosia si partì dalloro, e fassi la sua festa a dì ventinove di Dicembre. Amen.*

XXII. pag. 77. Vita S. Penelopiae postea dictae Erenae. Inc. *In quello tenpo era una pulzella molto bella, la quale avea sei anni, el suo nome era Penelopia,* Des. *et queste gratie le chonciedette Iesu Christo nostro Singnore omnipotente.*

XXIII. pag. 82. Vita S. Febroniae Virginis & Martyris. Inc. *Nel tempo di Dioclictiano Imperadore fue uno huomo che ebbe nome Antimo Ephareo &c.* Des. *et dopo la morte sua fu facta Badessa Tomaida humile, et servò bene ongni ordinactione insino alla fine, ad laude & gloria del nostro Singnore &c.*

XXIV. pag. 91. Fragmentum Vitae beatissimae Virginis Mariae, cui sequens titulus praemittitur: *Ora pensiamo della vita della Vergine Maria innanzi alla Incarnatione del Figliuolo.* Inc. *Essendo la Vergine Maria piccola di tre anni, si fue offerta dal padre e dalla madre nel tempio &c.* Est fragmentum unius tantum dimidiae paginae, manu diversa exaratum, plurimis foliis vacuis relictis ad reliqua prosequenda. Praecedit autem in primo folio, quod est membranaceum, elenchus Vitarum, quas recensuimus. Interim notandum, quas nos *Vitas* diximus, in Codice titulis *Leggende* designari.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, & imperfectus. Constat fol. scriptis 91.

HISTORIA ROMANARVM RERVM EX CATILINARIO SALLVSTII, ET EX LVCANI PHARSALIA CONGESTA; ET LIBER DE EVERSIONE TROIAE.

I. pag. 1. PRimum Opus est initio mutilum, sed inscribi potest *Historia rerum Romanarum ex Sallustii Catilinario, et Lucani Pharsalia congesta*, quae *Cod. XXXV.*

Digitized by Google

alibi etiam inscribitur *Il Lucano in volgare*. Incipit autem a verbis..... *versata alacqua, sichè niuno poteva dilà passare sanza abassare la catena, perchè l'altro capo era dentro alla magione; allora salio avante Mistemes, e crollò la catena, Allora aparve un bello massaio, biancha la barba, ella cera vermiglia, elvestimento dun bianco ermellino &c.* Des. *e poi si puose quello serpente alla poppa mancha per me il cuore, e così morì.*

II. pag. 35. *La Cronica*, seu, ut alibi inscribitur, *il Fioretto della Cronica*, idest Romanorum Impp. Historia. Inc. *Dopo Ottaviano Inperadore fu eletto Inperadore di Roma Tiberus, e regniò anni* XXIV. *&c.* Des. *e pocho stante ebbe novelle, sicome la Reina sua moglie veniva allui di Francia, ed elli con sua giente salì a chavallo per andarle incontro, il cavallo gli cadde sotto, sichè sentendosi amalato, e sicome il figliuolo era preso, e chelli aveva perduta la Cicilia, e non sapea chessi fare, puosesi a giacere, e morì molto doloroso, e correa landizione anni Domini* MCCLXXXV. Tum subiicitur: *Finito il Fioretto della Cronacha. Deo gratias.*

III. pag. 47. Liber de eversione Troiae, qui in Codice hunc praefert titulum: *Questo Libro tratta della distruzione di Troia e de' fatti de' Greci, e gran fatti elle grande bataglie che furono tra loro*, Constat autem Capitibus CLXXI. praevia Praefatione, quae inc. *Avegnia chello nostro Creatore sommo bene sia in ongni luogo esensialemente &c.* Des. *giugniendovi alcuna cosa cheppeloro non fue apieno scritto in alchuno luogo, come meglio si converà.* Caput I. inc. *Fue anticha-mente nella parte degitto uno Re di grande podere e nominanza, lo quale fue chiamato per nome Vessone &c.* Caput ultimum des. *e regiendo tutto lo regnio Aschanio suo figliuolo, dopo la morte di Enea fue inchoronato, e fue acielentissimo Signiore, e multiplichò quella Provincia, chosì vivette per grande spazio di tempo. Amen.*

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, & initio mutilus. Constat fol. scriptis 166.

LEONARDI PISANI ARITHMETICA.

Cod. XXXVI. LEonardi Pisani, ut exterior Codicis habet titulus, Arithmeticae Pars II. seu, ut in evolvendo eodem Codice comperimus, Capita tantum quatuor postrema, sc. XII. p. 1. *de regulis erraticis*, ubi legitur; *Quaestio proposita a quodam Constantinopolitano Magistro*. XIII. pag. 92. b. *de regula elcatarum, qualiter per ipsam fere omnes quaestiones abaci solvantur*, XIV. pag. 117. *de reperiendis radicibus quadratis, et cubicis, et de multiplicitate, et divisione, seu extratione earum inter se, et de tractatu binomiorum, et recisorum, et eorum radicum*. XV. pag. 144. *de regulis Geometriae pertinentibus, et de quaestionibus Algebrae, et Almicabele,* Pag. 156. notanda sunt verba: *nam unde hae numerationes procedant geometrice, demonstrata sunt in Libello, quem de quadratis composui.* Horum Capitum singula in varias dividuntur partes. Capitis XII. partes sunt decem, XIII. duae, XIV. quinque, & XV. tres. Incipit autem sine ullo titulo, hoc pacto: *Capitulum itaque duodecimum de regulis erraticis in partibus X. dividimus, quarum prima est de collectionibus numerorum, et quarumdam aliarum similium quaestionum; secunda de proportionibus numerorum &c.* Post enumerationem argumentorum singularum partium Capitis XII. Pars prima *de collectionibus numerorum, per ordinem*, inc. *Quum autem volueris scire per regulam collectionem eorum numerorum per ordinem adscendendo, qui sunt ab uno usque in quamlibet alium numerum &c.* Videtur autem Codex in fine mutilus, cuius tamen postrema verba non adferimus, quum arithmeticis sint notis permixta, ita ut ex ipsis minime dignosci queat, quousque progrediatur Pars tertia Capitis XV. quae est *de solutione quarumdam quaestionum secundum modum algebrae, et almicabale, scilicet oppositionis et restaurationis*. Puto autem non multa deesse. Hunc Leonardum Pisanum, insignem sui temporis mathematicum, memorat Fabricius Bibl. Med. & Inf. Latinit. Tom. IV. pag. 266. aitque non multum post ann. MCCCC. de Algebra fuisse commentatum. Sed quum Codicis nostri scriptura initium saeculi XIV. redoleat, Fabricium in adsignanda Scriptoris aetate fuisse hallucinatum eruitur quam apertissime, idque etiam luce clarius constat ex Opere ipso inscripto: *Incipit Liber Abaci compositus a Leonardo filio Bonacci Pisano in anno* MCCII. cuius specimen adfertur Tomo I. pag. 161. seqq. *Memorie istoriche di più uomini illustri Pisani. Pisa* MDCCXC. *per Ranieri Prosperi* 4. ubi fuse de eius vita, & scriptis disseritur. Nobis autem initium tantum illius Operis dare placet, ex quo eius vitae conditio, & cur illud composuerit adparet.

Incipit Liber Abaci compositus a Leonardo filio Bonacci Pisano in anno MCCII. *Quum genitor meus a Patria publicus scriba in Duana Bugae pro Pisanis mercatoribus ad eum confluentibus constitutus praeesset, me in pueritia mea ad se venire faciens, inspecta utilitate, et commoditate futura, ibi me studio Abaci per aliquos dies ita esse voluit, et doceri. Vbi ex mirabili magisterio in arte per novem figuras Yndorum introductus, scientia artis in tantum mihi prae ceteris placuit, et intellexi ad illam; quod quidquid studebatur ex ea apud Aegyptum, Syriam, Graeciam, Siciliam, et Provinciam, cum suis variis modis, ad quae loca negotiationis caussa, per ea peragravi, per multum studium, et disputationis didici conflictum. Sed hoc totum, et Algorismum, atque Pythagorae quasi errorem, computavi respectu modi Yndorum. Quae amplectens strictius ipsum modum Yndorum, et at-*

Digitized by Google

attentius studens in eo, ex proprio sensu quaedam addens, & quaedam ex subtilitatibus Euclidis Geometricae artis apponens summam huius Libri, quam intelligibilius potui, in quindecim Capitulis distinctam componere laboravi, fere omnia quae inserui, certa probatione ostendens, ut ex ea ... perfecta perceptio m.., hic (hanc) *scientiam appetentes instruantur, et gens Latina de cetero hic hactenus absque illa minime inveniatur. Si quid forte minus, aut plus iusto, vel necessario intromisi, mihi deprecor indulgeatur, quum nemo sit, qui vitio careat, et in omnibus undique sit circumspectus.*

Codex bombycinus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. ineuntis, cum schematibus arithmeticis & mathematicis in margine, optime servatus. Constat fol. scriptis 168.

TESTAMENTVM NOVVM.

Cod. XXXVII. TEstamenti Novi Libri omnes cum Praefationibus, & Capitum divisionibus, ut in aliis Codicibus, & quidem hoc ordine: Quatuor Evangelia, Epistolae XIV. Paullinae, Actus Apostolorum, Epistolae VII. Catholicae, & Apocalypsis.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIII. binis columnis grandiori charactere exaratus, & cum initialibus Librorum litteris caeruleo ac rubeo colore depictis, optimeque servatus. Constat fol. scriptis 210.

D. AVGVSTINI OPERA VARIA.

Cod. XXXVIII. I. pag. 1. SOliloquiorum Libri duo, cum Retractatione in fine.

II. pag. 27. De Immortalitate Animae Liber, cum Retractatione in principio.

III. pag. 36. De orando Deo ad Probam Liber.

IV. pag. 46. Epistola ad Armentarium & Paullinam.

V. pag. 49. b. Sermo de Periurio.

VI. pag. 54. b. Sermo de faciendis eleemosynis.

VII. pag. 60. b. Sermo de Charitate.

VIII. pag. 62. Sermo de timore Domini.

IX. pag. 63. b. Sermo unde supra.

X. pag. 65. b. Alius Sermo unde supra.

XI. pag. 67. b. Sermo de Pascha.

XII. pag. 71. b. De Gratia, & Libero Arbitrio Liber, praevia Epistola ad Valentinum monachum, & Retractatione.

XIII. pag. 95. b. De Correptione & Gratia Liber, praevia Retractatione.

XIV. pag. 117. b. De decem Chordis Liber.

XV. pag. 128. b. De conflictu Vitiorum atque Virtutum Libellus.

XVI. pag. 138. b. Liber Dialogorum percontante Orosio Presbytero, cum Prologo.

XVII. pag. 154. Quaedam occurrunt de Christo Iesu, & primo quidem Epistola Lentuli ad Romanos de eiusdem statura, & moribus, quae inc. *Apparuit temporibus istis &c.* Des. *speciosus inter filios hominum.* Tum subiungitur: *Repperi in Annalibus Romanorum, ostendente mihi Domino Antonio de Budrio utriusque iuris Doctore eximio, a quo multa miranda didici.*

XVIII. pag. ead. b. Excerptum ex Libro XVIII. Iosephi de Antiquitate Iudaeorum in testimonium Iesu Christi. Inc. *Fuit eisdem temporibus Iesus sapiens vir &c.*

XIX. pag. ead. Epistolae duae, prima Abgari Regis ad Iesum, secunda Iesu ad Abgarum, excerptae, ut heic dicitur, ex Libro Ecclesiasticae Historiae Eusebii Caesariensis.

XX. pag. 155. Epistola traducta de graeco in latinum per Fratrem Ambrosium Ordinis Fratrum Eremitarum de Angelis, de Christo. Inc. *Temporibus piissimi Imperatoris Iustiniani fuit vir quidam princeps Iudaeorum, Theodorus nomine &c.* Des. *sed verissime, veluti amico fideli & charissimo, mysterium, quod apud Iudaeos occultum servabatur aperuisse. Amen.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. aquis pluvialibus valde maculatus. Constat fol. scriptis 158.

BERNARDI SENENSIS TRACTATVS ASCETICVS.

Cod. XXXIX. QVum initio mutilus sit Codex ob unius fortasse folii iacturam, titulum Operis ex calce, ubi repetitur, mutuati sumus. Ita igitur habet: *Lo primo Trattato del Libro degli ammaestramenti di Frate Bernardo di Siena dell' Ordine de' Frati Romiti di santo Augustino formato sopra storie dotto Santi da lui volgarizzate.* Prima verba sunt... *di dotore essar più in sapientia informato, e potemo in prova de le noste parole ponare lesenpro di sancto Paulo vagello dilezione, del qual noi troviamo, che puoiche egli ebbe predicato la fede cristiana per diverse parti del mondo per tre anni dopo la sua conversione, che egli sì venne in Gierusalem, per udire sancto Pietro et sancto Giacobo minore &c.* Des. *allora sì disse Talomeo: ora sì mavego chellomo savio si signioregia le stelle, sichè pegio è che bestia chi di fuore che ragione diriza, tocha inanzi suo volere.* Tum subiungitur: *Quì finisce lo primo Trattato ec.* ut supra. Constat autem Liber Capitibus decem.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, in principio mutilus. Constat fol. scriptis 78.

P. OVIDII HEROIDVM LIBER ITALICE VERSVS &c.

Cod. XL. I. pag. 1. POst Indicem Rubricarum Opusculorum, quae in hoc Codice continentur, occurrunt P. Ovidii Heroi-

roidum Epistolae in Italicum sermonem translatae, tacito nomine interpretis, quem tamen nonnulli opinantur fuisse Henricum Septimellensem, Laurentius vero Mehus Albertum *della Piagentina*, una cum Prologo eiusdem interpretis. Concordant omnia quoad initium & finem cum Codice XLVI. Plutei XL. Biblioth. Laurent. ut videre est Catalogi nostri Tom. V. pag. 61. §. XXXIV.

II. pag. 54. Statii Achilleidos Expositio Italico sermone, quinque Partibus constans, Libris quinque Poëmatis respondentibus; ipsae vero Partes in Capita dividuntur; prima complectitur Capita XIII. secunda XXIV. tertia X. quarta VIII. & quinta XII. singulis autem Capitibus sui praefiguntur tituli rubrica conscripti. Praecedit Prologus expositoris, qui inc. *Al tempo di Domitiano Inperadore era nella Città di Roma uno savio Poeta chebbe nome Stazio, il quale fu nato di Tolosa, huomo di grande valore &c.* Des. *dirò molte cose, le quali daranno alchuno diletto alla mente per meglio intendere quello che dire si vuole*. Expositio inc. *Inperciochè trattare dovemo dachille acciò che nabiamo di lui piena notizia, si voglio tocchare, innanzi chio vengha agli detti di Stazio, intorno alla sua infantia alchuna chosa, sicchome e dove esso fu nato &c.* Des. *Stazio non fa menzione dachille più; degli altri suoi fatti, chome Achille fune nelloste di Troya legha lo troyano, dove ne tratta molto bene apertamente, e anche leggha lomerio, e quivi troverrà tutti gli fatti suoi. Deo gratias. Amen.*

III. pag. 83. Excerpta quaedam ex Iustino, Italice scripta, quae in undecim Capita, seu Rubricas (ita enim in Codice appellantur, propterea quod ipsorum argumenta rubris sint characteribus exarata) dividuntur. Primum Caput ita inscribitur: *Questa hopera fece Trocho Ponpeo nobilissimo Romano, e Iustino recò in men vilume, e queste ne sono alchune chose. Trattasi in questo Libro la generazione dallexandro Mangnio, e molte chose fatte prima per suo padre Re Filippo di Macedonia, e molt' altri Re del detto rengnio, e l' origgine dafricha, sechondo checconta Iustino nel settimo Libro. Rubricha prima.* Inc. *Macedonia fu chiamata innanzi Ematia del nome dimatione Re, del quale aparvero li primi sperimenti di virtù in quelli luoghi, e quello ebbe stretti confini comello ebbe piccholo acrescimento &c.* Caput ultimum inscriptum: *Nel 43. Libro di Iustino si tratta loriggine di Roma, e de' primi Re ditalia. Rubrica* XI. des. *effurono chiamati figlioli di Marte, elluno ebbe nome Remo e laltro Romolo, e tolsono dappoi la singnoria aemulo, e renderolla a Numitore, chol chui aiuto feciono la Città di Roma cheffu chapo del mondo per loro rengno. Amen.* Tum subiicitur pariter in rubrica: *Andrea diachopo da Barberino di Valdelsa, ed è suo proprio*: quae verba quum eamdem characteris formam exhibeant cum reliqua Codicis scriptura, amanuensis nomen videntur indicare.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus Capitum coloratis. Constat fol. scriptis 115.

LIBER GENESIS CVM SCHOLIIS SANCTORVM PATRVM.

Cod. XLI.

LIber Genesis ex Latina versione S. Hieronymi cum Commentariis marginalibus uberrimis, & glossis interlinearibus. Commentaria desumpta sunt ex Patribus Alcuino, Augustino, Beda, Gregorio, Hieronymo, Isidoro, Strabone (1), & Anonymo, & distinguuntur in Mystica, Allegorica, Moralia, & Historica. Incipiunt ab Augustino, & quidem ita: *In narratione rerum factarum non omnia secundum figurativum tantum intellectum accipiuntur; quaedam secundum fidem rerum gestarum asserenda & defendenda sunt. Quaerendum ergo, quomodo praeter allegoricam significationem dictum sit: In principio creavit Deus caelum & terram &c. In principio scilicet temporis, vel quia primo facta sunt, vel in principio, idest Dei Filio qui ait: Ego principium, qui & loquor vobis &c.* Vltimum scholion est in verba *conditus aromatibus*, & nullum praefert auctoris nomen, sed tantum praemittuntur hae compendiariae voces *S. Mor.* scilicet *sensus moralis*, & ita habet: *Conditus est aromatibus. Felix anima, quae aromatibus virtutum condita in loculo corporis degens, cotidie perficiendo* (sic) *perhemni vitae reservatur; siquidem in fide, spe, & charitate custodita fuerit, per gratiam Christi pervenire merebitur ad spetiem divinae contemplationis, cuius adeptio, perfecta est laetitia, unde adimplebis me laetitia cum vultu tuo.*

In summo margine primae paginae legitur litteris grandioribus, sed valde compendiatis: *Liber sancti* RIG. (2) *Siquis eum abstulerit, anathema sit*: & paullo inferius: *Ioannis Gaddi.*

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XII., quantivis pretii, optime servatus. Constat foliis scriptis 143.

SANCTI AVGVSTINI OPERA VARIA.

Cod. XLII.

I. pag. 1. AD Paullinum, de cura pro mortuis gerenda Liber.

II. pag. 14. b. De consolatione mortuorum Liber.

III.

(1) Hic Strabo (teste Fabricio Biblioth. Med. & Inf. Latinit. Tom. VI. pag. 214.) fuit Bedae Venerabilis germanus frater, Homiliarum Auctor, Scriptor fictitius &c.

(2) Forte legendum *Remigii*, nomen Ecclesiae videlicet, ad quam pertinebat.

Digitized by Google

III. pag. 16. De quantitate Animae Liber.

IV. pag. 52. De Bono coniugali Liber, cum Retractatione in principio.

V. pag. 69. b. De Nuptiis, & Concupiscentia Libri II. cum duobus Prooemiis.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. ab eadem manu, qua Codex XXXVIII. alia D. Augustini Opera continens, exaratus, itemque ut ille, aquis pluvialibus coinquinatus. Constat foliis scriptis 118.

PANDECTARVM PARS POSTREMA.

Cod. XLIII. COdex est initio mutilus, & continebat olim Digestorum, seu Pandectarum Iustiniani Libros duodecim posteriores, scilicet a Libro XXXIX. usque ad L. inclusive, cum perpetuis glossis marginalibus, iisdemque cum illis, quas exhibet Volumen tertium celebris editionis Venetae anni MCCCCLXXXV. = MCCCCXCIV. fol. quam cum Archetypo Florentino contulit Angelus Politianus, de qua vide Catalogi nostri Tom. IV. pag. 8. seqq. Nunc autem ob praedictam Codicis iacturam in principio, in qua perierunt folia 40. ut ex antiqua paginarum numeratione eruitur, desideratur totus Liber XXXIX. & magna pars Libri XL. cuius prima verba sunt.... *ferri potest. Quidam quum tres servos legasset, fidei heredis sui commisit, ut is duos quos vellet manumitteret &c.* quae pertinent ad Rubricam *de Fideicommissariis Libertatibus*. Finem non damus, quum tam textus, quam glossae desinant, ut in citata editione.

In fine nomen cuiusdam possessoris olim legebatur, sed nunc ex parte sublatum est: quae superfuere, ista sunt: *Iste Liber est Iacobi Conillani Clerici studentis in studio Tolozano, & de eo stitit sibi XXX. libras Turone verum parvorum tempore, quo scutati valebant XV. sol. toŁrum, & emit librum die lunae ante festum sancti Marchi avvangelistae, & fuit de magistro Gillermo de sancto Iuliano Appamiarum Anno Domini* MCCCXL. *huius rei sunt testes... rectorem de mercatalam appam., &....*

Praeterea ab alia manu in spatio vacuo postremae paginae descripta legitur *Epistola Plutharci Philosophi congratulatoria Traiano discipulo suo ad Imperium sublimato*, quae inc. *Plutharcus Traiano salutem. Modestiam tuam noveram non appetere Principatum*. Des. *alioquin praesentem epistolam testem invoco, quia in perniciem Imperii non pergis autore Plutharco*. Tandem versiculi septem leguntur de divisione & argumentis septem partium Digestorum, ii quidem parvi momenti.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. maximo Saec. XIV. binis columnis exaratus. Constat fol. scriptis 250.

MISSALE ROMANVM.

Cod. XLIV. MIssale Romanum antiquissimum, mutilum fortasse in principio, quum integrum Calendarium desideretur, quod in aliis semper praemitti solitum fuisse comperimus. Mutilum quoque est in fine, sed non multa desunt. Interim notandum in qualibet Missa Introitum, Graduale, Offertorium, & Communionem notas musicas ad cantum inservientes praeseferre. Ad Canonem pag. 114. b. praeter alia animadversione digna, videre est inter Virginem Matrem, & S. Ioannem Evangelistam, Crucifixi imaginem cum quatuor clavis, duobus Angelis superne adstantibus. In alio loculamento exhibetur Salvator Mundi in solio sedens, cui adstant symbola quatuor Evangelistarum, ac dextera sacrum Evangeliorum volumen substinet, sinistra extensa. Praeterea notandae sunt pag. 74. b. & seqq. Missae tres de Scrutinio Cathecumenorum, quibus expletis legitur: *Incipit ordo vel denuntiatio ad electos, qui tertia hebdomada in Quadragesima* IIII. *feria initiantur*. Pag. 84. observandae sunt Liturgiae maioris Hebdomadae, & preces, inter quas occurrit cum notis musicis, & sine nomine auctoris Hymnus

Gloria, laus, & honor tibi sit Rex Christe Redemptor &c.

Pag. 100. habentur alia haec rubrica exarata: *Feria* VI. *in Parasceven, hora tertia, procedit Pontifex, vel qui vicem illius tenuerit in Ecclesia statuta infra urbem, non tamen in maiore Ecclesia, qui dum veniens de Sacrario processerit ante altare ad orandum per Oratorium, sicut moris est, statim ut surrexerit, cum silentio adscendit ad sedem, quo sedente, statim Subdiaconus adscendit ad legendum &c.* In Litaniis autem pag. 111. b. nominantur: *S. Tiburti, S. Florenti, S. Zenobi, S. Caliste, S. Potentiana, S. Iuliana, S. Columba, S. Praxedis, S. Reparata &c.* Pag. 113. item in Litaniis *S. Corneli, S. Ypolite, S. Gorgone, S. Remigi, S. Albine, S. Syre, S. Candida, S. Iuliana, S. Eufemia, S. Brigida*.

Pag. 187. leguntur tres Orationes in octava SS. Apostolorum, qua die celebratur festum S. Romuli Episcopi Fesulani, quarum prima est ista:

Deus qui nos annua beatorum Martyrum tuorum Romuli, sociorumque eius solemnitate laetificas, concede propitius, ut per temporalia festa, quae agimus pervenire ad gaudia aeterna mereamur. Per &c.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. max. Saec. XII. binis columnis exaratus, & pro Liturgiae Ecclesiasticae declaratione dignus qui consulatur. Constat fol. scriptis 230.

RE-

Digitized by Google

RERVM ROMANARVM HISTORIA EX SALLVSTII CATILINARIO, ET LVCANI PHARSALIA CONGESTA; CHRONICON IMPP. ROMM. ET DE EVERSIONE TROIAE LIBER.

Cod. XLV. I. pag. 1. *IL Luchano in volgare, el quale tratta de'fatti di Roma*, sive *historia Rerum Romanarum partim, ex Sallustii Catilinario, partim ex Lucani Pharsalia congesta*. Inc. *Nostro Singniore Iddio stabilio il mondo, e sottomisselo alla suggezione dadame nostro primo padre. Adamo fu fatto solo, ed ebbe il mondo elle chose del mondo tutte sotto la sua sugezione &c.* Des. *e poi si puose quello serpente alla poppa mancha perme il chuore, e chosì muorì*. Tum subiicitur: *Finito illuchano. Deo gratias. Amen.* Exstat & in Codice XXXV. supra pag. 38. §. I. sed. initio mutilum.

II. pag. 69. *La Cronicha*, seu *il Fioretto della Cronacha*, ut in repetitione tituli habetur in fine, ut in dicto Codice §. II.

III. pag. 80. Liber de eversione Troiae, cum Praefatione, ut ibid. §. III.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. binis columnis, aquis pluvialibus aliquantum maculatus, cuius penultimum folium paene totum recisum est. Constat fol. scriptis 195.

HIEREMIAE COMPENDIVM MORALIVM.

Cod. XLVI. HIeremiae Iudicis, civis Patavini (1), Compendium Moralium notabilium, continens dicta, exempla, ratiocinia excerpta ex pluribus scriptoribus sacris & profanis, ad rem potissimum moralem pertinentia, & ad certa Capita Polyantheae, seu Theatri vitae humanae adinstar redactum. *Dividitur* autem *istud Opus* (ut ipse Codex habet in principio) *in quinque Partes, & quaelibet Pars in suos Libros, & quilibet Liber in sua Capitula, & quodlibet Capitulum in suas auctoritates sub inscriptione suorum auctorum*. Capitulum primum Libri primi Partis primae inscribitur *de religione & superstitione*, & inc. *Tullius de natura Deorum Libro primo. Sanctitas est scientia colendorum &c.* Capitulum XI. & ultimum Libri quarti Partis quintae, quod est *de sepultura* des. *Lucanus Libro VII.*

Libera fortuna mors, capit omnia tellus,
Quae genuit: caelo tegitur qui non habet urnam.

Tum subiungitur: *Explicit Compendium Moralium Domini Ieremiae, per ipsum compositum. Deo gratias amen. Scriptum & completum per me Petrum Nicolai Aiuti de Reggiuolo Not. Flor. die* XXV. *Aprilis* MCCCCXL. *Indictione tertia*. De hoc Auctore meminit Fabricius Bibl. Med. & Inf. Latin. Tom. III. pag. 245. Operis autem editionem Venetam anni MDV. apud Petrum Liechtestein Coloniensem in 4. recenset Maittairius. Annal. Typograph. Tom. II. pag. 172. Interim notandum, prima quatuor Codicis folia exactissimum continere Indicem argumentorum, quae in singulis Capitulis pertractantur, rubrica exaratum: praeterea in fine singulorum Capitulorum vacuum spatium qua maius, qua minus, fuisse ab exscriptore relictum, ut uberior, pro rei opportunitate, dictorum ac sententiarum moralium collectio redderetur. Auctores, quorum testimonia in hoc Opere adferuntur, sunt isti: Gualterius de Castellione Lib. III. Opus carminibus, Auctor Libri de formula honestae vitae, Matthaeus Vindocinensis de historia Tobiae Cap. 16. versib. Idem in Poëtria, versib. Auctor Libri de moribus Medicorum, versib. Caecilius Firmianus de Beata Vita, Henricus Samariensis, sive Septimellensis versib. Richardus Iudex Venusinus Libro de Pertractatione nuptiarum, versib. Bellinus in Speculo Vitae, versib. Chronica de Nugis Philosophorum, Versificator Fabularum Aesopi, versib. Hugo de S. Victore in Didascalo, item in Compendio Philosophiae, Maximianus versib. Iacobus Beneventanus Cap. XXV. versib. Montanarius in Luna Cleri Cap. LVIII. versib. Martialis Cecus (*Cocus*) Libro undique suscepto Cap. V. Is est Valerius Martialis; Cato, versib. Iohannes Solobriensis Anglicus in Policratone Lib. I. Auctor Libri, qui dicitur Rudium doctrina Lib. I. versib. Catulus Cap. I. Cap. XIX. versib. Gualfredus in Poëtria Cap. XXXIV. versib. Auctor Libri, qui dicitur Pamphilus Cap. III. versib. Augustinus in Epigrammatibus Prosperi LXXIV. Baldus Fabula XXII. versibus leoninis, Andreas ad Gualterium de Amore Libro I. Auctor Libri, qui incipit Astrolabi, versib. Theophrastus in aureolo tractatu de Nuptiis, Auctor Libri, qui dicitur Facetus, versib. Auctor Rudium doctrinae Lib. III. Fulgentius Mythologiarum Lib. I. versib. Frontinus Lib. I. Tit. IX. de Stratagem. Romanor. Isocrates in Exhortationibus, Ptolemaeus in Centiloquio, Andreas Capellanus Domini Innocentii Papae IV. in Libro de dissuasione uxorum. Ex alia citatione eruitur hunc eumdem esse atque Andream auctorem Libri ad Gualterium de Amore; Proculus de decem Dubitationibus circa Providentiam in Prooemio, Gualfredus de Ironia Curiae Papalis, versib. Tullius de Natura Deorum Lib. I. Praeter hos, saepissime citat Sacrae Scripturae Libros,

(1) Hieremias Iudex, cuius *Compendium Moralium notabilium* memorat Sanderus in Biblioth. MSS. Belgii pag. 225. non diversus a Gesneri Hieremia Paduano, sive Hieremia Montagnono, seu de Montanione, quem Iudicem Patavinum notavit Scardeonius, defunctum An. MCCC. et ex Scardeonio Nicolaus Comnenus Papadopoli Tom. II. Hist. Gymn. Patav. pag. 6. Idem Compendium memoratur apud eumdem Sanderum etiam pag. 199. ubi male *Hieremias de Monvangione* appellatur.

Digitized by Google

bros, Ambrosium de Officiis, Gregorium in Pastorali, Cassiodorum, Isidorum in sinonymis, Prudentium, S. Bernardum in Oeconomicis, Philonem, Valerium Maximum, Legem, videlicet Codicem & Pandectas, Priscianum, Claudianum, Quintilianum, Palladium de Agricultura, Statium, Iuvenalem, Platonem, Aristotelem, Horatium, Sallustium, Senecam Moralem, Senecam Tragicum, Macrobium in Saturnal. & Somn. Scip., Ovidium, Boëthium, Terentium, Plinium in Hist. Nat. Vegetium de Re Militari.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. binis columnis eleganter nitideque conscriptus, optimeque servatus. Constat fol. scriptis 184.

HISTORIA RERVM ROMANARVM EX SALLVSTIO, ET LVCANO CONGESTA.

Cod. XLVII. IDem Opus cum illo, quod recensuimus in Codice XLV. supra pag. 47. §. I. In calce scriptum legitur ab eadem manu.
Qui scripsit scribat, semper cum Domino vivat, Vivat in caelis Andreas cum nomine felix.
Tum paullo infra ab alia manu recentiore, & perquam rudi: *Esplicit Liber Luchani. Deo grazias.*
Qui scrisit scribat senper chuom Domino vivat Manus scrittoris salventur omnibus oris.
Vivat in celis Francischus chom nomine felis.
Tandem versiculi, ut alibi: *O tu che con questo libro ti trastulli ec.*

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIII. binis columnis exaratus. Constat fol. scriptis 32.

ADVERSARIA HISTORICA.

Cod. XLVIII. ADversaria Historica, seu diurnales Commentarii rerum per orbem gestarum, & potissimum per Italiam, qui ab anno MCCCCXXIII. progrediuntur usque ad dimidium ferme saeculum XV. a diversis manibus exarati, cum correctionibus, ac lituris paene innumeris, ita ut eorum lectio perquam difficilis reddatur. Praecedit Breviarium historiae Romanae ab Vrbe condita usque ad Fridericum III. ex Austriae Ducibus Imperatorem electum, auctore forte Pio II. Piccolomineo, Summo Pontifice; ex comparatione enim a nobis facta huius Codicis scripturae, eadem ferme est, atque illa Codicis Gaddiani Medicei Epistolarum Sigismundi Imperatoris nomine missarum ab eodem Aenea Silvio, dum Secretarii munere apud Caesarem fungeretur. Ex hoc fortasse autographo emerserunt Pii II. Commentarii rerum memorabilium, quae temporibus suis contigerunt a R. D. Ioanne Gobellino Vicario Bonnen. iamdiu compositi, & a R. P. D. Francisco Bandino Picolomineo Archiepiscopo Senensi ex vetusto originali recogniti, qui prodierunt Francofurti ex officina Aubriana MDCXIV. fol.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. a muribus variis in locis corrosus. Constat fol. scriptis 118.

FRANCISCI PETRARCHAE LIBER DE VIRIS ILLVSTRIBVS ITALICE.

Cod. XLIX. ALiud Exemplar huiusce Operis exhibet Cod. XXV. supra pag. 24. Heic tamen sunt prima duo folia. In fine legitur manu recentiore exaratum Epigramma Italicum morale, vulgo *Sonetto*, auctore Anonymo, cuius initium:
Ferma mortale il piè, ritieni il passo &c.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. ineuntis, in cuius prima pagina delineatum est stemma quoddam gentilitium, adscriptis litteris, in dextra parte *A*, & in sinistra *S*. Constat fol. scriptis 270.

ANDREAE FLORENTINI VITA PAVPERIS.

Cod. L. TItulus Operis ita habet: *Al Nome diddio e della gloriosa Madonna Santa Maria e del glorioso Messer Santo Giovanni Batista difenditore di questa nobilissima Città di Firenze inchomincia il primo Libro del Meschino fatto e chompilato pel nobile huomo Maestro Andrea da Firenze.* Dividitur autem in Libros VIII. Libri vero in varia Capita. Caput I. Libri I. inc. *Naturalemente pare che sia di chonsuetudine, che gli uomini si dilettino d' udire novelle degli autori, hosse antichi fussino, non sieno suti palesati alla volghare giente, perchè cose antiche a non palesarle paiono nuove alla mente di choloro che nollano più hudite. Per questo mi sono dilettato di cerchare molte storie. Trovai questa Leggienda che molto mi piacchue &c.* Nonnulla desunt in fine: desinit enim in verbis: *nella qual ghuerra morì Mellone figliuolo del Meschino, e non vollono quegli di Taranto la Singnioria di Puglia per questa ghuerra, e a Durazzo.....* quae pertinent ad Cap. XLIV. & ultimum Libri VIII. Memorat hanc Historiam, tamquam in Bibliotheca Gaddiana exsistentem, Iulius Niger in Historia Scriptorum Florentinorum pag. 35.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. binis columnis exaratus, in fine mutilus, & in prima pagina, initiali littera inaurata, aliisque variis coloribus exornatus. Constat fol. scriptis 209.

ANONYMI COMMENTARIVS IN CICERONEM DE OFFICIIS.

Cod. LI. ANonymi Expositio in Libros III. M. Tullii Ciceronis de Officiis. Incipit ab invocatione divini auxilii, & quidem sic: *Aperi labia mea Deus, et tenebras loquentis illustra &c.* tum post pauca ita prosequitur: *invocatoque divino favore ad quaedam*

Digitized by Google

alia meum transgrediar stylum, videlicet ad illa intrinsecus & extrinsecus, quae ad huius Libri declarationem pertinent. Ideo praemisso exordio elegantissimo, sunt videndae quae sint caussae huius Libri, & cui parti philosophiae supponatur, & qui sit Libri titulus ec. Des. *dicit ergo, o mi Cicero vale, idest sta in bono statu, que pro &, persuade tibi, idest fac tibi credulitatem, scilicet te esse charissimum mihi, sed persuade tibi te fore multo chariorem mihi quam sis, si laetabere talibus monimentis, que pro &, praeceptis, idest documentis. Amen.* Inde litteris maioribus adnotatum est: *Ad honorem summi Tonantis finis est.*

Cedant arma togae, concedat laurea linguae. Huius versus subiicitur expositio, atque inde explicatio quaedam vocabulorum militarium, ut Legionis, Cohortis, Centurionis &c., necnon notitia trium bellorum Punicorum. Tum in foliis aliis subsequentibus recurrunt duo fragmenta eiusmodi expositionis, non illa quidem magni momenti. Primum pag. 133. inc. *Sedato vix tandem civili bello, Cicero Marcum filium misit Athenas Latinis litteris apprime eruditum etc.* Alterum pag. 137. inc. *Quamquam te, Marce. In principio huius Libri sunt notanda illa tria necessaria, videlicet primo caussa efficiens fuit Tullius Arpinas etc.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, & variis manibus exaratus. Constat fol. scriptis 138.

DAMIANI MONTIGIANII COMMENT. IN ARISTOTELIS POSTER. ANALYTICA.

Cod. LII.

ARistotelis Analyticorum Posteriorum Libri duo cum uberrimo Commentario Damiani Montigianii (1) (huic enim adscribitur in exteriori Codicis titulo recenter apposito). Textus in varias Sectiones dividitur, & cuilibet Sectioni sua subiicitur explanatio. Textus Philosophi inc. *Omnis doctrina, & omnis disciplina intellectiva ex praeexistenti fit cognitione &c.* Commentarius inc. *Quotiescumque aliquid faciundum nobis proponimus, quaedam praeagenda ducimus ad propositum spectantia finem. Hoc autem haud alia de caussa necessarium ducimus, nisi ut voti facilius compotes reddamur &c.* Des. *quae ideo praetermisimus, ne ipsos in logicis rationibus neotericos taedio afficeremus, dum obscuriori interpretatione obscura Aristotelis verba redderentur.* Tum haec subiicitur conclusio: *Laus Deo Opt. Max. a quo quidquid boni a nobis emanat, ut a vera omnium bonorum origine effluit.*

Codex chartaceus MS. Latinus autographus in fol. Saec. XVI. Constat fol. scriptis 663.

CHRONICA GENERALIVM MINISTRORVM ORDINIS S. FRANCISCI, AVCTORE ANONYMO.

Cod. LIII.

PRaemittitur Chronicae haec brevis Introductio: *Quoniam praeteritorum narratio utilis est ad eruditionem praesentium, et futurorum cautelam, hinc est quod notabilia bona & mala, quae variis temporibus Ministris Generalibus in aliquibus Legendis, Tractatibus, Processibus, & Chronicis dispersa reperi in sacro Fratrum Minorum Ordine contigisse, necnon de Vitis Sanctorum Fratrum, inspecta quantum potui veritate, in sequenti volumine recollegi.* Chronica inc. *De primo Generali Ordinis. Primus itaque omnium Generalis Minister fuit gloriosissimus Pater Franciscus, quem electum fuisse non reperi, sed ex provisione Papali devotissime institutum &c.* Progreditur usque ad annum MCCCLXXIV. & desinit in XXIV. Generali Ministro Ordinis, qui fuit Fr. Leonardus de Gifono, & in verbis: *Eodem anno* (MCCCLXXIII.) *postulatus, & concessus Ordinis Protector Dominus Guillielmus titulo Sancti Clementis Presbyter Cardinalis Lemonicensis. Anno Domini* MCCCLXXIV. *idem Dominus Protector Ordinis ex hac vita migravit.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, optime servatus. Constat fol. scriptis 253.

CHIRVRGIA MAGISTRI GVILLELMI DE SALICETO.

Cod. LIV.

QVum Opus anepigraphum sit in principio, eius Titulum iisdem verbis, quibus in Codicis calce enunciatur, proferimus, & quidem ita: *La Diceria della Cyrugia del Maestro Guiglielmo de Piacenza, lo quale Libro si conpilò nella Ciptà di Bologna a utilitade delli studianti sotto gli anni del nostro Signore Iesu Christo* MCCLVIII. Dividitur autem in Libros V. & quilibet Liber in varia Capita, suis unaquaeque titulis rubricatis invicem distincta, quorum Index singulis praemittitur Libris. Prologus, seu Introductio Auctoris inc. *Mio proposito è atte buono comporre uno libro di manuale operatione, acciochè la satisfatione risponda alla petitione de' conpagni miei.* Des. *e al Medico apartiene ordinare le cose estrinsiche secondo l' arbitrio suo.* Caput primum Libri I. inscriptum: *Dell' acqua congregata ne' capi de' fanciulli nuovamente nati*, inc. *Il generale documento è, che quatro cose sono neciessarie, per le quali qualche membro patisce qualche infirmità da cagione intrinsicha, cioè apostema, o altro &c.* Caput ultimum Libri V. cui titulus: *Dello narrare esenplificare delle medicine senplici chessi convengono alle opera-*

(1) De eo pauca vide apud Io. Vinc. Coppium *Annali di S. Gimignano Firenze* MDCXCV. 4. pag. 192.

Digitized by Google

rationi dette, des. *lo suo olio si risolve le lassitudine, et quando si beve collo vino conferisce nello spasimo, e alla contritione degli lacerti*. Tum sequitur titulus, quem supra retulimus, ac deinde alia anni nota, nimirum *millesimo trecentesimo Indictione* XI. quo fortasse Opus de Latino in Italicum sermonem translatum fuit. Guillelmus iste de Saliceto memoratur a Fabricio Bibl. Med. & Inf. Latin. Tom. III. pag. 162. eiusque Chirurgia, eodem teste, prodiit Venetiis annis 1502. & 1546. fol.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, & cum auctoris effigie depicta in littera Operis initiali inaurata. Constat fol. scriptis 156.

AVICENNA.

Cod. LV. AVicenna Canonis Medicinae Libri duo priores, interprete Magistro Gerardo Cremonensi, ut in Codice XXIV. supra pag. 24. ubi habentur Libri III. Adsunt in hoc scholia aliquot marginalia, partim antiquae, partim recentioris manus. In ultimo folio varia adscripta sunt emplastrorum genera ad sanandos diversos virgae morbos; tum moralia quaedam, nimirum decem Verba Philosophica, quae efficacissima sunt ad utilitatem animae & corporis; duodecim abusiva saeculi; septem curialitates mundi; septem incurialitates Matracosim (sic); septem turbantia Civitatem; septem genera stultorum.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. maiori, Saec. XIII. binis columnis exaratus, & optime servatus. Constat fol. scriptis 128.

TESTAMENTI NOVI LIBRI ALIQVOT.

Cod. LVI. NOvi Foederis Libri quidam ex versione S. Hieronymi Presbyteri, nimirum:

I. pag. 1. Actus Apostolorum cum Praefatione S. Hieronymi, & Capitum elencho.

II. pag. 14. b. Epistolae septem Catholicae cum Prologo eiusdem in omnes simul, & Capitum Indicibus in singulas.

III. pag. 20. Apocalypsis B. Ioannis Apostoli, item cum Prologo eiusdem, & Capitum Tabula.

IV. pag. 27. Epistolae Paullinae XIV. pariter cum Prologo eiusdem, & argumentis in singulas; in calce ultimae legitur maioribus rubricatis litteris: *Explicit Epistola sancti Paulli ad Hebraeos*. In ultima autem membrana, quae vacua superest, adscribitur *Iohannes Andreas Bochacius*, forte possessor Codicis.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XII. binis columnis exaratus, & cum initialibus Librorum antiquo more depictis. Constat fol. scriptis 52.

MAGISTRI BRVNI CHIRVRGIA.

Cod. LVII. I. pag. 1. MAgistri Bruni Longoburgensis Chirurgia Magna Libris duobus compilata, cum Praefatione ad Andream Vicentinum, ut in Codice XXV. Plutei LXXIII. Biblioth. Laurent. (Vid. Catalog. Tom. III. pag. 50.) Heic tamen mutila est, & desinit in Capite XI. Libri II.

II. pag. 40. Liber Magistri Benevenuti Graphey de Ierusalem excellentissimi, de arte probatissima oculorum, & hic Liber, qui tractat de passionibus oculorum, appellatur Lumen luminum, & Corona totius corporis, cum Praefatione, cuius initium est: *Auditores audiant omnes circumstantes, qui cupiunt audire novam scientiam &c.* Finis: *& confundebant multos homines operando ipsam cum magno errore*. Caput I. *De forma & operatione oculorum*, inc. *Oculus est concavus & rotundus, & plenus aquae clarissimae &c.* Caput ultimum *De infirmitate in oculo & in parte faciei*, des. *hoc valet ad omnes infirmitates praedictas*. Tum repetitur titulus: *Expletus est Liber Magistri Benevenuti de Ierusalem, qui Liber tractat de passionibus oculorum. Deo gratias*. Exstat hic Tractatus impressus Venetiis A. MCCCCXCVII. fol. Sequuntur deinde in folio 47. varia unguentorum genera, inter quae legitur *Vnguentum Magistri Anselmi*. Tandem in duobus ultimis Codicis foliis occurrunt nonnulla levis momenti, videlicet sub anno MCCCCLXIII. die XVIII. Augusti inventarium rerum mobilium cuiusdam domus satis curiosum, & *festivitates Sanctorum, in quibus Curiae teneri non debent*. Notatur prae reliquis sub die XIII. Octobris *Festum sancti Romuli*. Claudit volumen figura quaedam humana, exhibens disposita in variis corporis partibus duodecim Zodiaci signa.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis, diversis manibus exaratus. Constat fol. scriptis 49.

GALENI OPERA QVAEDAM INTERPRETE ANONYMO.

Cod. LVIII. I. pag. 1. LIber Migrotegni, vel Liber de ingenio sanitatis compositus a Galieno Medico, seu, ut in editionibus inscribitur, *Galeni Methodus medendi, ad Hieronem*, Lib. XIV. Lib. I. inc. *Nero* (sic, sed legendum *Hiero*) *charissime, a te & a multis, multis vicibus rogatus componere volui librum de sanitatis ingenio, ne labor tanto operi studiose impositus quadam negligentia postponeretur &c.* Liber XIV. des. *vulnus autem, quod vocatur carnosum, ex genere duri apostematis est. Deo gratias. Completus est Liber de ingenio sanitatis. Benedicamus Domino. Amen.*

II. pag. 68. Eiusdem de Crisi Libri III.

Digitized by Google

Initium Libri I. & finis Libri III. concordant cum Codice XI. Plutei LXXIII. Vide Catalogi Tom. III. pag. 30. §. VI. Idem Opus videtur esse ac Libri tres de Crisibus editi a Brasavola inter omnia Galeni Opera Cl. IV. pag. 125.

III. pag. 97. b. Eiusdem de Criticis Diebus Libri III. Primus inc. *Vt aegritudinum, quae non paullatim minuuntur, sed subito quiescunt, consumptio certificetur &c.* Tertius des. *deinde erraverunt iterum cum illo in cognitione ipsarum intentionum. Et iam quidem pervenimus ad finem Libri auxilio Dei, & eius adiutorio. Completus est Tractatus tertii Libri G. de Criticis Diebus. Deo gratias.* Hoc idem Opus de Criticis Diebus habetur in eadem editione Cl. IV. pag. 145.

IV. pag. 120. Eiusdem de Accidenti & Morbo Liber in sex Particulas distributus, & Particulae in Capita. Particulae primae Caput I. inc. *In initio huius mei Libri diffinire oportet morbum, ut intentio huius Particulae cognoscatur.* Particulae sextae Caput ultimum des. *secundum hanc rationem possibile est tractari generaliter quae accidentia semper alia sequuntur, quae vero non. Deo gratias. Amen.*

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus, optimeque servatus, cum scholiis aliquot marginalibus antiquae manus, & nomine Ioannis Gaddi in principio. Constat fol. scriptis 146.

MAGISTER SENTENTIARVM.

Cod. LIX. PEtri Lombardi Libri IV. Sententiarum, cum Prologo, & Capitum elenchis unicuique Libro praemissis. Habes alibi, ac praecipue in Codice XXV. Plutei XXI. Biblioth. Laurent. (Vide Catalog. Tom. I. pag. 700.) cum quo concordant quoad initium & finem.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XIII. binis columnis exaratus, cum aliquot scholiis antiquis in margine. Constat fol. scriptis 136.

CHRISTOPHORI DE BONDELMONTIBVS DESCRIPTIO CYCLADVM.

Cod. LX. I. pag. 1. COdex est anepigraphus, sed continet descriptionem Insularum Cycladum, a Christophoro Presbytero de Bondelmontibus factam A. MCCCCXXII. & Iordano Cardinali de Vrsinis dicatam, quam sub hoc titulo indicat Nigrius in Historia Scriptor. Florent. pag. 137. *Liber Insularum Archipelagi, editus per Christophorum Presbyterum de Bondelmontibus de Florentia anno Domini* 1422. (1) Littera nuncupatoria ita se habet: *Constitui, Pater Reverendissime Iordane Cardinalis, meis itineribus tibi Librum Insularum Cycladum, atque aliarum in circuitu sparsarum destinare figuratum dono, atque suis temporibus priscis usque in hodiernum diem gestis. Quae postquam periculis infidelium, parvisque procellis omnia in sex praecensita annis, iam exacta adolescentia, atque mea Florentia relicta, Colocensem amoenissimam petii Civitatem, ut finis amodum esset meorum iam laborum, & aliarum hinc inde scalarum adscendere. Igitur postquam aliqua mihi graiarum litterarum patuit notitia, amor tuae charitatis ad aures tui servuli velociter convolavit; qui postquam ostio meae mentis adhaesit, ut semper ibi commoraretur, ab isto Libro iam a me ordinato, & tibi dicato, detentus est. Ergo cape, precor, munusculum a longis itineribus missum, in quo multa antiqua Patrum narrata videbis, & heroum magnalia antiquorum per totum congesta germinantur. Cernes insuper montes cum fontibus, una in campis pascuisque descendere nymphas, & saxa inhaerentia, Egas vagantes. ubique; denique cum promontoriis, illis adstantibus scopulis, & oppida cognosces, & maria pandentur in istis; sitque finis admodum nostrae ingressionis, Pater, & nomina deinceps omnium Insularum, atque locorum, de quibus tractaturi sumus, seriatim ponamus, ut cito legentibus iter pateat sine labore. Ergo meum inceptum a Corfù dirigatur, quae hodie a multis prima Graeciae versus Occiduum est appellata. Deinde Pachisos, Leucata, Dulichia, Chefalonum, Iacinthus, Strophades, Sapientia, Chitaraea, Sequibus, Creta, Carpathos, Rhodos, Simie, Charistos, Dilos, Caria, Astimphalea, Egasa, Sicandros, Policandros, Milo, Siphanos, Serfinos, Termie, Coa, Andros, Coloieros, Tino, Michone, Delos, Suda, Paros, Antiparos, Panaya, Naxos, Podia, Raclea, Cheronia, Anaphios, Brupot, Chimera, Lenata, Chaloieros, Choa, Claros, Erro, Patinos, Dipsi, Crussie, Icarea, Mandria, Agatusa, Formachus, Samo, Furne, Tenesa, Psara, Lesbos, Chios, Tenedos, Galipolis, Marmora (2), Calonimo, Scopuli Caloierorum, Polis, Stilimnii, Embaros, Mandracchi, Taxos, Mons Sanctus, Sanstrati, Limen, Dromos Macri, Schiati, & Scopuli, Sanctus Helyas, Egrippos, Aeginaque. Restat nunc, Pater, generales monstrare particularitates, & Provincias circumcirca positas, cum marium amplitudine, & qui hac tempestate dominatur in illis. Dicitur ergo Arcipelagum mare, quasi dominus maris. A Rhodo igitur per lineam rectam usque Malleum promontorium milliaria CCCCL, & a Creta usque Tenedon V. milliaria, in quibus totum mare includitur Arcipelagi. Huic Asia minor adhaeret, in qua Ciliciae, Pamphiliae, Phrygiae, Betuliaeque*

(1) Huius Operis aliud exemplar in Biblioth. S. Marci Ord. Praed. Florentiae prostat, auctum, emendatumque ab eodem auctore. Vid. Mazzuchellium *Scrittori d' Italia* Tom. II. Part. IV. pag. 2374. qui alios eiusdem Operis Codices commemorat.

(2) Legenda est hoc loco exactissima Constantinopolis Vrbis descriptio.

Digitized by Google

liaeque provinciae ampliantur; sed postquam Turchi eam diu possedere, ab eis Turchia nomen accepit, qui ruentes per civitates sine moeniis, populi ab eis pacifice gubernantur. Ad occiduum, postquam mare transitur Hellespontum, Graecia statim ampliatur plana, & in omnibus usque ad Andrinopolim fertilissima nimis, & a laeva tendens versus Thessalicam provinciam, populata satis reperitur, ubi civitates, locaque delinquimus, & ad montes devenimus altos, cito ad Euboiam, Athenarumque loca pergitur ultro, quarum pars maxima a Turcis possidetur. Aegaeum vero mare volunt antiqui ab Aegaeo Rege, & patre Thesei dictum, quod ab Hellesponto incipit, & multos abluens sinus, usque Malleum distenditur promontorium. Cyclos enim graece, latine Circulus; eoque omnes Insulae rotundae inter istos Archipelagi scopulos ex Cycladibus vocabantur. Peractis igitur generalibus divisionibus huiusmodi descriptionis, ad particularitates dictarum Insularum revertemur, in quibus dum rubeas E numerabis ipsarum litteras, nomen mei, tuique, & quo in loco, & tempore perfeceram Opus manifestabit; eapropter, ut cuncta comprehendas, in nigro montes, in albo planities, in viridi aquae pandentur in descriptis picturis huius Operis manifestissime.

Opus incipit a descriptione Corcyrae, hodie *Corfù*, & quidem ita: *Insula haec, quae prius ostenditur, Cercyra, vel Corcyra a Rege olim dicta est, quae hodie Corfù nominatur, & centum milliaria circuit.* Desinit in Aegina Insula, in his verbis: *& hic navicula nostrae imbecillae navigationis portum futurae recreationis accepit. Rubra littera X. decem importat. Christophorus ego ensenium, Venerande Pater, primum tibi affectanter misi, ut notitiam Insularum Cycladum, Iordane, omnibus per te sit indicatum. Nunc vero, postquam magis in partibus perscrutatus fui, secundum copiosiorem etiam tibi descriptionem volui destinare: quod quando ociosus exstiteris, ad hunc Librum animum possis iocundare tuum.* Τέλος. In hac Descriptione spatia passim vacua relicta sunt, eo fortasse consilio, ut in iis diversarum Insularum schemata depingerentur.

II. pag. 43. Epistola quaedam de terribili terraemotu, qui magna ex parte Cretam Insulam subvertit, manu tamen diversa a reliqua Codicis scriptura, de qua in summo paginae margine adnotatur, quod sit *Exemplar litterarum ex proprio archetypo*. Ea autem est quae sequitur: *Hieronymus Donatus Doctor, Cretae Dux, Petro Contareno Eusebiano suo Sal. Motum terrae, quo nuper, dum accingebar ad reditum, miserabiliter Insula Creta concussa est, non possum reducere in mentem sine horrore animi, nec sine lacrymis ad te scribere. Scribam tamen, ut non solum ex tanto periculo me cum omnibus meis sospitem intelligas, sed ut audiant omnes quod factum est, & discant periculis nostris Deo vivere, & Deum timere. Quarto Kal. Iunias, secunda fere noctis hora, Creta maximo, & horribili motu tremuit, praecipue Candax, haec ipsa nunc Metropolis, & Ducatus sedes, partim prostrata, partim ita concussa est, ut magna licet aedium pars non omnino prolapsa sit, quod tamen refici posse speratur, multitudine scissurarum, hiantibus undique parietibus, ob imminentis ruinae periculum, plus praeseferat mali, quam spondeat boni, quod non prorsus conciderit. Praecessit motum mira aëris, marisque tranquillitas per totam diem, nulla in parte occupato nubibus caelo; sed sole pallido, & aëre sine penitus aura, quasi pulverulento. Sub ipso autem motu, velut mugitus & fremitus, & quasi collidentium inter se armorum strepitus, terrifico nescio quo sonitu, praecessit. Aedes non aliter motae sunt, ac solent commotis maris fluctibus agitari naves; neque solum visae sunt nutare in latus, sed velut saltu quodam concuti. Subinde ruentibus aedificiis, tantus tamque horribilis fragor insonuit, ut paene auribus occlusa auditus facultas videretur; tantus, tamque densus excitatus pulvis est, ut vix attrahere, & regere spiritum liceret. Omnes non terrae motum existimare, sed postremum fati, hoc est divinae voluntatis diem credere, qua tota Mundi moles casu laboraret extremo. Ego sub hoc ipso articulo temporis paullo ante cubitum secesseram, in medio cubiculo strata lectica translatili, quam soleo in legationibus & itineribus mecum habere. Vbi primum omnia tremere sentio, & trabes praecipue maximo strepitu concuti, decidente e parietibus calce operis tectorii, non sine lapidum fragmentis linea tantum indutus, & nudis pedibus surgo confestim. Vxor statim venit ad me cum reliqua familia, quae fuerat in proximo cubiculo, in quo magna pars muri mox corruit. Ego Ioannem Franciscum natum minimum, puerum festivae & amabilis indolis adripio: eximus omnes, & hypethria, quae cubiculo iungitur, convenimus, ubi paullisper morantibus cessavit metus, qui fere tanto temporis spacio perduravit, quanto quispiam concitatius orationem Dominicam proferret. Subinde descendimus in mediam aream palatii, cuius iam aula auditoria a septentrionali parte conciderat, & scalae ruinis, & fractis trabibus operiebantur. Sed quum nec tutus locus areae videretur ob aedificiorum altitudinem, recepi me in latiorem partem fori, non longe a palatio, ubi casus murorum minus timeri posset, sub diversorio quodam ligneo, in quo Iudaei teloneum coriarium exercent; totam noctem insomnem ibi tum sedens, tum & inambulans traduxi. Interea omnis populus, viri passim, & mulieres, & pueri, velut insequentibus hostibus, urbis porta, in ipsa platea est, exeuntes, ululatu, & clamore incredibili omnia complebant. Sacerdotes, subsequentibus turbis, sacras imagines, & ipsum Dominici Corporis Sacramentum circumferentes, accen-*

sis

Digitized by Google

sis luminibus, per plateas, & suburbium supplicationes tota nocte duxerunt. Sequebatur autem infinita prope virorum, & faeminarum, & omnis aetatis generis multitudo, altissimis clamoribus, effusione lacrymarum inexplebili, Dei misericordiam implorantium. In foro dumtaxat, & suburbio erat aditus supplicationibus; nam ipsa via media latior, quae ducit ad portum, quae magistra dicitur, montibus lapidum, trabium, & tignorum obruta, negabat aditum. Per reliquas urbis vias, quae angustiores sunt, sine periculo incedere non erat, pendentibus, & scissis undique domorum parietibus; vix enim quatuor, aut quinque domus supersunt, in quibus habitare sine instauratione liceat. Interim nonnulli nunciantur ruinis obruti, nonnulli semineces eruti; sed in primis faeminae multae cum infantibus oppressae. Iugis sub continuatis eiulatibus vocum dolorosarum miserabilis concentus exaudiebatur. Extracta ex ruinis cadavera, quaedam cum sola pompa lacrymarum efferebantur. Merito mihi noctis illius horrorem consideranti, Maronianum illud occurrit.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lacrymis aequare labores:

Vbi dies illuxit, recepi me iterum in aream palatii, ut aliquantisper, remotiore in loco, fessos oculos, & pulveribus obrutos somno refocillarem; praesertim quod sub iis diebus me adhuc reliquiae aegritudinis infestabant, quae per dies fere quindecim renum doloribus me continenter exagitaverant; sed Dei auxilio, & Pompilii Physici doctrina ac diligentia, fracta in minutiores particulas, & expulsa arenosa materia, quae in renibus obcalluerat, iam convalescebam, & interim addictus medicinalibus praeceptis, me ab aegritudine recolligebam. Sic igitur, dum quiesco, tertia fere post ortum solis hora, alter terrae supervenit motus, neque minus vehemens, neque minus concitatus, sed qui plus timoris adferret; tunc enim pavor & horror cunctis maior increbruit. Tunc vero provoluta mihi ad pedes uxor, & filii, & tota familia, obsecrare, & obtestari, & implorare lacrymis caepere, urbe ut exirem, quod nullus in ea locus, etiam sub dio, ob densitatem aedificiorum tutus videretur. Accessere & ex patriciis & civibus quamplurimi suadentes & orantes, ne solus ego, urbe vacua, in tanto periculo esse vellem. Demum, ut uxorem, & filios sine me exire recusantes educerem, exivi, & in proximos urbi Divi Demetrii hortos, extensis velis peripetasmatibus familiam collocavi. Subinde me in forum contuli, & in eodem diversorio ligneo, passuum minus duorum, collocata lectica nocte, cum nocturnis custodibus adhuc dormio. Quae in hac calamitate constituta in dies, & adcladis reparationem excogitata sint, non attinet dicere. Nihil a nobis praetermittitur, sed nunc illud in primis utile & necessarium est, continere, quoad id fieri possit, civitatem in civitate, hoc est ne urbs deseratur; idque quia ad me praecipue pertinere sentio, semper in foro sum, in quo non solum dormio, sed quasi in domo sedens, & inambulans, & legens etiam versor; neque hortari omnes desino, ut quod tempus & necessitas adlatura sunt, prudentia & diligentia praeveniant, & instaurandis domibus, primo quoque tempore incumbant. Alioquin plenus maerore, & singultibus, spem vultu simulans, & solari, & consulere, & quibus modis possum, tantum mali lenire, & publice & privatim studeo. Ceterum haec tam magna effecta naturae, quamquam sine caussis naturalibus non eveniant, esse tamen divini iudicii signa credenda sunt. Atque ut scias omnia particularius, primum in tam grandi concussione & ruina vere publica, muri urbis, quae magna moles est, nulla in parte hoc motu labefactati sunt. Vndique enim inlaesi permansere, id quod maxime mirum est, ne minimo quidem scismate. Deinde in tanta clade domorum in urbe & suburbio, paucissimi exstincti sunt; paucissimos voco, qui in tam plena civitate, in tanto hominum numero, trecentorum numerum vix attigerunt, inter quos & pauci ex nobilibus, aut notioribus populo. Id fuit in caussa, quod tres, aut quatuor aedes dumtaxat cum totis culminibus concidere, reliquae fere tantum anteriore, aut posteriore parte prolapsae sunt, ubi trabes, & tigna muris non cohaerebant; sed alta aedificia, & turres, nutantibus & disiectis cacuminibus, & sibi, & proximis aedificiis exitium intulerunt. Aedes Divi Titi, quae prima Ecclesiarum sedes est totius Insulae, a turre coniuncta in parte, quae sub turri erat, confracta est. Idem casus evenit aedibus Sancti Salvatoris, & Divi Petri, ac Divi Marci; sed etiam Templum Divi Francisci ab Orientis parte ex eadem propinquitate turris, miserabiliter disiectum est cum magna parte Coenobii. Hoc sane templum, choro ducentarum prope sedium insigne, cultu divino, exacta observatione celeberrimum Christianae religionis sidus in Oriente merito censebatur; nam cum coenobiis Italiae celebrioribus conferri iure poterat; eius nunc instauratio & sumptu & tempore maximo indigebit. Illud non praeteribo memoria dignissimum. Servabatur in Altaris maioris summitate Sacramentum Corporis Christi, inclusum, ut solet, tenuibus crystallinis crustulis argento compactis, id ob ruinam sepultum erat in alto rudere; quod ubi omni studio inquirentes Fratres expedire & extrahere summa veneratione conantur, tandem inlaesum tamen cum Sacramento tabernaculum invenere, quod si forte manu excussum in pavimentum excidisset, miraculum erat, si confractum in frusta non esset; id sub tanta mole lapidum, sub tanto pondere, sub tanto impetu, caruit noxa. Idem evenisse in aliis locis civitatis dictitant, rumore incerto; sed hoc, & verissimum, & certissimum est. Sed in tanto etiam Religiosorum numero, nullus omnino, non solum periit, sed ne minima quidem incussione laesus est. Verum ut ad motum Insulae redeamus, tota quidem

In-

Digitized by Google

Insula, quae trecentis millibus passuum, ab occidente in orientem porrecta est, & omni ex parte simul tota contremuit, atque a media fere parte versus orientem strages aedificiorum sensit; nam & Sentia & Hierapitna magna ex parte disiectae sunt, Rhethymna, & Cydonia concussae sunt. In mari vero, ut iam ex Aegei pelagi superioribus partibus, appulsis navigiis nuper accepimus, motus idem horribilis fuit ad quadringenta paene milliaria versus Euboeam, & Phrygiam, concussis Insulis & continente, sed citra similem cladem. Agitur nunc ducentesimus & quintus annus, ex quo non minore motu haec Civitas corruit, Vito Canali Insulae Duce, quo tempore, ut in veteribus quibusdam annorum tabulis hic reperi, ad quatuor millia hominum oppressa leguntur, anno circiter centesimo, postquam haec Insula Venetae ditioni cesserat. Trecentesimus enim nunc & quartus agitur annus, ex quo haec Insula conquiescit in sinu Venetae libertatis. Nunc itaque continenter die noctuque supplicationes ducuntur maximis clamoribus, & lacrymosis precibus. Strepitu vero & pulvere ita offendimur, ut saepe plus pulveris, quam aëris attractu spiritus hauriamus. Noctu saepe, ubi me primo aggressu sopor oppressit, excitor novis clamoribus. Nam siquid fulgurat, si accensae exhalationes, quae videntur stellae cadentes, apparent, quae facilius videntur, quia sub dio fere omnes habitamus, siquid in parte strepit, aut movetur, subito faeminarum clamor exoritur, & pavore, & clamore complentur omnia. Illud in tantis malis subsequutum est boni, et quidem maximi, quod quum antea ex assuetudine pessima, omnibus fere & adolescentibus, & senibus vomerentur more foedissimo in Deum & Christi fidem verba blasphemiae, crimen exsecrabile, quod neque dictis, neque poenis, neque sanctorum virorum praedicationibus, & minis tolli poterat, nunc timor Dei, uno momento omnes, non tam cohibuit, repressitque, quam etiam contra blasphemantes armavit. Successere loco blasphemiarum Dei laudes frequentissimae, preces assiduae, & publica per omnia compita misericordiae Divinae cum lacrymis profluentibus imploratio; semel nescio quis nomen Christi turpiter nominare ausus, paene a populo lapidatus. Plerique ex his, quibus inter se lites & odia iamdiu vigebant, me praesente, amplexi invicem, iniuriam remisere, & pacem mutuis osculis firmavere. Multi, qui per annos viginti sine confessione, latronum more, pertinaciter perduraverant, ad Sacerdotes se contulere, & facta confessione, Eucharistiam sumpsere; quibus haec evenerunt, etiam si eorum domus totae concideriint, grande lucrum ex hac ruina sunt consequuti. Divinam hanc ultionem fuisse nemo est qui dubitet. Alii alia adferunt, ob quae contra Cretenses haec divino iudicio clades excitata sit. Hoc quoque ipsum in hoc malo boni inesse video, quod haec persuasio fructuosa bonis moribus futura est. Fui longior de industria, quod ardebam, quum haec ad te scriberem, cupiditate quadam incredibili tecum longius colloquendi de familiaribus rebus nostris, & de communibus studiis; numquam magis tecum esse optavi; & tempus, & ipsa occasio nos admonet, ut simul iam, & Deo, & nobis vivamus, & pendere alios ex vulgi opinione sinamus. Vnam, ut saepe tibi dicere soleo, in Eusebiano tuo, vel in hortis meis Patavinis tecum transmissam tranquillitatis dieculam, iam omnibus ego magistratibus, omnibus honoribus antepono. Vale. Idus Iulii MDVIII. *ex Candace insula Cretae.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XVI. ineuntis, optime servatus, sed valde mendosus. Constat fol. scriptis 44.

S. BERNARDI OPERA QVAEDAM &c.

Cod. LXI.

I. pag. 1. IN primis tribus foliis, quae fortasse ad alium Codicem pertinebant, a diversa enim manu sunt exarata, occurrunt quaestiones quaedam de elementorum mixtione, de motu, de sensu communi, de partibus animae sensibilibus &c. ex doctrina sancti Thomae, & quidem imperfectae.

II. pag. 4. Sancti Bernardi Claraevallensis Abbatis Liber de Gratia, & Libero Arbitrio, cum Prologo ad Guillelmum Abbatem sancti Theodorici. Liber concordat quoad initium & finem cum illo Codicis I. Plutei XVI. Biblioth. Laurent. Catalogi Tomo I. pag. 157. §. II. ubi tamen deest Prologus.

III. pag. 15. Eiusdem Epistolae III. quarum prima ad Eugenium Papam III. inc. *Modicum id quod est &c.* quae in editione est Epistola CCXXXVIII. & in Codicibus praemitti solet Libris de Consideratione ad eumdem Eugenium. Altera inc. *Dignationis tuae suscepi scripta devotus &c.* Tertia inc. *Sola caussa, qua licet non obedire parentibus, Deus est &c.*

IV. pag. 17. b. *Quod Sacerdotes & Episcopi non debent accusari nisi ab honestis & religiosis viris*, Testimonia desumpta ex Anacleto, Evaristo, Stephano, & Isidoro.

V. pag. 17. b. Beati Bernardi Claraevallensis Abbatis ad Eugenium Papam de Consideratione Libri V. cum Prologo, ut in Codice XI. Plutei XIV. Catalogi cit. Tom. I. pag. 113. §. I. Heic tamen Prologus cum ipso Opere coniungitur.

VI. pag. 45. Anonymi Explanatio in illa Evangelii verba: *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non revelavit tibi &c.* Inc. *Modus est proprius Scripturarum sacrarum, quod vetus Testamentum declaratur per novum; sic enim dies diei eructat verbum, & duo Seraphim clamant alter ad alterum &c.* Des. *quum igitur dicitur Christus filius Dei vivi, summa exprimitur fidei Christianae, & sanctarum continentia Scripturarum, ut est alibi declaratum.*

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XII. ineuntis, binis columnis exaratus, in

Digitized by Google

in cuius initio possessorum duorum nomina leguntur. Primus ita se prodit: *Iste liber est Francisci Altoblanci de Albertis de Florentia: posuit hoc manu propria* v. *Novembris* MCCCCXXXIII. Alter vero ita: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis*. Constat fol. scriptis 49.

PETRI TRECENSIS HISTORIA SCHOLASTICA.

Cod. LXII. PEtri Presbyteri Trecensis, cognomento Comestoris, Historia Scholastica ad Guilelmum Episcopum Senonensem, cum Epistola dedicatoria ad ipsum, & Praefatione, ut in Cod. III. Plutei XXXIII. Partis sinistrae Biblioth. sanctae Crucis (vid. Catalog. Tom. IV. pag. 283. §. I.) cum quo omnia quoad initium & finem concordant. Adsunt in margine scholia nonnulla manus item antiquae, sed diversae, & ex ipsis aliquot etiam metrica, quale illud est pag. 10. ubi de Arca Noë sermo fit, & ita habet:

Temporibus tres esse tribus cognovimus Arcas;
Prima Noë, Moysis fuit altera, tertia Christi;
Lignea prima, secunda metallica, tertia ventei;
Octo prior, tria posterior, tulit altera solum;
Lege carens, sub lege manens, haec lege soluta;
Hanc pelagus tulit, hanc Moyses, hanc Spiritus almus.

In fine Codicis legitur enumeratio Librorum Veteris, & Novi Testamenti, una cum Capitibus, in quae singuli dividuntur, & in calce ultimae paginae, *emi* MCCCXXXII.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XIII binis columnis diligenter accurateque exaratus, optimeque servatus. Constat fol. scriptis 204.

ANONYMI LIBER DE QVATVOR VIRTVTIBVS CARDINALIBVS.

Cod. LXIII. LIber de quatuor Virtutibus Cardinalibus, Ethicus, Theologicus, & Iuridicus, auctore Anonymo, cuius divisio est in quatuor Tractatus, totidem Virtutibus respondentes; Tractatus vero in Capitula, Capitula in Lectiones distinguuntur, ita ut Lectiones omnes ad numerum CCXVII. pertingant, ut ex Indice praemisso colligitur, singularum argumenta exhibente, qui ita concluditur: *Praedicti Tituli distincti sunt per Lectiones, qui Liber hoc modo ad Cives Venetos in scholis fuit expositus*. Post Indicem sequitur Praefatio, cuius initium est: *Quia secundum sententiam Apostoli ad Hebr. civitatem, quam corporaliter possidemus non manentem, sed transitoriam cernimus, futuram autem in aeternum mansuram inquirimus &c.* Finis: *quinto & ultimo, quomodo expediat civi hanc virtutem* (sc. Prudentiam) *habere*. Lectio prima, cui titulus: *Quod intellectus speculativus a practico differt fine, & quod Prudentia ad practicum pertinet*, inc. *Ad ostendendam differentiam Prudentiae ad virtutes intellectus, primo sciendum est, quod intellectus in sua apprehensione ad duo potest referri, vel ad solam veritatis considerationem, vel ulterius ad rei consideratae operationem &c.* Opus est imperfectum in Codice, nam desinit in Lectione CXXXVIII. quae inscribitur: *Quod octavum remedium afflictorum est consideratio ignorantiae, quam inducit status prosperitatis*, & pertinet ad tertiam Virtutem Cardinalem, scilicet Fortitudinem; hanc enim tertio loco ponit Auctor, quarto Temperantiam, ut ex memorato Indice adparet. Huius Lectionis ultima verba sunt: *Ait Dominus in Evangelio fuisse quemdam divitem, cuius ager utiles fructus attulit: hic dixit animae suae: Anima habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit ergo illi Deus: Stulte, hac nocte repetent a te animam tuam daemones; quae autem parasti, cuius erunt? Luc.* XII. Sciendum est enim, cuicumque Lectioni subiici vel auctoritatem, vel exemplum ad ea, quae edisserit confirmanda, ex historia profana, vel sacra desumptum.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XIV. imperfectus. Constat foliis scriptis 81.

MVNDINI FOROIVLIENSIS LEXICON MEDICVM.

Cod. LXIV. PRaemittitur Operi sequens Auctoris Monitum: *Quoniam nihil charius & amabilius antiquis fuit, quam brevissime loqui secundum Galieni doctrinam in Lib. Therapeuticae facultatis; hinc ego Mundinus de Foroiulii Civitate Pavino* (sic) *nominum medicinalium rerum expositionem ad quamdam brevitatem reducere laboravi, quam diffuse olim tractaverat Simon Ianuensis, qui in praedictis fideliter laboravit; plurima vero addidi exponenda, & simpliciter circa pondera & condimenta ciborum, nullum de contentis in Synonymis Simonis praetermittens.* Lexicon inc.

Aaron, idest iairus, & pes vituli, & serpentaria minor.
Abancib arabice est species malanconiae.
Abarum est plumbum.
Abamisemen, vel abamiseme est carpobalsamum.
Abalorosa est semen mandragorae.

Des.

Zurumbe, quidam dicunt Zodoaria; secundum Avicennam dist. cap. fen, est eiusdem speciei, sed inferior ea, & sunt radices similes cipro, sed maiores & duriores, & pro ea, Zodoaria utimur.
Zucharum est notum, idest Zachara.

Mundinum hunc Foroiuliensem diversum esse ab alio Mundino Florentino, item Medico & Anatomico perquam celebri, patet ex Additamentis ad Bibl. Med. & Inf. Latinit. Fabricii Tom. V. pag. 90. ubi adfertur titulus huiusce Operis ex quodam Codice Biblioth. Caesenatensis, qui cum Monito supra

Digitized by Google

pra relato coincidit, clareque ostendit, praecipuum Synonymorum auctorem esse Simonem de Ianua, Mundinum vero additiones ad ipsa confecisse.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. in cuius primo folio, & ultimis duobus quaedam scripta sunt nullius momenti ad familiam suam pertinentia a Codicis possessore, qui fuit MCCCCLXXXIV. *Luca Speziale di Nepo*. Constat fol. scriptis 139.

ANONYMI PRAECEPTA ARTIS RHETORICAE EX CICERONE.

Cod. LXV. PRo titulo Operis ipsum Auctoris monitum, quod primo loco adfertur, videre est, ita enim habet: *In questo Libro si tratta della doctrina et delli amaestramenti che sono dati a' dicitori, che voglono sapere bene & piacevolemente parlare, extracti della Rectoricha Nuova di Tulio Romano, & recati in certo ordine ad istantia di certi gentili huomeni vulgari, perochè chome a' litterati è fastidio a leggere stile volgare, così a' volgari huomini è fastidio et rincrescimento a leggere overo udire alchuna doctrina litterale, & prima si pone il Prohemio*. Sequitur igitur Prooemium, quod inc. *Avegna Dio che la natura ministrasse et desse a luomo molte proprietadi, per le quali facesse differenza infra esso et l' animale bructo ec.* Des. *et faccendo conclusione, ad essa, secondo chè donna et maestra, con grande honore tutte le scienze le fanno debita reverenza*. Rubrica prima, cuius titulus est: *Quì si tratta in quanti Libri si parte questo volume, ponendo il modo il quale debba tenere nel procedere*: inc. *Posto disopra alchuno preambulo ad invitare gli animi delli uditori ad intendere et leggere questo Libro, dovrebbesi discendere al trattato desso Libro ec.* Desinit Opus in verbis: *onde allui* (sc. Ciceroni) *minchino, et ciascuno dicitore invito che a tanto nome non disdegni di fare debita reverenzia con honore*. In ultimo folio subiiciuntur pauca quaedam latine de materia, & partibus Rhetoricae.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. optime servatus. Constat fol. scriptis 106.

COLLECTIO SENTENTIARVM EX VARIIS AVCTORIBVS.

Cod. LXVI. TItulus Codicis ita habet: *Moralia extracta de Libris aliquorum illustrium Auctorum*, idest Anonymi Gnomae, sive Collectio Sententiarum, aliorumque dictorum memorabilium ex variis antiquis Scriptoribus, Poëtis, Oratoribus, Philosophis, Historicis &c. Auctores sunt Apuleius, Boëthius, Cicero, Horatius, Iuvenalis, Lucanus, Macrobius, Martialis, Orosius, Ovidius, Persius, Plautus, Prudentius, Seneca, Statius, Terentius, Valerius Maximus, Vir-

gilius, Vitruvius. Incipiunt a Virgilio in Bucolicis hoc pacto:

O formose puer nimio ne crede colori.

Des.

Quidquid est properat, & quid erubescitis, quod tam cito fit, timetis diu & infra.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. ut videtur, autographus, & cum glossis interlinearibus, & scholiis, seu additionibus marginalibus, optime servatus. Constat fol. scriptis 248.

FRANCISCI PATRICII DE INSTITVTIONE REIPVBLICAE LIBRI IX.

Cod. LXVII. COdex est anepigraphus, sed continet Francisci Patricii Senensis, Episcopi Caietani, Opus de Institutione Reipublicae in Libros IX. digestum, & Sixto IV. Pont. Max. dicatum. Liber I. inc. *Vetus admodum, & pervulgata disceptatio est inter praeclaros Philosophiae Scriptores, quid praestantius sit, quidque ad bene beateque vivendum aptius, an ab optimo Principe gubernari, eique iuste imperanti parere, an in libera Civitate, optimis legibus ac moribus constituta, degere*. Liber IX. des. *ne igitur in similem culpam incidamus, hactenus dixisse sufficiat*. Tum subiicitur Epigramma in laudem Operis ita inscriptum: *Hilarion Monachus Veronensis F. P. Senensi, Pont. Caietano Salutem*. Inc. *Ede opus egregium, Patrici, tandemque latebris*

Prodeat, atque novus surgat in orbe Plato.

Des.

Iam iam igitur Sixti pedibus prostratus adoret, Iam duce me felix aggrediatur iter.

Tandem sequitur Index Titulorum cuiuslibet Libri. Huius Scriptoris mentio fit in Additionibus ad Fabricii Biblioth. Med. & Inf. Latinitatis Tom. II. pag. 198. ubi etiam variae editiones praesentis Operis enunciantur. Interim notandum, quum singulis Libris sua praemittantur Prooemia, primo excepto, huiusce Prooemium, ob Codicis fortasse in principio mutilationem, desiderari. Hilarion vero auctor Epigrammatis idem est, atque ille, qui memoratur a Fabricio loc. cit. Tom. III. pag. 251. & 252. & a Maffaeio *Verona illustrata* pag. 114.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. autographus usque ad pag. 134. deinde usque ad finem alia manu exaratus, in cuius prima pagina legitur adscriptum nomen *Ioannis Gaddi*. Constat fol. scriptis 205.

BENVENVTI DE RAMBALDIS DE IMOLA ROMVLEON.

Cod. LXVIII. TItulus Operi praefixus in Codice ita habet: *Incipit Liber qui Romuleon intitulatur, eo quod de gestis Romanorum tractat, editus ad instantiam strenuissimi ac spectatissimi militis Domini Gometii Hispani* (Bono-

Digitized by Google

niae Gubernatoris) ubi vides taceri nomen Auctoris, qui tamen est, ut ex aliis Codicibus eruimus, Benvenutus de Rambaldis Imolensis. Concordat autem, quoad initium & finem, cum alio Exemplari, quod habetur Biblioth. Laurent. Plut. LXVI. Cod. XXIX. (vide Catalog. Tom. II. pag. 802. seqq.) Praemittitur autem in hoc Index alphabeticus rerum notabilium, prima octo Codicis folia complectens.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV, exeuntis, binis columnis conscriptus, & cum titulis Capitum rubricatis, optimeque servatus. Constat fol. scriptis 140.

S. IOANNIS CLIMACI SCALA PARADISI.

Cod. LXIX.

I. pag. 1. S. Ioannis cognomento Scholastici, ac notiore vocabulo Climaci, Opus, cui titulus *Scala Paradisi*, in triginta gradus distributa, interprete Anonymo, qui eam ex Latina versione F. Angeli de Cingulo, cognomento Clareni, Ordinis Minorum S. Francisci, in Italicum sermonem trastulit, ut videre est in eius Prologo, qui inc. *Secondo la sententia di Messere Santo Iacopo ogni dato optimo, e ogni dono perfecto è dato di sopra discende dal padre de' lumi = considerando il venerabile Religioso Frate Agnolo de' Frati Minori, e avendo per divino miracolo ricevuta la notizia della lingua greca = traslatò nelle parti di Romania un Libro di S. Basilio, et per modo di regola uno di sancto Giovanni Scolastico della vita attiva, et uno di sancto Maccario.* Des. *et questi Libri traslatò pienamente e con grande sollecitudine di greco in latino, correnti gli anni Domini* MCCC. *al tempo di Papa Bonifatio.* Sequitur deinde Vita S. Ioannis scripta a Daniele Monacho Raithuensi, quae inc. *Qual fosse la cictà degna d' essere udita et nominata, la quale questo huomo grolioso et divino produxe et notricoe inanzi lo suo stato exercitativo nella vita monastica, avendola certamente inquisita, non l' abbo certamente invenuta &c.* Prosequitur per alios decem circiter versus; ac deinde reliqua omnia desiderantur, ob Codicis mutilationem, in qua praeter vitam, priorum quinque graduum maior pars deperiit. Primus gradus integer, est sextus, qui inc. *Ad ogni parola và innanzi la intentione, così la memoria della morte et delle proprie offensioni và innanzi al pianto et lucto.* Vltimus gradus des. *Insino attanto che pervegniamo a unità di fede et conoscimento del figluolo d' Iddio, et innuno stato duomo perfetto nella misura delletade della plenitudine di Christo, lo quale nelletà visibile fu battezato nelli* XXX. *anni, et in questa spirituale schala è sopralochato nel trentesimo grado; perochè Iddio è charità, lo quale è Christo, ad chui sia laude et inperio et forteza, peroch' egli è cagione di tutti i beni, et fue et sarà senpre per tutti i secholi maisenpre. Amen.*

II. pag. 115. b. Eiusdem Sermo ad Pastorem, item Italice. Inc. *In questo Libro materiale, o admirabile, io taggio hordinato et posto ultimo mannello celestiale et divino: son certo che passi ad tutti noi, se è verace quegli che disse, che glultimi di prudenza saranno i primi in dignità.* Des. *non abisogna di parole altrui per sua dottrina, avendo lo Verbo sempiternale, che spiritualmente lamaestra et conduce, et portando essa beata la inluminatione, ella perfettione di se medesima. Deo gratias. Amen.* Latinam Fr. Angeli de Cingulo supra memorati versionem memorat Fabricius Biblioth. Med. & Inf. Latinit. Tom. I. pag. 100. qui adserit, Waddingo teste, eum adhuc ann. MCCCXVII. vixisse.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. cum titulis rubricatis, in principio valde mutilus. Constat fol. scriptis 124.

ARISTOTELIS LIBER DE REGIMINE PRINCIPVM AD ALEXANDRVM.

Cod. LXX.

I. pag. 1. Titulus Operis hic est in Codice: *Liber Moralium de regimine Dominorum, qui alio nomine dicitur Secretum secretorum, editus ab Aristotele ad Alexandrum Regem.* Habes in Codice II. Plutei LXXXIII. Biblioth. Laurent. (vid. Catalog. Tom. III. pag. 205. §. I.) cum quo concordat in iis omnibus, quae ibi recensuimus, excepto Capitum Indice, qui in hoc desideratur. Praeterea notanda sunt pag. 2. in secundo Prologo, qui inc. *Iohannes, qui transtulit Librum istum filius Patritii, linguarum interpretator peritissimus et fidelissimus*, haec verba, *ad petitionem Regis illustrissimi laboravi, studui, & transtuli ipsum, primum de graeca lingua in chaldaicam, et de hac in arabicam. In primis igitur, sicut inveni in ipso Codice, transtuli Librum peritissimi Aristotelis, in quo Libro respondit ad Regis Alexandri petitionem &c.* Ad calcem Operis ab eadem, ut videtur, scriptoris manu legitur: *Explicit Liber iste. Deo gratias.* Inferius adscriptum est: *Iste est Liber donpnus Angelus Nicolai de Bartholo Muzio, de Sancto Martino in Pensoly.* Inde descripta sunt breviter remedia, quae a lupino hepate, felle, sanguine ad ophthalmiam curandam desumuntur, ea tamen valde superstitiosa: tum ab alia manu remedium ad equi pedum morbos sanandos adfertur.

II. pag. 31. Sequitur alia manu non adeo antiqua Epistola, cui titulus: *Anno Domini* MCXLV. *Ind.* IX. *de mense Iunii transmissa fuit haec Epistola a Turchis, & eorum Imperatore ad Summum Presbyterum Romanorum, tempore quo Cruciati caeperunt ire ultra mare, tenor cuius talis est.* Inc. *Marbassinus Heberi Vesi cum fratribus suis Gerabi & Iurbach*

Digitized by Google

bach Imperatores, organi, collaterales, pugiles, & in partibus Achaiae Domini, Magno Sacerdoti Romanorum iuxta merita dilectio. Nuper auribus nostris intonuit &c. Desinit in verbis *Antenorem et Aeneam de magni Priami sanguine procreatos, in cuius locum daturi sumus imperium in partibus Europae.* Videtur imperfecta.

III. pag. 32. Thomae Capuani, ut alibi comperimus, Tractatus de Epistolis conscribendis, qui dicitur *Dictamen*, sine nomine auctoris, & in principio ita vetustate evanidus, ut prima verba brevis Prologi expiscari minime valeamus. Initium igitur quod afferimus, occurrit post tredecim versus, & ita habet: *Est ergo Dictamen digna verborum compositio & artificiosa congeries cum pondere sententiarum & ordine dictionum &c.* Finem non damus, quum Opus desinat in variis Inscriptionibus, quas pro dignitate personarum, ad quas scribuntur Epistolae, debent praeferre. Est autem pars Operis Thomae de Capua, cui titulus *Summa Dictaminis*, hoc est de modo conscribendi Epistolas, & Bullas Pontificias in Cancellaria Romana. Integrum habes infra in Codice CXVI.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIII. binis columnis conscriptus, cum titulis Capitum rubricatis. Constat fol. scriptis 39.

P. OVIDII NASONIS EPISTOLARVM ITALICA VERSIO, ET ALIA.

Cod. LXXI. I. pag. 1. NOnnullarum Ovidii Epistolarum Heroidum Italica versio, sine nomine interpretis, & cum uberrimis scholiis marginalibus, item Italico sermone conscriptis. Argumentum primae Epistolae, quae est Penelopes ad Vlyssem, una cum brevi exordio in Librum Epistolarum, inc. *Quì chomincia l' Ovidio delle Pistole, che alchuno chiama Libro delle Donne; lontendimento di colui che questo Libro fecie, fue di trattare di tutte maniere damore ec.* Des. *e quando Penelope sua molglie vide tutti li Greci tornati al loro paese salvo chel marito silgli mandò questa presente Lettera.* Epistola inc. *Tu Vlixes tardo & lento di tornare al tuo albergo, Penelope tua molglie ti manda questa lettera, e io chellati mando dico che per altra lettera non mi mandi risposta, ma ritorna senza altra chagione dare ec.* Vltima est Oenonis ad Paridem, quae ita desinit: *ma io sono tutta tua, essono stata tutti li dì della mia vita dalla mia infantia. Sitti priegho che io sia tua tanto, come io ò da vivere, per ciò che io sono stata tua quanto io sono vivuta.*

II. pag. 9. Anonymi Narratio de duplici Troiae eversione. Inc. *Perciochè sovente ne siamo in materia, diremo la chagione perchè Troya fue distrutta. In Grecia fue uno riccho huomo Re, che era chiamato Pelleus, e sappiate che elli fue il padre di Accilles &c.* Des. *quì non convenne che elgli sia sperduto, che troppo gli sono gli Troiani vicini; ma Accilles cominciò affare sì grande maravilglie di se .....* Est imperfecta.

III. pag. 15. Fragmentum Italicae versionis Aeneidos Virgilii, interprete Andrea Lanceae filio, quod pertingit usque ad dimidium ferme Libri III. Praemittitur autem Prologus interpretis, ut in Codice XVIII. supra pag. 19 §. VI. ubi integra habetur. In hoc exemplari occurrunt scholia aliquot marginalia.

IV. pag. 19. Poëma Italicum ogdoadibus constans (vulgo *in ottava rima*), initio tamen mutilum, ac propterea auctoris nomine destitutum. Initium fit a versu:

..... E nasce in Libia quella veramente
Per suoi vari colori, e molta gente.
Ed è di qualitade picciolina.
Innindia Testudine si truova,
Quella gemma chà nome Chelonite,
Ecchillan boccha quando è luna nuova,
Saprebbe indovinar cose scolpite,
E nella quintadecima si pruova,
Esson di notte suo vertù conplite,
El suo colore è vario porporino,
E per vertù di fuoco non vien meno.
Alluna nuova sue vertù son gite.
E Prasio sì v'è in verde colore,
Ed à due qualitadi senza fallo,
L'un'à tre vene bianche pon lautore,
Laltre sanguigne gocciole in su stallo,
Avvene un' altra che chria il freddore
Dacqua che ghiaccia poi diven cristallo,
Somigla la bianchezza del suo viso,
Accende amor nel cor chil guarda fiso,
Che vien gicondo poi per lungho stallo ec.

Des.

Amor che mia vertute sengnioreggia
Mà fatto vaneggiare in questo dire,
Che cho' dittati suoi si banboleggia
Chessano accostumare ed annodrire,
Che prima dona il pomo a que che leggia,
E poi sovente il batte e fa stridire,
Che quando la persona è ben discreta
Il padre dal tesoro è la sagreta.
Così fa amare acchillo vuole ubbidire.
Lantelligienzia stando addio davanti
Allo piacier diddio li angeli move,
Li angieli e li cieli muovono quanti
Che con lompero luom li apella nove,
Li cieli muovon le cose elemetanti
E naturati che danno le piove,
E muovon la vertute alterativa
E la vertute attiva, ella passiva.
Cheffan girare sicchose nuove.

Est continuata descriptio magnifici cuiusdam Palatii, in cuius parietibus res praeclare gestae Romanorum, Graecorumque Imperatorum depictae exhibentur. Opus valde prolixum.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus. Constat fol. scriptis 24.

Digitized by Google

ROLANDI PARMENSIS CHIRVRGIA.

Cod. LXXII. MAgistri Rolandi (Capelluti) Parmensis Chirurgia in quatuor Libros distributa, cum Prologo, & Capitum elenchis unicuique Libro praemissis, ut in Codice XXXIII. Plutei LXXIII. Catalog. Tom. III. pag. 64. §. XII. cum quo concordat. Heic autem in fine legitur: *Explicit Chirurgia Magistri Rolandi Parmensis. Deo gratias referamus, ei, de commissis veniamque petamus.* Dictio huius Operis diversa admodum est ab impressa in Collectione, cui titulus: *Ars Chirurgica Guidonis Cauliaci &c.* Venetiis apud Iuntas MDXLVI. fol. pag. 184. ubi nuncupatur *Libellus de Chirurgia*, sive *Rolandina*.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XIII. binis columnis exaratus, optimeque servatus. Constat fol. scriptis 34.

COLLECTIO SENTENTIARVM.

Cod. LXXIII. COllectio Sententiarum ex Parabolis Salomonis, Ecclesiaste, Ecclesiastico, Seneca, & Sallustio.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. exeuntis. Constat foliis scriptis 18.

ADELARDI BATHONIENSIS LIBER PBOBLEMATVM &c.

Cod. LXXIV. TItulus in Codice ita habet: *Liber Problematum, seu naturalium Quaestionum per Adelardum Bathoniensem Philosophum ad Richardum Baiocensem Episcopum incipit.* Epistola dedicatoria ita inscribitur & inc. *Richardo Baiocensi Episcopo Adelardus Bathoniensis salutem. Quum in Angliam nuper redirem, Henrico Wimelini Anglicis imperante, quoniam a patria caussa studii me exceperam, occursus amicorum & iucundus mihi fuit & commodus.* Des. *deinde super rerum caussis nepoti respondebo.* Sequuntur deinde Tituli Quaestionum numero LXXVI. Primae Titulus est: *Qua ratione herbae nascantur sine praeiacenti materia?* Vltimae vero: *Sic faciunt caussae rerum.* Opus, quod est in forma Dialogi inter ipsum & nepotem suum, inc. *Meministi, nepos, quod septennio iam transacto, quum te in Gallicis studiis paene puerum iuxta Laudunum una cum ceteris auditoribus meis dimiserim, id inter nos convenisse, ut Arabum studia ego pro posse meo scrutarer, tu vero Gallicarum sententiarum constantiam non minus adquireres &c.* Desinit imperfecte in verbis: *mirum videri potest, quae huius obliquitatis necessitas, quae erroris opportunitas...* quae pertinent ad Quaestionem LXX. quinque foliis vacuis relictis ad reliqua supplenda. Huiusce Scriptoris meminit Fabricius Biblioth. Med. & Inf. Latinit. Tom. I. pag. 11. qui fuit Ord. S. Benedicti Monachus Baduensis, sive Bathoniensis, cuius Praefationem ad Dialogum *De rerum*, sive *Naturalium compositionum caussis*, inter ipsum, & nepotem suum ad Richardum Baiocensem Episcopum edidit Edmundus Martene Tom. I. Anecdot. pag. 292.

II. pag. 32. Aliae Quaestiones Naturales, praecipue ad Medicinalem scientiam pertinentes, sine ullo titulo, sed forte continuatio, aut pars Operis supramemorati. Prima est: *An natura humana sit plus, quam antiquitus debilitata?* Responsio inc. *Quod natura humana non sit debilitata ab eo quod antiquitus, videtur primo quidem, quoniam quod generatur, aut generatur ex quodam finito, aut infinito &c.* Vltima: *An Theriaca diatesseron competat morsui canis rabidi?* Huius solutio des. *& qualiter monstratum, & non proprietate, quum ipsa careat, nisi ea sit quae gentianae mirifice in hac puntura laudante.* (sic). Hae Quaestiones, quae sunt circiter sexdecim, ex uberiore Tractatu sunt excerptae; prima enim numero IX., ultima vero numero CLXXIX. designatur. Pag. 55. b. ad Quaestionem, *an venti aërem contemprent*, adscribuntur in margine hi versiculi:

Sunt Subsolanus, Vulturnus, Eurus, Eous,
Atque die medio Notus, haeret Africus Austro,
Circius occasum, Zephyrusque, Favonius adflant,
Eveniunt Aquilo, Boreas, & Corus ab Arcto.

III. pag. 92. b. Tractatus de Temporibus Partus ad Nobilem Legum Doctorem Dominum Alexandrum Salvi Philippi, Florentinum civem, per Magistrum Ioannem Baldum Physicum, civem Florentinum. Inc. *Omnis profectus ad divinitatis munera est referendus; constat enim nil esse bonum, nisi quod sub illo dignoscitur esse collectum.* Des. *quod ergo divina bonitate notatur, vulgaris ignavia non audeat turbare, nisi primo se suo cognoscat examine. Explicit.* XV. *Kal. Maii* MCCCCLXXXVIII. Plures autem auctoritates recenset ad legitimum partum decem, & octo mensium adserendum.

IV. pag. 97. Disputatio, *an Medicina sit legibus politicis praeferenda, vel e contra.* Inc. *Altissimus creavit medicinam de terra. Ecclesiastes. Inter ultimas artes, quas ad sustentandum humanae fragilitatis indigentiam divina tribuerunt remedia, nulla praestare videtur aliquid simile illi, quod potest auxiliatrix medicina conferre &c.* Post rationes ex utraque parte adlatas sequuntur Ioannis Baldi praedicti Conclusiones, quarum finis est: *Corollarium, quia variis respectibus una alteri praevalet, est, quod ipsarum artifices se in charitate diligant, & individualibus considerationibus alter alterum in honore praeponat.* Tum subditur hoc monitum: *Ex exemplari corrupto scripto in anno* MCCCCXV. XXIII. *Aprilis fuit haec extracta in anno* MCCCCLXXXVIII. *die* XXVIII. *Aprilis.*

Co-

Digitized by Google

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. exeuntis, binis columnis exaratus. Constat fol. scriptis 100.

ANGELI TORINI BENCIVENNI TRACTATVS DE CONTEMPTV HVMANAE CONDITIONIS &c.

Cod. LXXV.

I. pag. 1. *BReve raccoglimento del dispregio dell' umana conditione nostra*, auctore Angelo Torini, ita enim habet alter Titulus latine scriptus: *Brevis Collectio de contemptu humanae conditionis composita ab Angelo Thorini incipit. Deo gratias amen.* Praecedit sequens Epistola Nuncupatoria: *Multae prudentiae & nobilitatis Karulo Comiti de Bactifolle ex dignissima stirpe Comitum Guidorum maiorabili amico suo.*

Nobilissimo Conte. E mi pare che nella oppinione & sententia dei Santi sia, che neuno possa venire a cognitione di Dio, se prima non viene a cognoscimento di se medesimo. Per questo dice nel Soliloquio sancto Agostino, Signore fammi conoscere me, accioch' io possa conoscere te. Et pertanto sellui conoscere volglamo, chè il tutto di ciò checci bisogna, et che innanzi ad ogni cosa cercare & appetire dobiamo, facciamo, che prima abiamo quella di noi. Considerando la nostra miseria, et viltade, et che da noi non abiamo, nè possiamo avere neuno bene, o vertù, nè eziandio pensare, o operare, se non come, quando, o quanto Iddio ne concede = mi dispuosi, quanto possibile mi fosse, a mostrare per lo presente brieve Tractato, quanto sia la miseria della humana conditione dal suo origine, infino al suo fine, acciochè io principalmente, elli altri ambitiosi ignoranti di nostra reputatione ci riconosciamo, & consideriamo, il nostro errore amendando; perochè neuno, quantunque grande, à materia d' insuperbire. Et perochè a tanto non mi parea essere sufficiente, et per la gratia di Dio avendo questa Operecta, quale ella si sia, conchiusa, del mio povero sapere non confidandomi, nè della propria oppinione, dalla quale spesso si riceve inganno, la mostrai, et feci examinare ad alcuni experti et valenti Riligiosi, intra' quali il Reverendo mio Padre Don Giovanni delle Celle, dell' Ordine di Valleombrosa, fu uno, al quale, come gli piacque ne feci copia, acciochè diligentemente la provedesse et considerasse. Col quale, dopo più mesi trovandomi, m' assicurò, confortandomi, & molto più per quello ne disse, me la fece piacere, et oltre a ciò mi disse: Il mio in Cristo dilettissimo figliuolo Karlo Conte da Bactifolle m' à molte volte ragionato di volere alcuna divota Operecta a sua divotione, et io considerata questa tua, appunto mi pare sia ciò che va cercando, perch' io volglo, checti piaccia di mandarlela, appropiandola a lui. Il che udendo, mi fu assai caro, pensando che per me si potesse fare cosa, che accetta et grata fosse a tanto uomo, qual io vi conosco. Nondimeno gli dissi, guardate quello che voi mi fate fare, perochè temo, che alla sua Excellentia queste mie basse cose non potessero agugnere; et così perderei la fatica. Il quale rispondendo mi disse: fa' quello ch' io ti dico, et non temere, perchè prendendo fiducia & sicurtà, nel volere & parere del nostro Don Giovanni confidandomi, non credendo potere errare, seguitando, la brieve collezione della miseria della humana conditione vi mando, et quando sia di vostro piacere, a voi appropio e concedo, avendo confidentia nella paterna discretione vostra, che la riceverete con quella lieta faccia, che dal povero amico si dè ricevere uno piccolo dono, secondochè Cato n' amaestra; il che grandissima gratia mi fia, et con quella insieme vi prego vi piaccia ricevere me nella vostra mente, nel numero de' vostri servidori computando, che così mi reputo et tegno. Iddio v' aumenti in ogni onore, come disiderate. Amen. Vester Angelus Torini Bencivenni.

Tractatus dividitur in tres Partes. Prima, praevio titulo: *In nomine Ihū Xpi Amen* 1363. *Breve raccoglimento del dispregio della umana conditione nostra*, inc. *Considerando io la misera et fragile conditione de' mortali, et me medesimo, oltre alli altri extimando difectuoso, et come perversamente m' abbia conditionato la natura &c.* Tertia des. *et se alcuna cosa ci è che bene sia decta, et che piaccia, al conceditore di tucti i beni, gratie ne rendano, con reverentia pregandolo, chelloro, & me a quella gloria perducha, alla quale non saspecta fine giamai. Amen. Explicit. Deo gratias. Angelus Torini composuit dictis divinis. Deo gratias. Amen.* MCCCLXXIV.

II. pag. 45. Sequuntur eiusdem Angeli Torini varia Opuscula metrica, cum hoc titulo: *Certe Operecte in rima facte per Angnolo Torini honeste & devote.* Prima Ode Italica ad Nicolaum Sennuccii, inc.

L' Alma divota che col cuore affecta
Piacere al suo Signore,
E dallui suo factore
Esser tornando dolcemente accolta ec.

II. pag. 46. Nicolai responsio ad Angelum Epigrammate Italico (vulgo *Sonetto*). Inc.

La tua Scalecta di dieci gradegli ec.

III. pag. ead. Responsio Angeli ad Nicolaum alio simili Epigrammate. Inc.

Piaccia a cholui, che tucto può, che svegli ec.

IV. pag. ead. b. Ode eiusdem Angeli ad dictum Nicolaum. Inc.

Deh quando fia Iddio Signore clemente ec.

V. pag. 47. Ode eiusdem ad Ducem Athenarum, quum Florentiae dominabatur. Inc.

Dappoi che all' increata Ecternitate ec.

VI. pag. ead. b. Alia ad eumdem. Inc.

O spada di giustizia clementissima ec.

VII. pag. 48. Alia septem Epigrammata Italica (vulgo *Sonetti*) Moralia.

VIII. pag. 49. Ode ad praedictum Nicolaum Consolatoria in calamitate cuiusdam amici. Inc.

La

Digitized by Google

La immensa bontà del padre pio ec.

IX. pag. ead. b. Alia decem Epigrammata Italica, ut supra, item Moralia.

X. pag. 51. Epigramma Italicum in adventu Papae Vrbani V. ex persona Vrbis Romae. Inc.

Ancorchè disformata molto sia ec.

XI. pag. ead. Alia duo in idem argumentum ex persona Ecclesiae. Primum inc.

Non può la lingua mia quantunque pronta ec.

Alterum inc.

Pe' peccati del popol Dio permecte ec.

XII. pag. ead. b. Aliud missum ad Magistrum Aloysium Marsilii. Inc.

La scientia et virtù non è approvata ec.

XIII. pag. ead. Aliud sine titulo. Inc.

Due son color, che corrompon per certo,
Madre mia cara, ogni tuo maestrato ec.

III. pag. 52. Brevis meditatio beneficiorum Dei, ab Angelo Torini collecta. Inc. *Ottimissimo Creatore mio gratioso, & benigno, volendo narrare lonfinito amore, elli smisurati beneficii, che avete facti, & continuo fate allumana natura, or chi potrebbe sanza la vostra gratia?* Des. *nel quale regno voi siete & sarete ecternalmente glorifichato & exaltato col Padre, e collo Spirito Santo in una essentia per infinita saecula saeculorum. Amen. Deo gratias.* Tum subiungitur Epigramma Italicum, quo Opus suum ad Fratres Montis Oliveti videtur prosequi. Inc.

Benchè nuda ti vegg' esser absunta
Dal basso montellecto, umil Oprecta,
Non vo' però ti reputi sì infecta,
Che morsa pensi esser da' Savi, o punta,
Vactene a Monte Bene, ove congiunta
Troverrai insieme in carità perfecta
La excelsa compagnia quivi collecta,
Dalla qual mia frequentia è or disgiunta
Cho mie pena, e a Padri Reverendi
Dì ben cholloro non sia colla presentia,
Sempre ciò il cuore nell' osservanze attento.
E dì, ch' io voglio, e tu simile intendi,
Ti stei colloro, alluogo di mia absentia,
Accio ch' emendi il male chenna retento.
Così t' impongo, e fermo con decreto,
Dimori al sacro Monte d' Vliveto.

In prima Codicis pagina occurrit Tabula totius Operis, rubrica exarata, & Capitibus XXXVII. divisa. Hanc subsequitur eiusdem Operis Summarium, & in spatio vacuo adscribuntur haec:

I. *Epitaphium Domini Io. Bocchacci.* Inc. *Hac sub mole iacent cineres ac ossa Iohannis &c.* Tum legitur: *Haec Iohannes Bocchacius de se ipso. Coluccius Pierius haec subiunxit:*

II. *Inclyte cur vates humili sermone loquutus &c.*

III. Subiungitur: *Epitaphium Domini Francisci Petrarchae.* Inc.

Frigida Francisci lapis hic tegit ossa Petrarchae &c.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. ut videtur autographus. Constat fol. scriptis 59.

LAVRENTII RONZINI DE RE VETERINARIA LIBER.

Cod. LXXVI.

LIber Mareschalciae a Laurentio Ronzino compositus, & ad Napoleonem Cardinalem missus, cum elencho Capitum CLXXX. in principio, & Epistola Nuncupatoria ad dictum Cardinalem. Concordant omnia cum Codice XXV. Plut. LXXVII. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. III. p. 151. praeterquam in fine; heic enim Opus est imperfectum, & desinit in Capite CLVI. quod inscribitur *De equo qui bene comedit, & non impinguatur*, & in verbis: *Recipe tres tartarucas, sive testudines.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 54.

CHRONICA ROMANORVM PONTIFICVM ET IMPERATORVM.

Cod. LXXVII.

CHronica Romanorum Pontificum & Imperatorum, auctore Anonymo, incipiens ab anno nativitatis Domini nostri Iesu Christi, & pertingens usque ad annum MCCCIII. variis foliis vacuis relictis ad ipsam prosequendam. Inc. *Ne' quarantadue anni d' Octaviano Imperadore nato fu Christo figliuolo di Dio nella Città di Betelem Iude della Vergine Maria, domenicha nocte dì* XXV. *del mese di Dicembre nel segno dela Virgo XI. gradi ascendente &c.* Desinit in vita Benedicti Papae XI. quae ita se habet: *Anni* M.CCCIII. *Benedecto XI. figliuolo di Giuliano nato di Trivigi della Marcha Travigiana sedette Papa mesi* VIII. *dì* XV. *Questo fu confermato Papa a dì* XXII. *doctobre. Di lui si può dire vita onesta, e fu dell' Ordine de' Frati Predicatori. Egli confermò tutto ciò che Papa Bonifatio avea facto, e ricomunicò lo Re Filippo di Francia, et mandò in Firenze per riconciliare et far pace tra Bianchi e Neri il Cardinale Niccholaio da Prato.*

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. optime servatus. Constat fol. scriptis 70.

IOANNIS MESVE GRABADIN, NICOLAI SALERNITANI MEDICI ANTIDOTARIVM &c.

Cod. LXXVIII.

I. pag. 1. PRimum Opus caret titulo, sed est *Ioannis Mesuae Grabadin*, sive Aggregatio, vel Antidotarium Electuariorum, & Confectionum, & aliarum medicinarum compositionum, seu, ut heic praenotatur, *Compendii secretorum medicamentorum Liber primus, in quo medicamenta composita aliis celebriora describuntur.* Habes hoc Opus in Codice XXXVI. Plutei LXXIII. Biblioth. Mediceae Catalog. Tom. III. pag. 67. §. III. cum quo concordat. In calce legitur: *Explicit Antidotarium de Mesue. Deo gratias. Amen.* Tum versiculus:

Scri-

Digitized by Google

Scribere qui nescit nullum putat esse laborem.

II. pag. 43. Aliud Opus Medicum item anepigraphum, quod tamen inscribi potest: *Nicolai Medici Salernitani Antidotarium*, seu de modo conficiendi dispensandique medicamenta, cum Prologo. Concordat cum illo Codicis XXXII. eiusdem Plutei, loc. cit. pag. 58. §. I. quem vide. In fine habentur descripta pondera singularum herbarum, aliarumque rerum, quae in medicamentorum confectione adhibentur, ac tandem Scriptoris versiculus ut supra.

III. pag. 62. Aliud Opus, cui titulus est: *Liber Servitoris*, in tres Tractatus divisum, quorum primus est de praeparatione mineralium, secundus de praeparatione radicum & plantarum, tertius de praeparatione medicinarum sumptarum ex animalibus. Post enumeratas Rubricas horum trium Tractatuum, quae omnes, simul sunt CCXLVIII. & quarum prima est *De ablutione litargyri & adustione eius & electione boni ex eo*; ultima *Modus faciendi Salem ammoniacum*, alius Titulus occurrit, qui ita habet: *Liber* 18. *Libri Servitoris Bulcasin Ben Chelsi Ben Abes Azarini translatus a Simone Ianuensi, interpretatione Abraam Eiudei Corcuosiensis.* (sic) Prologus inc. *Dixit aggregator huius Operis: postquam ego collegi librum hunc magnum in medicinis compositis, qui est liber iuvamenti, quem nominavi Librum Servitorem, complevi libros suos omnes, secundum meam voluntatem. Inveni in multis ex medicinis compositis libri huius medicinas multas simplices &c.* Des. *et de cognitione omnium istorum, quae sunt bona, & quae non bona ex eis.* Rubrica prima, seu Caput primum inc. *Et de primo Tractatu est modus ablutionis litargyri, & adustionis ipsius, & electionis boni & non boni ex eo. Species igitur litargyri multae sunt ec.* Vltimum des. *& aufer salem, quì est in ea cum facilitate, & serva.* Hic Liber, teste Fabricio Biblioth. Med. & Inf. Latinit. Tom. VI. pag. 162. & 189. impressus est Venetiis per Nicol. Ienson MCCCCLXXI. in 4. sub titulo *De praeparatione Medicinarum simplicium*. Verum tamen auctoris nomen est *Serapion*, non *Servitor*. Tria autem Opera, quae in hoc Codice continentur, exstant impressa cum Mesue, & aliis Pharmaciae Scriptoribus, Venetiis ex officina Lucae Ant. Iuntae MDXXXVIII. fol.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, optime servatus, cum titulis Capitum rubricatis. Constat fol. scriptis 107.

ALDOBRANDINI PHYSICA INTERPRETE ZVCCHERO BENCIVENNIO.

Cod. LXXIX. Codex est anepigraphus, sed continet Magistri Aldobrandini Physicam Italice versam a Zucchero Bencivennio, cum Prologo, qualis legitur in Codice XLIX. Plutei LXXIII. Biblioth. Laurent. (Vide Catalog. Tom. V. pag. 288. §. I.) ubi praeter Titulum, praemittitur etiam Index Capitum, quibus constat integer Tractatus.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV., in cuius calce legitur: *Liber mei Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia* XIIIJ. Constat fol. scriptis 51.

RODERICVS SANCIVS DE REMEDIIS AFFLICTAE ECCLESIAE MILITANTIS.

Cod. LXXX. Titulus, qui totius Operis veluti summam continet, ita habet: *Ad Reverendissimum in Christo Patrem ac Dominum D. Bessarionem Cardinalem Episcopum Sabinensem, Patriarcham Constantinopolitanum, Libellus incipit de remediis afflictae Ecclesiae militantis adversus extrinsecas Turchorum persequutiones, ac intestinas eius pressuras & angustias; & an generalis Synodus pro hoc tempore sit expediens, aut sufficiens remedium ad eas exstirpandas: demum ostenditur, quando, & quomodo, & ex quibus caussis generalia Concilia congregari debent: rursus deducitur Romanum Pontificem habere in terris supremam auctoritatem, foreque summum & ordinarium tribunal ad levanda quaevis mala & incommoda ab Ecclesia Dei, editus a Reverendo Patre Roderico Episcopo Calagurritano pro sanctissimo D. Paullo II. Pontifice Maximo in Castro suo Sancti Angeli de Vrbe Praefecto.* Sequitur Prologus, seu Epistola auctoris ad Card. Bessarionem hoc pacto. *Cunctorum sapientum illa semper verissima fuit sententia, quoniam ad pauca respicientes de facili annunciant, quo fit, ut indisciplinati, atque inexperti homines volita sua plerumque ad necessitatem trahant, & impellente passione, communem deserentes viam, ad peregrinas, insuetasque semitas, quibus se, & ceteros laedant, tanto solicitius cursitent, quanto avidius concupita demulcent, quibus recte Propheta ait: Errastis a via veritatis, ambulantes per vias difficiles. Sed verum est quod alius Propheta subdit, quia relinquentes iter rectum, necesse est, ut ambulent per vias tenebrosas. Mirabitur forsan V. R. P. quorsum haec dixerim. In hac itaque nostrì temporis nequissima conditione, in qua fines saeculi nos deduxerunt, nonnullos intellexi, diversis motos affectibus mussitasse, &, ut ita dixerim, inter dentes, & concisis verbis dicere, rebus Fidei & Ecclesiae sic stantibus, oportere, ut his diebus unum generale Concilium congregetur, ad quod moveri videntur: primo, quod, ut aiunt, id necessarium est, & expediens pro instituenda expeditione contra perfidos Turchos, Crucis Christi hostes, quia id exigit Reipublicae Christianae necessitas, suadet utilitas, monetque ipsa generalium Synodorum auctoritas. Secundo asseritur, conspecta serie cuiusdam Decreti in Constantiensi Concilio editi, quod incipit.* Frequens *Ro. Pontificem*

pro

Digitized by Google

pro tempore exsistentem adstringi ad convocationem unius universalis Synodi pro caussis in eo expressis, quae, ut aiunt, maxime his diebus militant, videlicet propter exstirpationem haeresum, praesertim Bohemorum, quam veluti per Synodum fuisse damnatam non est ignotum, ita per alteram Synodum omnino exstirpari oportere contendunt. Tertio addunt, quia Synodalis congregatio pernecessaria videtur ad morum in Clero & populo reformationem. Quarto denique subdunt, eamdem congregationem in universo Christiano populo esse necessariam propter Ecclesiarum, Praelatorum, & Cleri oppressiones, libertatisque, ac privilegiorum Ecclesiae multiplices violationes & vexationes. Haec & similia, audio, volitant per ora quorumdam, quasi praedicta incommoda, non nisi per viam generalis Concilii ab Ecclesia exstirpari & reformari valeant, nec ad id, ut falso putant, sufficiat Apostolica Sedes a Christo instituta, arbitranturque ipsam multitudinis congregationem, ad dissidendum pronam, remedium fore ordinarium ad cunctas Ecclesiae pressuras levandas. Verum, Reverendissime Pater, etsi non ignorem in sacratissimo pectore S. D. N. Paulli Pont. Maximi, uberrimoque eius scrinio abunde reconditum exploratumque fore, quid sibi velit haec hominum insulsa novitas, quo prosiliat, quo tendat eorum animus; (sed nec me lateat vestram R. P. pro summa eius sapientia, variarumque scientiarum refertissima supellectili liquido agnoscere,) quia, ut Hieronymus ait, venena non dantur, nisi melle circumlinita, cernatque apertissime quo feratur ipse hominum versutus conatus, praesertim quia non ignoro id ipsum, quod orbi notissimum est, eamdem V. R. P. in Synodis non infimis interfuisse, quippe quae pro fide, veritate, & Christiana unitate inibi acerrime disputavit, disputantesque non sine Catholicae fidei, & universalis Ecclesiae immensa gloria mirifice devicit, atque ad Apostolicae Sedis unitatem feliciter adduxit; quo fit, ut liquido agnoscat quantum discriminis afferat infrenata nostris temporibus hominum congregatio, quorum praecipuum videtur esse studium, sub velamine infidelibus resistendi, ac haereses exstirpandi, mores reformandi, plerumque Apostolicae Sedis, suorumque Superiorum iugum a se pellere; nihilominus tamen, ne vestram providentissimam vigilantiam lateant piissima servitorum suorum desideria, ac devota studia, eorum praesertim, qui rebus ipsis triti, & aliquando versati fuere, atque, ne in animis audientium ea hominum somniata & inconsulta opinio vulnus aut scandali occasionem generet, quin potius vera, certa, ac faciliora agnoscant remedia, ad ipsas quinque persequutiones, afflictiones, & pressuras, & quaevis alia mala & adversa a Dei Ecclesia exstirpanda & levanda, decrevi brevissime Libellum hunc rebus ipsis accommodare. Erit igitur dicendi ordo, quoniam duas conficiam particulas. In prima per decem & octo considerationes luce clarius ostendam, caussas praedictas persequutionum, & afflictionum, quas Ecclesia Dei patitur, non militare, nec arctare ad Congregationem Synodalem, sed nec utile, nec expediens fore; quin immo longe plus nocumento esse pro eis ipsis rebus feliciter conducendis; & dum eam explico partem, brevi adducam, per quem, & ex quibus caussis, quomodo, & quando generales Synodi convocandae sint, & de illarum auctoritate. Tandem adducam verum intellectum Decreti Frequens, *apud Constantiam editi. Rursus ostendam supremam potestatem Romani Pontificis nullis Synodalibus congregationibus subiacere; quin immo ad eumdem Christi Vicarium, & sacrum Collegium Cardinalium, tamquam summum tribunal, atque supremum in terris consistorium, cuncta in Ecclesia agenda spectare, & pertinere; & demum per eamdem Apostolicam Sedem & Cardinales facilius & utilius Ecclesiam Dei a quibusvis pressuris & calamitatibus liberari posse. In secunda parte per tredecim considerationes compendiose, adducam necessaria ac expedientia remedia longe efficaciora & faciliora, divinis Scripturis, & Sanctorum Patrum testimoniis roborata, ad exstirpandas & eradicandas ab Ecclesia Dei, quinque praedictas persequutiones & afflictiones, tam in genere, quam in specie, & quaevis alia mala & adversa, quae Dei Ecclesiam premunt. Plurima denique adiiciam, quae inter Ecclesiae turbines & pressuras non parvam fidelibus consolationem afferent, non utique, ut ego ipse aliquando in Synodis conversatus, earumdem recte quidem, & rite congregatarum, aut auctoritatem, aut utilitatem improbem; scio enim plurima saluberrima decreta fidem, vitam, ac mores hominum concernentia in eis edita fore, sed pro hoc tempore, cunctis diligenter pensatis, minime expedire dixerim; quin immo eamdem multitudinis congregationem, necdum difficilem, sed Ecclesiae periculosam fore, non parvaque fidei & Reipublicae Christianae incommoda adlaturam; in quo Libello nihil disseram, quod sacrae Scripturae, & naturalibus ac politicis testimoniis, & Sanctorum Doctorum, Sacrorumque Canonum auctoritatibus roboratum non sit, submittens correctioni sanctae Romanae Ecclesiae, quae fidei magistra est, ac V. R. P. quidquid a me dicendum erit.* Totum Opus dividitur in Considerationes XXXI. quarum unicuique praeponitur argumentum rubrica conscriptum. Prima inc. *Prima consideratio ostendit, non fore necessarium, expediens, aut utile convocare generalem Synodum, pro hoc tempore, occasione sumpta, ut facilius, & commodius bellum iustissimum instituatur, & ordinetur contra perfidos Turchos, pro cuius rei aperta dilucidatione praesupponimus, quod perfidi ipsi Turchi violentiam, & bellica arma habent pro legibus, & institutis &c.* Vltimae Considerationis conclusio ita habet: *Haec ad te, Reverendissime Pater, longius quam putavi, quae tuae eminenti sapien-*

Digitized by Google

pientiae, ac elevatissimo ingenio corrigenda ac emendanda remitto, quam Altissimus feliciter protegat & conservet, & post huius vitae diutinum cursum perducat ad vitam aeternam. Amen. Claudit Codicem Tabula materiarum, & quaestionum, quae in praedicto Tractatu continentur, qui quidem dividitur in duas Partes, quarum prima Considerationes XVIII. altera XIII. complectitur. Inter inedita Roderici scripta recensetur a Fabricio Biblioth. Med. & Inf. Latinit. Tom. VI. pag. 114. De Auctore vero vide quae diximus Catalogi nostri Latinor. Codd. Tom. III. pag. 448. Adsunt in margine correctiones ab eadem scriptoris manu appositae, necnon res notabiles manu diversa.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. exeuntis, cum initialibus litteris primae, & secundae Partis inauratis, ac titulis Considerationum rubricatis, optime servatus nitideque conscriptus. Constat foliis scriptis 102.

HERBARIA DVO.

Cod. LXXXI. COdex est sine titulo, sed continet Herbaria duo, auctoris nomine destituta, quae tamen, ut plurimum, concordant cum Codice XVI. Plut. LXXIII. Biblioth. Laurent. (Catalogi nostri Tom. III. pag. 35. seqq.) Primum inc. *Nunc vos potentes omnes herbas deprecor, exoro maiestatemque vestram; vos parens terra generavit, & cunctis gentibus dedit &c.* Des. *radices etiam siccae reservantur pluribus usibus profuturae. Explicit Medicinalis.* Constat Capitibus, seu herbarum speciebus CXXXII. quarum singularum picta schemata exhibentur. Huius autem recensionem perquam exactam habes loc. cit. a pag. 36. §. VIII. vers. 6. usque ad pag. 40. vers. 7. Herbarium secundum pag. Cod. 49. inc. *I. Nomen herbae Hecinum. Nascitur in montuosis & lapidosis locis; folia habet similia cameleonti albo &c.* Desinit imperfecte in Capite, seu specie herbae, quae dicitur *Syon*, & est sub numero LXVIII. Habes loc. cit. pag. 41. vers. 6. ubi quum numerentur LXXI. videntur in hoc Codice posteriores tres species herbarum desiderari. Comprehenditur Antonii Musae supposititius Libellus *de herba Vectonica*, deinde icones rudes monstrosae & chimericae ducentarum plantarum, non valde diversae ab editis in *Cubae Horto sanitatis*, & in Libro eiusdem furfuris inscripto *herbolario volgare stampato in Vinegia* MDXXXVI. 8. Singulis iconibus in hoc MS. Codice additae sunt earum facultates medicae, plerumque ridiculae & superstitiosae.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. Constat foliis scriptis 71.

DOMINICI CAVALCAE SPECVLVM PECCATORVM.

Cod. LXXXII. TItulus Operis est: *In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen. Incipit Liber, lo quale si chiama Spechio de' Pechati compilato per Frate Domenico da Pisa dell' Ordine de' Frati Predichatori intorno agli anni Domini* MCCCXL. Primum Caput inscriptum, *De' pechati che procedono dall' amore in quore et in lingua*, inc. *Et quanto alamore dico, che chonciosiachè comandato sia d'amare Idio chon tutto il chuore, e chon tutta la intenzione, e chon tutta la forza ec.* Vltimum, cui titulus, *De' sette pechati mortali, del primo Superbia*, des. *achusi anche della mala guardia che ae de' sentimenti suoi, e anche mali ne son seguitati, e però uno illicito sguardo, o udito per alcuno degli altri. Amen.* (1)

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, vel XV. ineuntis, cum titulis Capitum rubricatis, optimeque servatus, in cuius calce legitur: *Questo Libro è di M. Maddalena d' Angniolo Gaddi*, & paullo inferius: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia* XXXIII. Constat foliis scriptis 30.

BRVNETTI LATINI THESAVRVS.

Cod. LXXXIII. IN prima Codicis pagina, Iacobi Gaddii manu suppleta, hic praefigitur titulus: *Quì comincia il Tesoro di Ser Burnetto Latino di Firenze, et parla del nascimento, et della natura di tutte le cose. Rubrica.* Initium concordat cum illo Codicis XIX. Plutei XLII. Biblioth. Laurent. Catalogi nostri Tom. V. pag. 186. Finis vero diversus, sequens est: *avengniachè eglino facciano bene in molte cittadi, è ito in via lo reggimento degli uomini, però vivono disolutamente.* Tum subditur: *Finito ellibro fatto e chonpilato per Maestro Brunetto Latino.* Adsutum est in principio Voluminis folium membranaceum, in quo legitur: *Questo Libro si chiama Texoro di Maestro Brunetto Latino Fiorentino, ed è de' figliuoli di Giovanni di Ser Andrea di Michele Benci lanaiuolo, Cittadino Fiorentino, chi lo truova lo renda;* & inferius depictum exhibetur stemma quoddam gentilitium, forte ad praedictam familiam pertinens; in aversa vero parte eiusdem folii legitur sequens Epigramma Italicum:

Qual sorte mi conciesse, o quale istella
Mi fè d' udire, et di chontemplare degnio
Nel mio povero albergho un tale ingegnio,
Dove ogni gentileza si fa bella!
Vn grato aspetto vidi, una favella
Vdì soave al suono d' uno dolce legnio,
Che a quello non è su nel superno regnio,
Nè celeste armonìa simile a quella.
Pertanto quivi al principio divenni
Come muto animale, restando tutto
D' ammiratione et di letitia pieno.

F E stu-

(1) De hoc Opere consule praefationem Io. Bottarii praemissam Libro inscripto *Specchio di Croce etc. Roma per Ant. de' Rossi* MDCCXXVIII. 8. pag. VII.

Digitized by Google

E stupefatto alquanto e passi tenni
Per udire voi chonsiderando al tutto,
Doppo chotanti fiori qua' frutti fieno.
Chieggo una gratia almeno,
Che solo di riudirti mi chontenti,
Ch' io pasco el core de' tua ragionamenti.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. aquis pluvialibus aliquantum madefactus. Constat foliis scriptis 147.

LEONIS BAPTISTAE ALBERTI COENA FAMILIARIS.

Cod. LXXXIV. PRaemittitur Epistola Caroli Alberti fratris Leonis Baptistae, ad Laurentium Victorium, qua illi huiusmodi Opus legendum mittit, & est quae sequitur: *Carolus Albertus salutem D. Laurentio Victorio. Tu mi chiedesti molte volte, più tempo fa, questi libri de profugiis aerumnarum, quali a noi erano perduti, per buono rispecto, non dirò come. Ma tu conosci la natura di Messer Baptista mio fratello, et non sa negare a persona cosa, la quale gli sia chiesta; non dirò più. Vn certo suo domestico li chiese questi libri, subitochè furono compiuti, già passati anni circa trenta; et ebbe la prima copia originale. Poi dede scuse, et negolla avere, et noi non sapavamo, onde recuperarla. Ora la ritrovamo, però mene rallegro teco, et mandotela. Messer Baptista scripse questa Opera con impeto d' animo allora giovenile, commosso da ingiurie di certi perfidi uomini, suoi emuli, occulti nimici. Converratti, leggendo, presupporti, che in certi luoghi della Opera, lui in quanti modi e può si sforza d' essere infestissimo a que' tali invidiosi, e iniuriosi; e debbi stimare, che niuna cosa tanto dispiace a chi ti porta odio, quanto vederti docto, buono, e virtuoso, come et tu, et chi conosce mie fratello sempre lo iudicasti. Voi adunque insieme, quali amate Messer Baptista, leggete questi Libri con dilecto, e in quel modo sarete molesti a chi n' à offeso, et aretene utilità. Peroche'l primo Libro disputa in che modo si vive sanza ricevere a se maninconia. El secondo vi dà via e modo di purgare dell' animo tuo gli sdegni et dispecti, quando tu gli avessi in qualche parte ricevuti a te. El terzo Libro raconta più modi utili a levarsi dalla mente le offese et dolori più gravi, quando tu fussi al tucto oppresso da loro, et quasi sunto. Adunque leggerali, et abbiatene cura che non si smarrischino più. Vale.*

Dividitur Opus in tres Libros, praevia satis longa Praefatione, quae inc. *Se mai a me parse vero quanto se dice, che el buono appetito rende la cena optima ec.* Des. *ad ogni età, e stato, e costumi buoni sono ornamento et splendore di tucta la vita.* Liber primus inc. *Nichola di Messer Veri de' Medici, homo ornatissimo d' ogni costume et d' ogni virtù, et io insieme passeggiando nel nostro tempio maximo, ragionavamo, come era nostro costume, di cose gioconde ec.* Liber tertius des. *et contro ogni malitia, et malvagità di qualunque sia huomo in vita perfido et iniquissimo.* Opusculum hoc memorat Nigrius de Scriptoribus Florentinis, tamquam exstans in Bibliotheca Gaddiana Florentiae.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. exeuntis, optime servatus. Constat fol. scriptis 50.

S. DIONYSII AREOPAGITAE, DIDYMI ALEXANDRINI, ORIGENIS, ET AVGVSTINI OPERA QVAEDAM.

I. pag. 1. *Cod. LXXXV.* DIonysii (S.) Areopagitae de Caelesti Hierarchia Liber.

II. pag. 9. b. Eiusdem de Ecclesiastica Hierarchia Liber.

III. pag. 21. Eiusdem de Divinis Nominibus Liber.

IV. pag. 37. Eiusdem de Mystica Theologia Liber. Ad calcem huius Libri haec adnotata sunt: *Absolvi Ambrosius peccator Dionysii Opuscula in Monasterio Fontis Boni* XV. *Kal. Aprilis anno Dominicae Incarnationis* MCCCCXXXVI. *Indict.* XV. *Emendavi, & cum graeco contuli in Eremo* III. *Idus Aprilis. Laus Deo sit semper.*

V. pag. 38. Eiusdem Epistolae decem ad diversos, & in earum fine adnotatum legitur: *Meminit se scripsisse quae sequuntur nominatim, quae periere: de Divinis Hymnis; de Intellectualibus, & Sensibilibus; de Theologica Informatione; de Anima, de Significativa Theologia; de Legali Hierarchia; de Angelicis Proprietatibus & Ordinibus; de iusto divinoque Iudicio.* Omnia ex interpretatione Ambrosii Traversarii Eremitarum Camaldulensium Generalis, de qua consule cl. Laur. Mehus in Prolegomenis ad Ambrosii Epistolas Florentiae MDCCLIX. Tom. I. pag. 424. seqq.

VI. pag. 44. b. Sancti Didymi Graeci Monachi Alexandrini de Spiritu Sancto, interprete Divo Hieronymo, cum Praefatione eiusdem ad Paullinianum, ut in Codice XXII. Plutei XVII. Bibliothecae Laurentianae, Catalog. Latt. Codd. Tom. I. pag. 345. §. VI.

VII. pag. 57. Origenis Tractatus duo in Epithalamicis Canticis, ex versione Divi Hieronymi, cum eiusdem Prologo ad Papam Damasum, ut in Codice IX. Plutei XIX. Biblioth. Laurent. Catalogi nostri Tom. cit. pag. 513. §. XV. ubi dicuntur Homiliae.

VIII. pag. 63. b. S. Augustini ad Optatum Disputatio, quam habuit cum Feliciano. Inc. *Extorsisti mihi, dilectissime fili Optate.* Des. *retribuere mercedem.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. manu, ut videtur, celeberrimi Ambrosii Traversarii, Eremitarum Camaldulensium Generalis, aquis pluvialibus & coeno valde inquinatus. Constat foliis scriptis 68.

VE-

Digitized by Google

VETERIS, ET NOVI TESTAMENTI SVMMARIA METRICA.

Cod. LXXXVI. I. pag. 1. ALiquarum historiarum Veteris, & Novi Testamenti Summaria, tetrastichis hexametris expressa, auctore Anonymo. Praecedit *Prooemium Auctoris & eius invocatio*, quae ita habet:

Historias aliquas Hebraeas, miraque gesta
Iesu Nazarei Legis veterisque novellae
Summatim tangens, concludam limite parvo.
Ergo meis, Opifex, faveas, precor, inclyte ceptis.

Primum tetrastichon *de creatione caeli & terrae & Angelorum* est ut sequitur:

Omnipotens Deus alma volens sua fundere dona
Principio prudenter humum caelumque creavit,
Inde hierarchias fecit tres ordine terno
Angelicas, numenque suum fertur super undas.

Vltimum *de sancto Augustino Doctore Ecclesiae.*

Eximius Doctor fuit Augustinus in orbe,
Doctrinaeque suae radiis lustravit ovantem
Ecclesiam, doctusque Deo prostravit ineptas
Hic hereses, libros fidei pro lumine fecit.

Claudit Opus *Excusatio Auctoris*, nimirum:

Parcite lectores, si res non ordine pando,
Nam brevitas voluit numero resonare quaterno.
Siste gradum iam Musa meum, Domino referamus
Laudes et grates, qui nos et cuncta creavit.

Opus hoc in duos Libros divisum est, quorum primus Veteris, alter Novi Foederis historias complectitur; est autem valde rude, & incomptum.

II. pag. 35. Samuelis Rabbi Israëlitae Libellus de adventu Messiae, ad Rabbi Isaac Magistrum Synagogae &c. ex Arabico in Latinum translatus ab Alphonso Bonihominis Hispano, Ordinis Praedicatorum, praevia Epistola interpretis nuncupatoria ad Fr. Hugonem Magistrum eiusdem Ordinis, ut in Codice XVII. Plutei LXXXIX. super. Biblioth. Gaddianae in Laurentianam translatae, Catalogi nostri Tom. III. pag. 279. §. XXXIII.

III. pag. 57. Excerpta quaedam, e Vitis fortasse Sanctorum desumpta, in quibus enarrantur miracula varia per intercessionem Deiparae & Sanctorum patrata &c.

IV. pag. 63. Tractatus beati Bernardi de fletu & lamentatione Virginis gloriosae in passione filii sui dulcissimi, ut in Codice I. Plutei XVI. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 159. §. X.

V. pag. 68. b. Sermo S. Augustini de Assumptione Virginis Mariae, & eius corporis glorificatione. Inc. *Ad interrogata de Virginis & Matris Domini resolutione temporali, & assumptione perenni quid intelligam responsurus &c.* Des. *si autem non ut debui, ignosce tu, & tui, qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto vivis &c.*

VI. pag. 73. Eiusdem Sermo, seu Oratio de Spiritu Sancto. Inc. *Deus meus, Spiritus Sancte, timeo & desidero loqui tibi, de te, pro me &c.* Des. *ubi te possimus perenniter frui per infinita saecula saeculorum. Amen.* Hanc sequitur alia eiusdem brevis Oratio sine titulo.

VII. pag. 75. Oratio sancti Gregorii, quam puro corde confesso & contrito dicenti concessa est Indulgentia septemnalis. Inc.

Stabat Mater dolorosa
Iuxta crucem lacrymosa &c.

VIII. pag. ead. b. Oratio sancti Augustini de Cruce Domini. Inc. *Salve sancta Crux, salus, & vita mea &c.* Des. *fideliter permaneam in tua fide, dulcissime Iesu Christe, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis &c.*

IX. pag. 74. b. Sequuntur variae Orationes, dicendae ante Crucem Domini; aliae tempore sacrificii Missae; aliae ante susceptionem itineris; ac tandem *Oratio sanctae Brigidae contra tempestatem.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. optime servatus. Constat foliis scriptis 81.

ACCENSVS VERI LVMINIS.

Cod. LXXXVII. OPus Theologico-Canonicum, auctore Anonymo, cuius titulus ita exprimitur: *Incipit Liber intitulatus Accensus veri Luminis Francorum Christianissimi Regis & Regni contra tenorem Pragmaticae Sanctionis.* Praemittitur Prologus, qui inc. *Mortuorum & viventium Ecclesiastici quidam fuerunt alta sapientes, non intelligentes semetipsos &c.* Des. *per duodenam subsequentem Demonstrationem.* Dividitur autem in tres Partes, quarum singularum argumenta in primis duobus foliis continentur. Prima Pars continet duodecim Demonstrationes, quarum prima *de nomine Pragmaticae Sanctionis, & eius derivatione*, inc. *Pragmatica Sanctio vocabulum est terroris Imperialis fori, gladii saecularis, poenarum corporalium, & sanguinis humani rigorosam exsequutionem importans = nomen igitur hoc = occurrit ori illorum Ecclesiasticorum, qui cum profana, perversaque intentione in Bituricensi Civitate anno Domini millesimo* CCCCXXXVIII. *de mense Iulii* (die VII.) *in damnationem animarum suarum adversus = Pontificem Romanum = se congregare non timuerunt, & Constitutionem Pragmaticam = nominare, & sub velamine potestatis & auctoritatis Regiae procurarunt facere publicari.* Vltima, cui titulus: *Quotupliciter Pragmatica Sanctio est manifeste contra Ecclesiasticam libertatem; & de necessitate salutis aeternae per Dominum Regem Franciae, & suos omnes Regnicolas est quam citius reprobanda, & a toto Regno Franciae penitus exstirpanda*, des. *& qui secun-*

Digitized by Google

cundum eas, & ea praesumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata, ut sunt textus ad litteram in C. noverint, & C. gravem de Sent. Excom. Secunda Pars pag. 53. continet *Adnotationes ad litteram cum textu Pragmaticae Sanctionis*; sed huius secundae Partis nihil aliud habetur, praeter prima ipsius Pragmaticae Sanctionis verba, quae sunt: *Carolus Dei gratia Francorum Rex &c.* spatio vacuo ad reliqua exscribenda relicto. Tertia denique Pars pag. 54. complectitur decem *Emblemata Sanctae Romanae Sedis*, ita enim nuncupantur in Codice. Praecedit autem Prologus, qui inc. *Sanctae Romanae Sedis Emblemata, idest theoriae, quae secundum Alanum in Lib. de regulis fidei Catholicae Cap. primo &c.* Des. *eorumque iustis & sanctis operibus quandolibet comparari.* Emblema primum inscriptum *De plenitudine potestatis Domini Papae, & ipsius Papalis potestatis immediata dependentia a Domino Iesu Christo*, inc. *Plenitudo potestatis Domini nostri Papae summi Pontificis immediate dependet, & procedit a Domino nostro Iesu Christo, Deo, Dei filio omnipotente &c.* Vltimum Emblema, cui titulus *De laudabilibus & observandis consuetudinibus Sanctae Romanae Ecclesiae & Apostolicae Sanctae Sedis super caussis & litibus*, des. *patet hoc ex deductione posita XII. di. C. I. & II. de consecr. di. prima C. basilicas de consuetud. &c.*

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. nitidissimus, eleganterque exaratus, charactere gallico, cum initialibus primae, & tertiae Partis litteris grandioribus inauratis, variisque coloribus exornatis, itemque aliis singularum Demonstrationum, & Emblematum, minoribus quidem, sed pari modo inauratis, & coloratis. Constat foliis scriptis 97.

FRAGMENTVM ROMANARVM HISTORIARVM.

Cod. LXXXVIII.

I. pag. 1. ROmanarum historiarum volumen sine principio, ac propterea etiam auctoris nomine destitutum; est autem longioris Operis pars exigua; incipit enim a Capite DCXXVI. & desinit in Capite DCCCXIII. Illud inscribitur: *Questo ee lanibale di Chartagine come cominciaro guerra co' Romani. Come quelli di Cartagine per la loro follìa chominciarono guerra co' Romani*, & inc. *Detto vò & chontato che al tempo che Delbora & Dimichus furono ischonfitti gli Romani da' Franceschi, & per lo loro aiuto, cioè per quelli chelgli presero in Chanpangna, & per vendicare quella honta fu mandato contra loro Celcis pretor, & molti altri Baroni di Roma &c.* Caput ultimum, cui titulus: *Come Ponpeis tornò a Roma*, des. *furono tutte le battaglie vinte, & riposaronsi, sechondo che dice Eutropis, che tutto il mondo era istato per gli Romani agravato & vinto, ed ebbero fine l' anno chegli con-*

piea DCCC. *anni che Roma era istata fondata.* Tum subditur: *Quì finischono le verace Istorie Romane, le quali durano da Romolus, il quale chominciò & fece Roma, infino a Iolius Cesar, che fu Imperadore di Roma. innanzi che il nostro Sengniore Iesu Christo nascesse della nostra donna Vergine Maria.*

II. pag. 80. b. Ode quaedam Italica sine nomine auctoris. Inc.

Lasso! che quando immaginando vengnio, ec.

Est Carmen Italicum Fazii de Vbertis, & exstat sub eius nomine in Cod. MS. Bibliothecae Riccardianae in fol. cui titulus: *Vita nuova di Dante scritta dal Boccaccio, e Rime di diversi.*

III. pag. ead. Sequuntur quinque Epigrammata item Italica (vulgo *Sonetti*) auctoris nomine destituta, quorum tamen priora tria sunt Francisci Petrarchae:

i. *Voi ch' ascoltate in rime sparse il suono.*
ii. *Erano i capè d' oro all' aura sparsi.*
iii. *Ciexere poiche 'l traditor d' Egitto.*
iv. *Ciexere poich' e' ricevè 'l prexente.*
v. *Era la notte ben terza fugita.*

IV. pag. 81. b. Alia Ode item anepigrapha. Inc.

I' ho già letto il pianto de' Troiani
Il giorno che del buon Hettor fur privi ec.

Des.

E se alchun del nome ti domanda
Di que' checcia ti manda,
Dì ch' è Anton Becharo un da Ferrara,
Cheppoco sa, ma volentieri impara.

Est Marci Antonii Ferrariensis in morte Francisci Petrarchae, prout eruitur ex MS. Cod. Riccard.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. cum titulis Capitum rubricatis. Constat foliis scriptis 81.

VITAE SANCTORVM PATRVM.

Cod. LXXXIX.

HIc pulcherrimus Codex continet Vitas Sanctorum Patrum e Latino in Italicum sermonem translatas, interprete Anonymo. Praecedit Prologus, qui inc. *Imperciochè chome scrive sancto Grigorio, alquanti si muovono più al ben fare per essempri che per parole = Et dobbiamo sapere chel predetto Libbro à quatro parti. La prima scrisse e translatò sancto Ieronimo = La seconda la quale si chiama Paradiso scrisse e translatò uno sanctissimo Monaco, lo quale si chiamò Eradio. La terza parte Giovanni Monaco di Gierusalem = La quarta contiene pure Storie compilate da diversi sancti Padri &c.* Des. *Chi vuole adunque leggiermente truovare alchuna chosa in questo Libro raguardi in fine ai capitoli al numero, et al libbro.* Ex quatuor igitur partibus, quibus universum Opus constare dicitur in Prologo, noster Codex exhibet tantummodo primam integram, & partem secundae. Prima Pars continens Capita LXIV. inc. *Tra molti ispesse volte è stata questa dubitanza chi fusse el principio*

della

Digitized by Google

della vita de' Monaci solitarii ec. Des. *& luomo che perfectamente si dà a Christo può essere morto, ma non può essere sconficto. Deo gratias, amen.* Secunda Pars imperfecta pag. 119. inc. *Quando in prima andai in Allessandria, cioè il secondo anno del Consolato di Theodosio Principe, trovai in essa predetta Città uno sanctissimo et per tutto honorato et provato in ogni virtù huomo, cioè l' Abate Isidero &c.* Desinit in verbis: *questo fu huomo di tanta misericordia, che quando vedeva alchuno in grande necessitade piangieva fortemente, et dava loro ciò che potesse rimedire....* quae pertinent ad Caput LVII. Reliqua desiderantur.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. nitidissimus, cum titulis Capitum rubricatis, & initialibus litteris Prologi, & primae Partis, ac secundae inauratis, variisque coloribus exornatis. Constat foliis scriptis 160.

FR. BARPTOLEMAEI DE S. CONCORDIO DE DOCVMENTIS ANTIQVORVM LIBER.

Cod. XC. TItulus Operis ita habet: *Il Libro degli amaestramenti degli antichi composto et facto et volgarizato per Frate Bartolommeo da Sancto Concordio Pisano dell' Ordine de' Frati Predicatori.* Dividitur autem in Distinctiones XL. & Distinctiones in varia Capita, quorum singulorum praemittitur in primis quatuor foliis accuratissimus Index. Prologus inc. *Sapientiam antiquorum exquiret sapiens. Ecclesiastici trentanove. Sicchome dicie Chassiodoro, lo senno humano se degli non è aiutato et restaurato per le cose trovate daltrui, tosto puote manchare del suo proprio.* Des. *la seconda della Fortezza; la terza della Sanità.* Distinctionis I. Caput primum *Di bellezza corporale,* inc. *Corporal bellezza certamente è cosa vana. Salamone ne' Proverbi, fallacie gratia, & vana è bellezza &c.* Distinctionis XL. Caput ultimum, quod inscribitur *Di subgectione la quale è contraria ad Signioria,* des. *a questo sempre ogni suo parlare si rivolgea, come elli sperasse riposo. Amen.* Tum repetitur titulus, uti in principio. Innuit hoc Opus Fabricius Biblioth. Lat. Med. & Inf. aetatis Tom. I. pag. 177. eiusque Italicam versionem elegantem prodiisse Florentiae anno MDCLXII. testatur. Ex Codice autem CXV. huiusce Biblioth. Gaddianae Plut. LXXXIX. super. Catalogi nostri Tom. V. pag. 340. eruitur dicatum fuisse Equiti Gerio de Spinis de Florentia.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV., optime servatus. Constat foliis scriptis 81.

INDEX SVMMOR. PONTIFICVM &c.

I. pag. 1. INdex alphabeticus Summorum Pontificum, quorum Decreta habentur in Corpore Iuris Canonici. *Cod. XCI.*

II. pag. 16. Tituli, seu Rubricae Sexti Decretalium, & Clementinarum, item ordine alphabetico digestae. Notantur in fine sub anno MCCCCXLIV. libri aliquot commodati.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. & oblongo, Saec. XV. exeuntis, qui fortasse pro Repertorio, uti aiunt, alicuius magni Voluminis, Canonici Iuris Corpus continentis, inserviebat. Constat foliis scriptis 25.

OPVSCVLA VARIA MORALIA.

I. pag. 1. *IN nomine sanctae & individuae Trinitatis ad honorem & reverentiam Omnipotentis Dei, & gloriosae Virginis Mariae Matris eius. Expositioni sopra le quatro Vertudi, extracte del Maximo Vallerio, et d' altri Phylosophy.* Inc. *Sicome la misericordia et verità guardano lo Re, ella crementia exsalta la sua sedia, così le quatro Vertudi Cardinali, cioè Prudentia, Temperanza, Fortezza, et Giustitia, sono quasi quatro colonne, le quali la sua sedia sostengnono ec.* Des. *e di quello anticho Paulino, il quale avendolo preso barbari, et tormentandolo, et domandandoli oro et ariento, dicea, il mio tesoro io porto mecho nel pecto, et non in parte che mi possa cadere.* Tum repetitur Titulus: *Explicit Liber, sive Extractus Maximi Vallerii, & aliorum Filosoforum* (sic) *& Sapientum.* *Cod. XCII.*

II. pag. 27. Alia Collectio sententiarum moralium Socratis, Senecae, Diogenis, Pythagorae, & aliorum veterum Philosophorum. Inc. *Dicendo uno contra Pictagora: io vorrei anzi conversare colle femmine, che co' Filosofi, rispuose: el porcho stae più volentieri in nel loto, che in nella acqua chiara ec.* Des. *quello che tu ai promesso, sempre conserva.*

III. pag. 29. b. *Parole tracte dal Libro de Regimine Regum, il quale fecie Aristotile, essendo già vecchio, quando non potea sostenere le cotediane fatiche del cavalcare con Alexandro, perocchè Alexandro l' aveva facto suo proposto et maestro.* Inc. *Aristotile fue uomo di sano consiglio.* Des. *et se cioe non fosse, sai che saresti morto, perochè tu disideravi giacere collei.* Inde subiiciuntur versiculi:

Finito Libro referatur gratia Christo.
Qui scripsit scribat, semper Bandinus cum Domino vivat.
Vivat in caelis semper cum Christo fidelis,
Manus scriptoris salventur omnibus horis.

IV. pag. 33. Liber, cui titulus *Fiore di Virtù,* cum brevi Prologo, ut in Codice LXIII. Plutei LXXVI. Catalogi nostri Tom. V.

pag.

Digitized by Google

pag. 295. §. I. cum quo concordat, praeterquam in fine, qui est aliquantum diversus in nostro; ita enim desinit: *el settimo dì si riposò dallavoro che elli avea facto. E così apertamente si vede che Dio Padre fue moderato, e colla virtù della moderanza ordinò e dispensò tucte le cose per ordine.* Tum subiungitur Titulus Libri hoc pacto: *Quì finisce lo Tractato, lo quale è decto Fiore delle Virtù, tracto delle autoritadi delli antichi Phylosophy.* Interim notandum aliqua deesse circa medium, abscissis ex Codice foliis duobus.

V. pag. 62. Monita quaedam e veteribus philosophis, tam sacris, quam profanis excerpta, ad vitam recte instituendam. Inc. *Se vuoli avere buona vita in questo mondo, convienti partire da dolorosi pensieri, e procacciare di stare collo animo allegro ec.* Des. *Iesus Sirach dice: Io comando che tu aparechi giustizia, anzichè tu giudichi, e che tu aprendi, anzichè tu dichi. Ante iudicium para iustitiam, & antequam loquaris, disce. Deo gratias, amen.*

VI. pag. 67. Monita alia ad bonam corporis valetudinem tuendam. Inc. *Ma però chella conditione del corpo humano è possibile* (sic) *et mutevole, non servando la complexione et consistenza, le quali ebbe dal principio del suo nascimento, fue di necessità mestieri di trovare scienza et arte, per la quale in sanità la natura, et el corpo dell' huomo si conservi = et però mosso a prieghi, et per amore di alcuno mio amico = proposi in me medesimo di ritrarre de' decti, et de libri delli antichi filosofi questo libello ec.* Sunt in fine mutila.

VII. pag. 70. Capitula Fidei Christianae, auctore Fr. Aegidio de Columna, ut patet ex titulo, qui in fine Operis adiicitur. Primum Capitulum inscriptum *Delli Angeli e dello ordine delli Angeli*, inc. *Delli Angeli è da sapere, che nove sono li ordini delli Angeli ec.* Capitulum ultimum *Della Oratione di Dio, cioè lo Paternostro, e delle sue petitioni*, des. *per la quale* (idest luxuria) *molti savi sono periti, e mandati al profondo dello Inferno, dal quale Christo ci liberi.* Tum ita subiungitur: *Quì sono compiuti li Capitoli della Fede Christiana composti dal savissimo Frate Egidio, di consentimento et comandamento del santissimo Padre e Signore Messer Bonifatio Papa VIII. li quali mandò al Tartaro Maggiore, lo quale voleva tenere la Fede Christiana.* Memorantur a Fabricio Biblioth. Med. & Infim. Latinit. Tom. I. pag. 20. & exstant etiam in Bibliotheca Riccardiana, ut constat ex eius Catalogo pag. 7. Tandem Codicem claudit Caput, in quo virtutes roris marini enumerantur.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. exeuntis. Constat fol. scriptis 83.

NICOLAI ANTIDOTARIVM.

Cod. XCIII. I. pag. 6. NIcolai Medici Salernitani Antidotarium ordine alphabetico, cum Prologo, ut in Codice XXXII. Plutei LXXIII. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. III. pag. 58. §. 1. Heic tamen multo est uberius, ac puto illud esse, quod a Fabricio Antidotarium maius nuncupatur; ait enim Biblioth. Graec. Tom. XIII. pag. 348. sub Nicolai Salernitani nomine exstare duo Antidotaria, unum maius, alterum minus, in primis commendata &c. In calce autem & in margine ubique variis antiquis manibus adscribuntur formulae medicamentorum plurimae, ut pag. 47. *Pulvis, quae facit apparere mulierem virginem, quae corrupta est.* Pag. 49. b. *Pulvis solutivus Mag. Iacobi de Mantichelis &c.*

II. pag. 104. b. Vberrima collectio, variis manibus exarata, continens confectiones paene innumeras unguentorum, emplastrorum, syroporum, pulverum, pillularum, electuariorum, oleorum ad varios morbos curandos, quarum nonnullae nomen etiam auctorum praeseferunt; ii vero sunt: Magister Albertus pag. 114. 126. 137. b. Frater Albertus Theutonicus p. 116. Almansor p. 111. b. 126. b. Magister Anselmus, eius pillulae *pro Domino Francisco de Macaruffis, pro Domino Rodulfo de Anglia &c.* p. 117. D. Archiepiscopus Ravennas p. 119. b. Magister Bartolomaeus de Varegnana p. 120. D. Comes Brundilixius p. 119. b. Magister Fabianus p. 137. 138. b. 139. Galienus p. 118. Magister Gulielmus de Christianis p. 136. b. D. Iacobus Belvisius p. 124. Magister Iacobus de Christianis p. 121. b. Mesue p. 111. b. 129. b. Magister Pero p. 135. Magister Thaddaeus p. 111. b. 121. b. 123. b. 131. b. 142. b. D. Thomas de Flesso p. 128. b. Magister Thura de Castello p. 138. Vincentius Notarius D. Episcopi Ferrariensis p. 123. b. Notanda praeterea sunt ista, scilicet, pag. 84. *Vnguentum, quod habuit Comes Guiliermus a Papa Bonifacio, & dicitur quod Papa habuit eum a Magistro Anselmo de Ianua.* Pag. 123. *Pulvis, quo utuntur Fratres Minores, tempore omnium quadragesimarum, propter ventositatem.* Pag. 124. *Tragea pro Vgozone de Bambagliolis ad confortationem stomachi.* Pag. 129. b. *Sal Sacerdotale, quo utebantur sacerdotes tempore Heliae Prophetae propter dolorem capitis.* Pag. 133. *Pulvis ad Cibaria pro D. Rodulpho de Anglia.* Pag. ead. *Confectio ad guttam pro D. Francisco de Macharuffis.* In primis etiam quinque Codicis foliis habentur exaratae aliae medicamentorum confectiones, necnon de phlebotomia pauca quaedam. Inter alias adnotavi *Sirupum ad quartanam, secundum Maistrum Fabianum, Sirupum compositum, secundum M. Tadeum &c.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. maiori Saec. XIII., binis columnis exaratus, cum effigie in primi Operis littera initiali, auctorem fortasse repraesentante, aliisque in margine ipsius primae paginae, medicum & aegrotum exhibentibus. Constat fol. scriptis 147.

DI-

Digitized by Google

DIVVS AVGVSTINVS DE CIVITATE DEI.

Cod. XCIV. DIvi Augustini de Civitate Dei Librorum priorum octo, & partis noni, Italica versio, auctore Anonymo. Inc. *Era quel tempo quando Roma, essendovi entrati e Ghotti che menavano ghuerra sotto il Re Allaricho, fu rotta, e chon impeto di grande taglio et uccisione di gente distrutta ec.* Desinit in verbis: *nella quale oppinione or chi non veggia, quantunque pocha chura vi pongha, quanta voraggine aprono ad seguitare li vitiosi chostumi, quando quantunque malingni huomini si sieno stati, si credono diventare larve, overo Manes dii, tanto peggiori, quanto sono...* quae pertinent ad Cap. XI. Libri IX. In principio Operis ita scriptum legitur: *Divo Augustino Doctore di sancta Chiesa excellentissimo de Civitate Dei Libro primo scritto di mano di Francesco di Ghuidetto di Iacopo Guidetti, padre di Antonio, Ghuidetto, Lodovicho, et Lorenzo. Morì a dì 21. di Settembre* 1467.

Codex membranaceus MS. Italicus Saec. XV. in fol. maiori, optime servatus, & imperfectus. Constat fol. scriptis 67.

ARMANNI FLORITA.

Cod. XCV. LIcet Opus sit initio mutilum ob defectum plurimarum paginarum, constat tamen esse Librum, cui titulus *Florita*, auctore Armanno, seu Armannino Iudice, origine Bononiensi, ac postea Cive Fabrianensi, Dantis coaevo, & familiari. Praecedit Index accuratissimus Titulorum, qui priora novem Codicis folia complectitur. Opus incipit a Capite de Nino, & quidem sic: *Nino, del quale io dico che fu figliuolo di Belo, detto huomo fu di molta vanità. Costui per memoria di Belo suo padre fece fare una statua ec.* Des. *egli è quello che dà gli onori, dà le ricchezze, e dà quello, che è porta d'ongni bene, cioè vita etterna, alla quale egli noi conducha, lo quale vive & rengna per infinita sechula sechulorum. Amen.* Huius Operis alia duo Exemplaria occurrunt, unum in Biblioth. Laurentiana Cod. XII. Plut. LXII. Catalogi Tom. V. pag. 274. aliud in Biblioth. Gaddiana Plut. LXXXIX. inf. Cod. L. ibid. pag. 346. utrumque tamen mutilum. Praeterea dictio huius Codicis ab alio interprete a superioribus diverso profluxisse videtur.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exaratus, cum titulis Capitum rubricatis a pag. 78. usque ad finem, in cuius calce legitur: *Questo Libro è de' figliuoli di Bernardo Giugni.* Constat fol. scriptis 173.

BOETHIVS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

Cod. XCVI. I. pag. 1. BOëthii de Consolatione Philosophiae Libri V. in Italicam linguam translati ab Alberto de Placentina, vulgo *della Piagentina*, Florentino poëta, qui floruit saeculo XIV. cum ipsius Prologo, ut in Cod. LXV. Plutei LXXVI. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. V. pag. 297. cum quo concordant, quoad initium & finem. Inter Prologum interpretis, & Opus Boëthii legitur sequens Epigramma Italicum:

Io sono Alberto della Piasentina,
Dichu Firenze vera alomna fue,
Che nel mille treciento trentadue
Volgherezzai questa eccelsa dottrina;
Et per larghezza di gratia divina
Ne chiosai due libri, e piue,
Anzi che morte coll' opere sue
In carciere mi desse disciplina.
E son contrito, e fra' Romitani
Nella Ciptà di Vinegia soppellito
Dell' iracondo pensier folle et stolto.
Che priego te, Lettore, che prieghi molto
L'alto rettor de' tempi Cristiani,
Che mi perdoni i mie difetti vani.
Chel priegho giusto al defunto giova,
Ed a chi 'l porge doni gratia nuova.

II. pag. 42. Anonymi Ode Italica valde devota, senariis strophis XLVI. constans. Post distichon,

Misericordia, o sommo Redentore,
Metti a ciascun Christian pace nel cuore,

qui est instar tituli, inc.

Misericordia, per quella piatade,
Chettai mostrata che pilgliar volesti
La nostra charne in tuo nativitade,
Per la quale speranza ferma desti
A tutti i peccatori; chiaro faciesti
La charità del tuo ardente amore ec.

Des.

Come bisogna al nostro gran malore.

III. pag. 43. b. Alia Ode Italica Anonymi ad beatissimam Virginem, senariis strophis constans XXII. Inc.

Vergine madre, figlia del tuo figlio,
Vmile, e alta più che creatura,
Termine di ciascun nostro consiglio,
Piena d' ogni piatà, oltre misura,
Madre de' peccatori, nave sicura,
Guidaci al porto del tuo criatore &c.

Des.

Che guida noi a Dio nostro Signore.

IV. pag. 44. In calce tandem Codicis occurrit Hymnus

Stabat Mater dolorosa &c.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. optime servatus, in cuius postremo folio depictum est stemma quoddam gentilitium, quod sustinet figura muliebris in geminas delphinis caudas desinens. Constat fol. scriptis 44.

VI-

Digitized by Google

VITA SANCTAE BIRGITTAE.

Cod. XCVII.

I. pag. 1. COdex hic asceticus continet Legendam S. Birgittae, in qua comprehenditur primo eius Vita, secundo Miracula, tertio Revelationes, quarto Regula. Vita & Miracula inc. *La beata Brigida, ma perchè è calonizata dalla S. Chiesa al tempo di Papa Bonifazio nono in qualunche parte è nominata, si può & dee chiamare sancta Brigida, fu natìa del Regno di Svezia, & fu Principessa di Nerizia, Provincia di detto Regno.* Des. *& di ciò ne fanno fede i romei che vengono di quello paese. Quì finiscono cierti Miracoli della Sposa di Xpo sancta Brigida novella di Svetia. Deo gratias amen.*

II. pag. 22. *Divotissime Orazioni* (quae sunt V.) *rivelate da Dio a S. Brigida, et prima una Orazione, nella quale divotamente si loda la gloriosa Vergine Maria della sua sancta concezione, e della sua infantia, et di tutte le sue virtù, acti, fatiche, et dolori, in tutta la vita sua, et della sua santissima morte, et assunzione.* Inc. *Benedetta e venerata sia tu Madonna gloriosa.* Vltima ad Christum des. *et con l'operazione, con effetto, il quale col Padre, e con lo Spirito Santo vivi &c. Quì finiscono le Orazioni rivelate da Dio ala beata Brigida novella.*

III. pag. 29. b. Regula, praevio longo titulo, inc. *Nel Regno del Re di Norvegia, il quale è nelle parti di Settentrione.* Des. *adunque tu lavora, et affaticati quanto tu puoi, et io quando mi piacerà manderò la cosa a perfectione. Amen.*

IV. Sequitur pag. 44. Officium in eius festo recitandum, ac tandem pag. 45. eiusdem brevis Vita sub modo Laudis rhythmice composita, quae inc. *Sponsa benigna suscipe nunc odas te beantes &c.*

II. pag. 47. Epistola ita inscripta: *Al grazioso et filicie Cavaliere Ramondo del Castello di sancto Ambruogio, Bernardo in servitù ridutto salutem.* Inc. *Domandi essere admaestrato da noi della solecitudine et del modo chome più utilmente si degia ghovernare le chose famigliari della Casa ec.* Des. *a la quale cosa conducere la possano gli meriti della sua danevole vecchiezza e de' suoi iniqui peccati. Amen.* Alibi occurrit haec Epistola, sed ex versione aliquantum diversa, ac propterea initium & finem referre voluimus.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. in principio & in fine aliquantum detritus. Constat fol. scriptis 48.

ORLANDI PARMENSIS CHIRVRGIA.

Cod. XCVIII.

I. pag. 1. TItulus Operis, qui occurrit ad calcem eiusdem, ita habet: *La Cirugia del Maestro Orlando* (Rolando) *da Parma.* Dividitur autem in duas Partes. Prima inc. *Adviene che nel capo si fanno fedite in diversi modi; imperochè alcuna volta à fedito el capo con rottura dell'osso, e alcuna volta sanza rottura dell'osso etc.* Pars altera des. *Questa confezione calda o tiepida posta in su quel luogo che si duole sciema la doglia fortemente.*

II. pag. 50. b. Ab hac pagina usque ad finem Codicis descripta est ab alia manu uberrima collectio medicamentorum ad varios morbos curandos.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. ineuntis. Constat fol. scriptis 72.

FR. DOMINICI CAVALCHAE SPECVLVM CRVCIS.

Cod. XCIX.

OPus, cui titulus *Speculum Crucis*, auctore Fr. Dominico Cavalca, Ordinis Praedicatorum, Capitibus constans L. una cum Prologo, ut in aliis Codicibus, licet in fine, tam Prologi, quam Operis aliquod discrimen appareat. Clauditur autem sequenti subscriptione: *Chompiuto è il Trattato de lo Specchio dela Croce compilato per Frate Domenicho da Vicho Pisano del Ordine di santo Domenicho, al quale Christo dea grazia di fare sancta fine et a chilleggerà et chi l'udirà, et a chi scrivere il farà, et a chi lo scriverà. Deo gratias amen.* Ex hisce verbis erui posse videtur, Codicem hunc, vivo adhuc auctore, fuisse exaratum.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. binis columnis diligentissime exaratus, cum titulis Capitum rubricatis, & initiali Operis littera inaurata, variisque coloribus exornata, ubi etiam videre est Christi crucifixi imaginem non ineleganter depictam. Constat foliis scriptis 87.

BIBLIA SACRA.

Cod. C.

TEstamenti Veteris, & Novi Libri omnes, e Latina D. Hieronymi versione, praevia ipsius S. Doctoris Epistola ad Paullinum, & Prologo in Pentateuchum; necnon aliis Prologis, quotquot exstant, in alios utriusque foederis Libros: nec desunt identidem adnotationes in margine ab eadem manu. In fine adnectitur Index locupletissimus, exhibens interpretationes vocum Hebraicarum, Graecarum, & Syrarum.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XIII. diligentissime exaratus, binis columnis, cum initialibus singulorum Librorum pictis, & inauratis. Codex magni pretii. Constat fol. scriptis 516.

VARIORVM EPISTOLAE &c.

Cod. CI.

I. pag. 1. EPistola (Francisci Meleti) missa Domino Malatestae Vngaro, in qua plurimum commendatur, & maxime de itinere ad Puteum sancti Patritii.

Digitized by Google

tii. Inc. *Haeret animus* (1) *in manu trepida, cor tepescit, & nutat animus, dum tuas tentat laudes aggredi, heros magnanime.* Des. *Vale in longum, regalis militiae clarum decus, me tuis adscribendo clientibus. Bon. pridie Kal. Septembris* XIII. *Indict.* Tum ita se subscribit auctor: *Chechus Mellecti de Forlivio servus vester diligens & fidelis.*

II. pag. 2. b. Alia eiusdem Epistola, quam scripsit mandato Domini Malatestae, in qua gentes Domini Bernabovis requiruntur de bello, & ut veniant in campum, nam tunc temporis stabant intra Bastitum in territorio Mutinae. Inc. *Novistis, viri fortes & strenui, quae caussa nos coëgit arma capessere.* Des. *hic namque certum inveniet experimentum iustitia, quae lugentes potentiorum delicta, ac insontes populos liberabit.*

III. pag. ead. Alia eiusdem Epistola, quam scripsit Domino Raymundo de Tolomeis, in qua rogat, ut interventu suo admittatur ad praesentiam Domini Legati. Inc. *Quis me casus agat, aut quae ratio impellat ad tui portum confugere &c.* Des. *salubre consilium impertiri. Et vale, ut optas.* Ait de semetipso: *nil, hercule, plebeius ego duxi a maiorum sanguine generosum, praeterquam virtutem &c.*

IV. pag. 3. b. Alia eiusdem Epistola, quam scribit ad Civitatem Forlivii post ingressum Domini Legati, quam Civitatem, sub antiquo nomine Lunae, admonet ad bene perseverandum sub dominatione Ecclesiae. Inc. *Gravis est humeris meis haec sarcina, gravis ad scribendum materia.* Des. *vocatumque supra siderum culmen intra feliciores spiritus collocet cum principibus populi sui in pace & gloria sempiterna.* Est Epistola valde longa.

V. pag. 6. Epistola, quam misit Dominus Franciscus Petrarcha Domino Nicolae Marescallo Regni Apuliae. (In Indice vero eorum, quae in hoc Codice continentur, inserto bibliopegi incuria inter folium 9. & 11. subiungitur: *in qua ponit virtutes & mores, quos debent habere Reges & Domini.*) Concordat quoad initium ac finem cum illa, quam recensuimus in Cod. IV. Plut. LIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 579. §. I.

VI. pag. 9. Epistola Domini Innocentii Papae Sexti ad Dominum Carolum Imperatorem, (*in qua* ut in praedicto Indice adiungitur) *congratulatur de eius adventu, & rogat pro eo, & honoratur quid habeat facere.* Inc. *Innocentius Episcopus servus servorum Dei charissimo in Christo filio Carolo Regi Romanorum illustri salutem & Apostolicam benedictionem. Licet fama praenuntia, quae venerabilis fratris nostri Theodorici Epi-*

scopi *Mindinensis adventum &c.* Des. *rogantes, ut ipsius Episcopi pro parte nostra relatibus adhibeas bonam fidem. Dat. Avinione* XI. *Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno* II. Inter hanc, & sequentem Epistolam insertum est folium continens praedictum Indicem.

VII. pag. 11. Epistola, qua Rex Siciliae Manfredus significat Baronibus Regni infrascriptam victoriam de exercitu Pontificio reportatam. Inc. *Exsultet iam universa turba fidelium, exsultet totum Collegium devotorum, exsultet inter ceteros animus vester, & pro tanta victoria Principis praecipue gaudeatis &c.* Des. *firmiter speraturi, quod totum Regnum in brevi, dante Domino, reducemus ad fidem regiam, ac statum prosperum & tranquillum. Dat. &c.*

VIII. pag. ead. b. Epistola missa per D. Philippum de Guazalotis Petro Montanario, eum hortans, ut Florentiam redeat, relicto Pisauro. Inc. *Quae te somnolentia ceperit, aut quis torpor occupaverit, mi Petre, nescio.* Des. *Vale, nec huic litterae, nisi personale exspectans responsum. Dat. Flor.* XXVII. *Martii* XII. *Indict. & Domino recommenda me milies.* Tum subscribitur: *Philippus de Guazalotis, si veneris, tuus.*

IX. pag. 12. Littera Domini Nicolai de Cambionibus missa mihi Michaëli (2) de Prato, in qua mihi recommendat amicum suum (3). Inc. *Frater charissime. Nuper, quum tres ballae serici Nicolai Corbizi de Florentia mercatoris Florentini, amici mei praecipui, ad portum Fani appulissent &c.* Des. *siqua possum vester sum. Valete.* Est Epistola commendatitia, cuiusmodi sunt aliae breves Epistolae quatuor, quae inscribuntur *de eadem materia.*

X. pag. ead. b. Epistola missa per Regem Ludovicum, Regem Ierusalem & Siciliae, Domino Bernabovi in favorem Domini Pandulphi de Malatestis. Inc. *In dubio satis diu maiestatis nostrae animus stetit, Vir magnifice, si primum illum, de quo res agitur, Pandulphum de Malatestis militem loquimur* (sic) *quocumque ille terrarum tractu diverterit, scriberemus, an satis haberemus ad domesticas, amabilesque litteras vestras, iuxta copiosi illarum styli seriem respondisse; sed ecce consulta tamen deliberatione utrumque facimus, debitumque nostrum amico pariter ac devoto persolvimus.* Des. *quoniam in omni certamine, qui opulentior est, etiamsi accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere videtur.* (supra additum est *scilicet iniuriam.*) *Dat. &c.*

XI. pag. 13. b. Nomina Musarum, quae sunt novem secundum Fulgentium. Adfertur scilicet interpretatio nominum earum-

(1) Supra adscripta est varia lectio, scilicet *al. calamus.*

(2) Iste Michaël de Melioratis Pratensis, Philippi de Guazzalotis sororis filius, Legum Doctor, possessor est, & scriptor huiusce Codicis, qui in aula Principum Ariminensium degebat.

(3) Nicolai Corbizzi Mercatoris Florentini res illi commendat.

Digitized by Google

dem, & quodnam sit uniuscuiusque ex ipsis officium.

XII. pag. 14. Versus quidam Anonymi inscripti: *Quidam versus magistrales, quibus patet mortem non esse timendam.* Inc.

Incipit haec nympha; quantum mea pectora diris
Detorquet curis mors impia &c.

Des.

Si recte adspicias, nil quod de morte queraris:
Omnis praecessit, omnis te turba sequetur.

XIII. pag. ead. b. Versus quatuor ex Ovidii Lib. II. de Fastis de Lucretia, cum hoc titulo: *Ad commendandum mulierem de pulcritudine.*

XIV. pag. ead. Forma & mores Caesaris secundum Livium in secunda Decade. Est excerptum, quod inc. *Fuit excelsa statura, colore candido &c.* Des. *qui Caesar quaternas epistolas simul dictabat scribens ipse.*

XV. pag. 16. b. Epistola missa per Comitem Antonium Montis Feretri Magnifico Domino Carolo de Malatestis, in qua assignat rationem, quare castrum Cornalti & Mondoffi recepit in recommendationem, & quod aliqui ex dictis castris fuerunt capti, & petit eos relaxari. Inc. *Magnifice frater charissime. Intimavi Magnificentiae vestrae per talem sub meis credentialibus litteris, quod quum mihi fuisset de locis pluribus intimatum debere meos, & mea territoria de castris Cornalti, & Mondoffi guerram tunc agitari, volens talibus obviare, deveni ad quasdam conventiones cum magnifico Domino, Capuae Principe, Domino dictorum castrorum, & hominibus eorumdem, quibus me, & meos sunt non offendere obligati, & ego eis vice versa me talibus conventionibus obligavi &c.* Des. *paratum ad grata Magnificentiae vestrae quaecumque.*

XVI. pag. 17. Epistola Domini Francisci Petrarchae missa Imperatori Carolo. Inc. *Praecipitium horret epistola, Serenissime Caesar, auctoris sibi conscia.* Des. *solus enim es, cui Deus omnipotens interrupti consilii mei dilatam gloriam reservavit.* In quatuor & viginti Rerum familiarium Libris prima est Libri X. cum hoc titulo: *Ad Carolum IV. Romanorum Regem exhortatio ad transitum in Italiam*, nec exstat in editione Genevensi anni MDCI. 8.

XVII. pag. 19. Responsiva eiusdem Imperatoris ad litteram supra proxime praecedentem. Inc. *Laureata tui gratanter emicuit, sicut virtutis insignis, sic affectionis oratio.* Des. *& te, quem Helicona tenet in coniugem* (superscriptum est, *idest virum*) *inter laudabiles devotos Imperii denotamus.* Adfert hanc Epistolam ex alio Codice Gaddiano descriptam cl. Laur. Mehus in Prolegomenis ad Epp. Ambrosii Camaldul. pag. CXCI.

XVIII. pag. 20. Epistolae duae sine nomine auctoris, sed ex memorato Indice eruitur, quod sint Epistolae diffidantiae, per quas illustris Dominus Dominus Comes Virtutum diffidat Commune Florentiae & Bononiae. Prima inscribitur: *Egregiis viris Antianis, Consulibus, Civibus, & Communitati Bononiae*, & inc. *Dolemus, & compatimur, Cives egregii, quod alienis demeritis contra Civitatem vestram &c.* Des. *vos & Statum vestrum a die praesentationis harum litterarum in antea coacti plus quam voluntarii diffidamus. Papiae* XXII. *Aprilis* MCCCLXXXX. Altera inscripta *Magnificae Communitati Civitatis Florentiae*, inc. *Pacem Italicam omni studio hactenus indefessa intentione quaesivimus.* Des. *adversus tyrannizantem Arciguelforum vestrorum statum a die praesentationis huius nostrae diffidantiae in antea, necessario provocamus. Papiae* XVIIII. *Aprilis.* Edita est haec postrema Epist. Tom. I. Epp. Colucii, curante Ios. Rigaccio, Florentiae typis Io. Bapt. Bruscagli MDCCXLI. 8. pag. 17. ubi legitur XVIII. *Apr.*

XIX. pag. ead. b. Responsiva eiusdem (scilicet Communitatis Florentiae.) Inscribitur *Magnifico Ioanni Galeaz Vicecomiti Mediolani.* Inc. *Hac die recepimus hostiles litteras de manibus cuiusdam cursoris sub nomine Galeaz Vicecomitis, qui se dicit Virtutum Comitem, ac Mediolani &c. Imperialem Vicarium Generalem.* Des. *dispositos potius eligere mori, quam inter suae tyrannidis subditos numerari. Dat. Florentiae die* II. *Maii* MCCCLXXXX. Tum subscribitur: *Priores Artium, & Vexillifer Iustitiae Populi & Communis Florentiae, & totus Populus Florentinus.* Non invenitur in cit. Collect. Florentina.

XX. pag. 22. Epistolae quaedam, ut dicitur, *salviconductus, familiaritatis, commissionis &c.* a variis scriptae in favorem praedicti Michaëlis de Melioratis de Prato; prima est Domini Petri de Gambacurtis, *data die* XXII. *Iunii*, XIII. *Ind.* MCCCXC. altera Communis Florentiae, *data Flor. die* XXVII. *Iunii*, XIII. *Ind.* MCCCXC.; tertia cuiusdam Cardinalis titulo Sanctae Potentianae *data sub anno a nativitate Domini* MCCCLXXXXIV. *Ind.* II. *die* XIX. *mensis Octobris*; quarta Domini Galeocti de Malatestis Arimini &c. *data Arimini die primo mensis Maii* IIII. *Ind.* MCCCLXXXI.; quinta eiusdem *data Fani die primo Iunii* V. *Ind.* MCCCLXXXII..; sexta eiusdem *data Arimini die* XV. *Octobris eiusdem anni* septima eiusdem, *data in Sancto Lauditio, die* XXIV. *eiusdem mensis;* octava eiusdem *data Faventiae tertio Octobris sexta Indict.* MCCCLXXXIII; nona eiusdem *data Caesenae die quarta eiusdem mensis;* decima tandem Domini Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, *data Papiae die* XVIII. *eiusdem mensis.*

XXI. pag. 24. Epistola missa Dominis de Malatestis per Dominos Florentinos, in qua narrant gesta contra eos per D. Comitem Virtutum. Inc. *Tandem conceptum virus vipera complevit evomere; tandem, fratres & amici charissimi, serpens ille Ligusticus ex insidiis & latebris exiens, suum non potuit propositum occultare. Nunc patet quod hactenus*

suis

Digitized by Google

suis blanditiis instruebat; nunc manifeste conspicitur, quid intendat; apertum est illud ingens secretum, quo Comes ille Virtutum, si fallere, si violare promissa, si tyrannidem in cunctos appetere virtus est, apertum est, inquimus, illud ingens sub hypoorisi miranda secretum, quo patruum & socerum quoque, fratres, & omnem suam necessitudinem decipiens, cepit, ambiens deposuit, & saeviens interemit. Des. *sed ut per superationem nostram possit nobis & aliis imperari. Data Florentiae die* XXV. *mensis Maii* XIII. *Ind.* MCCCLXXXX. Tum subiicitur: *Priores Artium & Vexillifer Iustitiae Populi & Communis Florentiae;* a tergo vero: *Magnificis Dominis Carolo & Pandulpho de Malatestis Arim. &c. necnon toti Communitati dictae Civitatis amicis & fratribus nostris charissimis.* Non legitur in cit. Coluccii Collect. Epp. in eaque desunt etiam quae infra occurrunt, eodem circiter anno, nomine Florentinae Reipublicae exaratae.

XXII. pag. 25. b. Epistola Domini Francisci Petrarchae responsiva ad litteras summi Pontificis, quibus rogabat ipsum, ut iret mansurus in Curia Romana. Inc.

Quando erit obscuri laribus contentus Amiclae.

Des.

Tunc tua propositum convellent carmina nostrum.

Est inter impressas in edit. alias citata Basileensi per Seb. Henricpetrum MDXXCI. fol. & legitur Epistolar. Lib. III. pag. 113. ubi inscribitur *Amico Transalpino.*

XXIII. pag. 26. In Dei nomine Amen. Privilegium Papae Bonifacii concessum Ioanni de Actis, & fratri de Saxoferrato. Inc. *Bonifacius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis nobilibus viris Ioanni & Hermanno quondam... de Actis de Saxo militis &c. salutem & Apostolicam benedictionem. Inter ceteras varias multiplicesque curas, quibus assidue premimur, illa praecipue pulsat & excitat mentem nostram &c.* Des. *sic nos Deus adiuvet ad haec sancta Dei Evangelia. Datum Romae apud Sanctum Petrum* III. *Nonas Iunii, Pontificatus nostri anno primo.*

XXIV. pag. 29. Epistola missa per Dominum Franciscum Petrarcham ad Papam Vrbanum ante recessum eius de Roma, & est quae sequitur: *Ad motum sponsi astra moventur, spondent pluvias, ventos incitant, turbant maria, aërea* (1) *lugubria reddunt, ingurgitant gramina campi, emolliuntur & madent undique aspera terrae. Nec mirum si omnia lugent, quia a principio* (2) *monarchiae loco, universalis monarchia recedit, deserens Vrbem, caput Orbis, derelinquens Italiam provinciarum principem, tyrannorum faucibus verisimiliter laniandam. Et ut suum Apostolatum reverenter adloquar, luctuose, sed forsitan fructuose, tuam obsecro Sanctitatem, Pater Vrbane, memento quaeso, quod Paraclitus te proposuit, quin immo & praeposuit Filius, qui manus Patris dicitur, per quem omnia facta sunt, per fratres tuos, vel suos dignissimos digitos, te cunctorum scripsit in Patrem, auctorizavit quoque Pater, quod de te dictavit Filius, & Spiritus Sanctus spiravit. Tota Trinitas, cuius opera separabilia sunt, operata est in tui assumptione miraculum. Quod si fas esset in hoc amplius immorari, quae in te, & de te mirabilia gesta sunt, clarius explicarem. Sed illi loquor, qui hoc novit apertius, nec nunc sermone opus est blando. Ingemiscens tua inquit Italia: Quum ulceribus essem sauciata* (3) *mortiferis, ad me & mea curare vulnera descendisti, & cum Petro dixisti: Ego sum Apostolus Christi, nihil in me filia mea, verere; & incipiens vinum & oleum infundere plagis meis, nondum circumligatis, & medicamine fotis, recedis a me. Tentasti putrida recidere ferro, & dum illud profundius impressisses, invenisti forsitan quae tibi incurabilia visa sunt; & ob hoc fortasse me deseris, desperantis more medici, qui exspectare mortem erubescit aegroti. Sed quis scit, si tecum super me apponet suam ille manum, qui ab omnibus languoribus curabat infirmos? Quis novit, si ille tecum erit, cuius verbum membra sanabat aegrotis? Illius vicem geris, istius successor exsistis, claves habes Regni caelorum. Sub te est utrumque imperium, terrenorum utriusque principatus ad te pervenit in me, vel verius ad Principes meos. Et ne evagantes in latius transgrediamur, accepta ad recessum tuum mihi flebilia, tibi obstacula parari videntur. Incipiunt genua debilitari fidelium, fortium colla flecti, seu insolescere rabies tyrannorum. Angustiae sunt undique, mihi utinam, & non tibi. In silvis milites, in campis praedones, in viis latrones insidiantur hi, tibique tuum recessum, ut ad illa pertingaris mediis imbribus impediunt. Sic elementa turbantur, & paene in antiquum chaos universa vertuntur, quae pericula, etiam mihi exterminia comminantur. Et ut patentiora non exspectemus indicia, ostensa respiciamus insignia. Hiantibus faucibus piratae circum circa discurrunt; sed, mira res! ad eorum remigationem freta mitescunt, ad tuam vero repatriationem contra solitum intumescunt. Sed forsan de his quos peperi* (4), *satis est auribus intimatum. Audaces sunt, & duplices animo, mendaces sunt, & variabiles corde. Fugis murmurationes Romanorum, versutias Tuscorum, insolentias Lombardorum. Ad gentem quietam regredere, populum simplicem, & devotum, in quo delectabatur anima tua, in pascuis uberibus, multitudine pacis. Fateor ego, Italia, malos pepe-*

(1) Glossa in margine: *aërea lugubria, idest tonitrua, & lampe, idest lampaneggi, & aliae turbationes aëris.*
(2) *Idest a primo, seu principali.*
(3) Glossa: *idest vulnerata.*
(4) *Idest generavi.*

Digitized by Google

peperisse quamplures, sed si infirmiores sunt ceteris, rogito, mihi serva, quod in Ecclesiaste saepe legisti, quod perierat requiram, quod abiectum reducam, quod confractum fuerat, alligabo. Aliter atque ad compatriotas tuos, ut adseritur, probos, quietos, simplices, & devotos redire delectet; quando servabis quod dixi tibi Magistro, non est opus benevalentibus medico. Immorare igitur mecum, Beatissime Patrum (1), *ut utriusque natos valeas percurare languentes; & siqua ferro, vel ustu curata non sunt, tuis orationibus cum Moyse leva manum ad caelum, pugnaturus precibus, & non telis. Aaron, & nostra fortitudo, scilicet animi, & dilectiones charitatis te sedere faciant super petram, manusque sustentent tuas, ut ad infima non declinent. Venenosum monstrum, humanum sanguinem vorans Constantini, Silvester vicit, & alligavit in heremis. Sic tu, Silvester alter, si non recedis a me, istic alligabis aspidem virulentum, & cum Iosue gentes Amalechitas conculcabis. Expressum mysterium, sed latius alias exprimendum. Quod si meo non adquiescas hortatui, in viam tibi obviet, qui respondit Petro recedenti, quo vadis Domine? vado Romam iterum crucifigi. Deo gratias. Amen.* Non occurrit in edit. Basileensi Tom. II. Operum, neque in uberiori Petrarchae Epistolarum Collectione apud Samuelem Crispinum MDCI. 8.

XXV. pag. 30. Littera, qua Magnificus Dominus Dominus Galeoctus de Malatestis significat Domino Michaëli de Melioratis de Prato Potestati & amicis Foross. qualiter obtinuit per vim Bastitam Alfiani, quae per Dominum Guidonem de Polenta eius inimicum tenebatur. Inc. *Amici charissimi. Isto mane in Dei nomine veni contra Bastitam Alfiani damnati Domini Guidonis de Polenta in campum cum gentibus meis, & isto sero in vesperis, inito duro bello, per vim, & virtute bonorum bellatorum, licet fortis foveis, aquis, & steccatis, beltreschis, & hominibus fulcita, pro defensa, qui numquam se reddere voluerunt, habita fuit viriliter per gentes meas &c.* Des. *omnibus in ipsa exsistentibus captivatis; quod vobis ad gaudium significo. In Bastita Alfiani die primo Augusti hora* XXIII.

XXVI. pag. ead. Littera missa per Dominum Petrum de Ancharano mihi Michaëli de Prato, qua congratulatur de meo statu, & condolet de suo, & rogat ut procurem sibi Officium aliquod. Inc. *Frater dilectissime. Quemdam vestrum concivem ad me venientem illico de persona & statu vestro interrogavi.* Des. *superfluum reputo vobis offerre quod vestrum est, nec amplius fieri nequit. Valete mei memor.* Tum sequuntur aliae duae Epistolae eiusdem Petri de eodem argumento.

XXVII. pag. ead. b. Epistola, ut ex subscriptione eruitur, cuiusdam Ioannis de Azolis ad praedictum Michaëlem, item de eodem argumento superiorum Epistolarum, scilicet de procurando sibi Officio aliquo. Inc. *Honorande Domine mi. Vtar breviloquio, quia cum amicis breves orationes, longas autem amicitias habere oportet.* Des. *& super huiusmodi re placeat vobis me recommendare Domino Iacobo de Capputiis.*

XXVIII. pag. 31. Alia Epistola Petri de Ancharano ad eumdem Michaëlem de eodem argumento. Inc. *Honorande et intime frater. Calamo, lingua, vel loquendi stylo explicare non possem &c.* Des. *talis me vobis saepe ad memoriam revocabit. Scripta Perusii* XVIII. *Augusti* MCCCLXXXI.

XXIX. pag. ead. Alia Epistola cuiusdam Lelli de Fluminibus ad eumdem Michaëlem de eodem argumento. Inc. *Egregie & honorande mihi, tamquam maior frater, charissime. Salutatione praemissa, noveritis, quod quamquam temporibus retroactis visibiliter vobiscum amicitiam non contraxerim &c.* Des. *quia vellem quod erga me eodem modo & longiori audaciam caperetis. Paratus &c.* Tum subscribitur: *Vester Lellus de Fluminibus de Assisio Bon.* XIII. *Novembr. Ind. nona.*

XXX. pag. 32. Epistola missa Domino Guidoni per Ioannem Gerardi. Post inscriptionem *Meo Reverendissimo Patri Domino Guidoni clarissimo Medicinae Doctori*, inc. *Graviter perhorresco, nam medicina egeo, & ubi sanitatem inveniam ignoro; quia autem sanari desidero, Reverende Pater, ad te signatum vestigiis iter arripio.* Des. *& tecum loquor verbo Davidico: Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, ut salvum me facias. Vale diu, Reverende Pater & Domine.*

XXXI. pag. 33. b. Epistolae tres, quarum prima continet electionem cuiusdam Ser Thomasii Ser Andreae in Cancellarium Communis Prati; altera renunciationem dictae electionis; tertia aliam electionem transmissam cuidam Ser Ioanni Nelli de Monte Catino.

XXXII. pag. 34. Epistola missa per Papam Gregorium XI. (2) Regi Francorum pro tollendo schismate Ecclesiae. Inscribitur: *Bonifacius Episcopus servus servorum Dei charissimo in Christo filio Carolo Regi Francorum Illustri salutem & Apostolicam benedictionem.* Inc. *Regia circumspectio videt, & prout quamplurimorum relatio nostras crebro perducit ad aures, ingemiscit singulariter atque dolet.* Des. *parati sumus apponere tecum vices nostras, nihil de contingentibus omittendo. Ad praemissa ergo non gravaberis respondere. Dat. Romae &c. anno Domini* MCCCXCII.

XXXIII. pag. 35. Alia Epistola, seu Breve praefati Pontificis Bonifacii IX. cui pro titulo adponitur: *Indulgentia culpae & poenae*

(1) *Idest summorum Pontificum.*

(2) Ita est in Cod. sed corrigendum est *Bonifacium IX.*

Digitized by Google

nae concessa Capellae novae de Prato, ubi conservatur Cingulum beatae Mariae Virginis. Inscribitur: *Bonifacius Episcopus servus servorum Dei universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem.* Inc. *Dum praecelsa meritorum insignia, quibus Regina caelorum & Virgo, Dei Genitrix, sedibus praelata sidereis, quasi stella matutina praerutilat, devotae considerationis indagine perscrutamur; dum etiam infra pectoris arcana revolvimus, quod ipsa, utpote mater gratiae, mater misericordiae, pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere praegravantur, sedula exoratrix & pervigil, ad Regem, quem genuit intercedit; dignum, quin potius debitum arbitramur, ut Ecclesias, & Capellas in honorem sui nominis dedicatas, gratiosis remissionum prosequamur impendiis, & indulgentiarum muneribus decoremus. Cupientes igitur, ut Capella nova eiusdem beatae Mariae Virginis, sita in Plebe sancti Stephani de Prato, Pistoriensis Dioëceseos,* Capella Cinguli *nuncupata, in qua pro solemni Reliquia conservari dicitur pretiosum Cingulum praefatae beatae Mariae Virginis, & quod quidem Cingulum in certis anni festivitatibus, & praesertim in die festivitatis Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi cum magna solemnitate ostenditur; & ad quod videndum ingens populi multitudo Civitatum, & partium vicinarum annuatim congruis honoribus frequentetur; & ut Christifideles eo libentius caussa devotionis confluant ad eamdem Capellam, quo ex hoc ibidem dono caelestis gratiae uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Paulli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus & confessis, qui in praedicta festivitate Resurrectionis Domini nostri eamdem Capellam devote visitaverint, annuatim illam indulgentiam concedimus, quae visitantibus Ecclesiam sancti Francisci de la Verna Arretinae Dioeceseos in die festivitatis Stigmatum dicti sancti Francisci, quae decimaseptima die mensis Septembris dicitur celebrari, a Sede Apostolica est concessa. Dat. Romae apud S. Petrum sexto Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno quinto. Anno Domini* MCCCXCIV. Hoc Pontificium Indultum memorat Iosephus Blanchinius *Notizie istoriche intorno alla Cintola di Maria Vergine, che si conserva nella Città di Prato in Toscana. Firenze per Giuseppe Manni* MDCCXXII. 4. Subiungit pag. 73. *Bonifazio IX., l' anno* 1395. *in occasione che si fece la traslazione della Cintola nella Cappella, dove presentemente si conserva, in segno di venerazione verso una sì gran Reliquia, un' amplissima Indulgenza diede a tutti coloro, che per la Pasqua di Resurrezione la sua Cappella avessero visitata, protestandosi di concedere tutte le Indulgenze, che sono nella Chiesa del Convento della Verna, il giorno delle Stimate di S. Francesco. Quando per la prima volta si publicò questa Indulgenza, vi è memoria che concorressero a Prato circa a trentamila persone, e si facesse d' offerta trecento libbre di cera, e mille fiorini di moneta.*

XXXIV. pag. 36. Epistola, cui titulus: *Commune Perusii scribit decem Bayliae Civitatis Florentiae.* Inc. *Fratres charissimi, non absque turbatione & animorum nostrorum fluctuatione miramur, quod vincula tam particularis, quam generalis ligae nostrae tanta solemnitate firmatae, vix desiccatis litteris, videamus dissolvi, & non more, & iure fratrum & colligatorum, sed potius hostium publicorum disrumpi; nam prorsus ignari sumus, qua caussa, quo iure, quove errore commisso, vestrae gentes armorum, ductoribus Comite Tancredo Marcovaldo de Rocca, insimul cum Domino Ioanne de Montepolitiano, & aliis vestris gentibus, equitibus & peditibus novissime tentaverunt, sociatis nostris rebellibus & exititiis, multis experimentis probaverunt castra nostra Prigi, Reschi, Pacciani, & nonnulla alia occupare &c.* Des. *sumus pro nostra tuta defensa, melius quam poterimus, provisuri. Dat. Perusii* XXI. *Febr.*

XXXV. pag. ead. Responsiva decem Baliae Communis Florentiae transmissa Communi Perusii. Inc. *Et nos etiam, fratres charissimi, non absque turbatione & animorum nostrorum iustissima fluctuatione miramur, quod perspicacissima vestra prudentia, quae solet nedum ignorare praesentia, sed etiam futura, quamvis longissime loco, vel tempore lateant, praevidere, conatus tot & tantorum civium vestrorum, qui seditionis intestinae malo, patria sunt excussi, solum suspicione cuiusdam opinationis erroneae, nobis vestris, & populi Perusini veris & antiquis fratribus, & amicis, tam praecipitanter incutiat & adscribat &c.* Des. *quidquid opere possumus & sermone. Dat. Florentiae die* XXV. *Febr. Ind.* III. MCCCLXXXXIV.

XXXVI. pag. ead. b. Oratio devotissima beati Augustini. Inc. *Salvator Mundi salvum me fac, Domine Deus meus &c.*

XXXVII. pag. 37. Littera Comitis Arminiaci transmissa Communi Florentiae. Inc. *Magnifici viri, fratres & socii charissimi. Inter nos, & vestros Ambaxiatores sincerum foedus, cordialisque amicitiae, & societatis nexus sunt firmati.* Des. *alioquin possemus aliquid facere ignoranter contra seriem illius articuli, qui de colligatis facit mentionem. Script. Miniate die* XVIII. *mensis Octobris* MCCCLXXXX.

XXXVIII. pag. ead. b. Littera responsiva transmissa per Commune Florentiae Comiti Arminiaci & Convenarum. Inc. *Placuit nobis, Illustris Princeps & magnifice Domine, frater & amice charissime &c.* Des. *ad nihilum coniunctis viribus redigamus. Dat. Florentiae die* VI. *Novembris* XIV. *Indict.* MCCCXC.

XXXIX. pag. 38. b. Epistola missa Regi Francorum per Commune Florentiae, in qua conqueruntur de captura suorum Oratorum.

Digitized by Google

rum. Inc. *Serenissime ac gloriosissime Princeps, & metuendissime Domine, ac benignissime Pater, & singularissime Domine noster. Si licet communiter universis, si licet etiam extraneis, & de rebus solum, quae se concernant, apud Mundi Principes se conqueri, quanto magis populo nostro licet, qui vetustissimo devotionis habitu vester est, de suis iniuriis, quae praesertim Maiestatem vestram respiciant, apud vestri throni fastigium lamentari. Vos etenim quodam Maiestatis numine taliter cunctis, & super omnes Reges excellitis, ut comparati vestrae Magnitudini, non Reges, sed Reguli debeant appellari; & taliter super omnes Christicolas eminetis, quod pro sublimitatis vestrae magnitudine, decens est audire querelas gentium, & ipsis pro qualitate negotii debitum facere remedium adhiberi. Hinc est, benignissime Princeps, quod nos ad clementiam vestram, utpote singularissimi filii, pro violatione nostrorum Oratorum, quos ad Serenitatis vestrae celsitudinem mittebamus, specialiter duximus recurrendum, ut quanta nobis iniuria sit, vestra sublimitas videat, & qualis ad superexcellentiam vestram habita sit reverentia comprehendat &c.* Des. *cum possit vestra sublimitas eisdem in omnibus credere, tamquam nobis. Dat. ut supra.*

XL. pag. 39. Littera transmissa per Commune Florentiae Domino Papae pro Episcopo eligendo. Inc. *Sanctissime ac beatissime in Christo Pater & benignissime Domine. Quum inter nos de civibus nostris, qui digni forent in Pastorem praefici tam clero, quam populo Florentino, collationem dignissimam haberemus, iucundissimum nobis fuit tot & tantos nobis occurrere, quot ab initio non cogitavimus invenire. Et quum inter alios clarissimos nostrae civitatis emineat illud singulare scientiae lumen, Frater Ludovicus de Marsiliis, Ordinis Eremitarum, sacrae Theologiae incomparabilis, etiam eruditissimorum opinione Magister, non patiuntur suarum virtutum merita, quod ipsum in nostris supplicationibus negligamus. Quamobrem & istum virum, fama celebrem, & cunctis virtutibus excellentem, vestrae Beatitudini ad praefatam Ecclesiam totius nostrae devotionis affectibus commendamus &c.* Des. *sed etiam quid actualiter prosequantur, exemplo. Dat. Flor. die* III. *Ian.* XIII. *Ind.* MCCCLXXXIX. Commendat in hac Epistola Fr. Ludovicum de Marsiliis Ordinis Eremitarum, petitque a Pontifice, (Bonifacio IX.) ut ipsum ad regendam Ecclesiam Florentinam praeficere velit, multa de tanti viri laudibus commemorans.

XLI. pag. 40. Dicta quaedam notabilia, & moralia, ac praecipue, ut in Codice exprimitur, *de iis, quae virtutem inducunt; de iis, quae proveniunt ex vitiis; de iis, quae vitia pariunt & minuunt; de iis, quae diversis generibus hominum conveniunt;* ac tandem *de diversis generibus hominum.*

XLII. pag. 42. Aliae occurrunt Litterae *familiaritatis*, ut aiunt, *salviconductus, licentiae &c.* in favorem praedicti D. Michaëlis de Melioratis, quales innuimus supra pag. 100. §. XX. Eae vero sunt Dominorum Galeocti, & Caroli de Malatestis, Domini Astorgii de Manfredis, & Dominorum Nicolai, & Alberti Marchionum Estensium.

XLIII. pag. 44. Exempla quarumdam litterarum manu diversa, ac paullo recentiori, quarum tituli sunt: *Littera offerentis se; Littera cuiusdam petentis sibi pecuniam impertiri; Responsio cum negativa; Responsiva ad praedicta cum exauditione; Littera recommendationis amici; Littera credulitatis.*

XLIV. pag. ead. b. Carmen quoddam Italicum (vulgo *Sonetto*) in funere cuiusdam Andreae Barbatii, & alia Carmina Latina in idem argumentum, valde rudia, manuque diversa a superioribus exarata, in quorum calce legitur: *Robertus Melioratus fecit.*

XLV. pag. 45. Oratio quaedam Latina prorsus anepigrapha, sed videtur esse Oratio funebris in laudem praefati Andreae Barbatii ab eodem Roberto de Melioratis, de quo supra, elucubrata; eamdem quippe manum praesefert; scripta est autem stylo valde rudi, & quod peius est, charactere ita perverso, ut vix pauca hinc inde expiscari queas. Inc. *Maiores Oratorum principes.* Des. *cum eo qui regnat in saecula saeculorum. Anno Domini milleno quadringenteno sexagesimo tertio prope sanctum Dominicum..... loco dicto Calderini Platea.* In ultimo huius Orationis folio, parte aversa, a Codicis possessore descriptae sunt quarumdam medicinalium potionum confectiones, & in sequenti folio depictum videre est gentilitium stemma Pontificis Medicei.

XLVI. pag. 50. Quaedam Prophetia per Spiritum Sanctum revelata beato Thomasuccio de Gualdo, facta sub annis Domini MCCCLXII. de mense Augusti, precibus nobilis viri Barptolemaei Ser Richardi de Perusio. Inc.

Tu vuoi pur che io dica
Dirò con grande fatica) *Ma trarrotti di dubio.*

L' aqua del Danubio
Adagio fa suo corso) *Teme la lucerta.*
Chi dalla serpe è morso

Minacce nè proferta
Non teme cor gentile) *Non procuri vendetta ec.*
Chi è di suo cor vile

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, praeter pauca quaedam Saec. XV. cum adnotationibus nonnullis in margine adscriptis ab eadem manu, quae Codicem exaravit. Constat fol. scriptis 53.

SERMONES VARII AVCTORE FR. IORDANO.

I. pag. 1. CONtinet hic Codex Sermones XCII. sine nomine Auctoris, qui tamen est Frater Iordanus de Pisis. *Cod. CII.*

Digitized by Google

sis. Primi sunt in Genesim, nec inveniuntur inter impressos Florentiae per Caietanum Vivianum MDCCXXXIX. 4. curante Dominico Maria Mannio, qui in Praefatione pag. XXXIII. de his quoque Fratris Iordani in Genesim Homiliis verba facit, ac nonnullos earumdem Codices recenset. Sequuntur deinde Sermones de variis argumentis, ac praecipue de Deo, eiusque attributis, de Angelis tam bonis, quam malis, eorumque item attributis; tum de Fide, eiusque Articulis, qui in Symbolo Apostolorum continentur; atque hi postremi, qui in Codice occurrunt a pag. 57. b. ad 134. b. in cit. editione habentur a pag. 172. ad pag. 321. Sermo primus, qui inscribitur *de exsistentia & potentia Dei*, inc. *In principio creavit Deus caelum & terram &c. Quattro cose furo create al principio, cioè il Cielo Empirio, la seconda gli Angeli, il terzo i Cieli, il quarto gli elimenti; avegnachè ci si potrebbe arrogere la quinta cosa, cioè il tempo; ma non si conta questo intra l' opere di Dio, ma seguitasi a ciò, onde tempo non è altro, secondo i savi, se non una misura dell' ordine del movimento delle cose. Et però prima furono le cose, overo il cielo, che 'l tempo; che tempo giammai non sarebbe, se le cose non si movessero &c.* Sermo ultimus, qui pro titulo praesefert verba illa Evangelii: *Dominus quidem Iesus assumptus est in caelum &c.* inc. *Sicome dicono i Santi, questa festa de l' Ascensione del Figliuolo di Dio si è il compimento & la fine di tutte le feste di Christo; et è compimento, et chiusura di tutta la tonica, cioè di tutte le opere di Christo, le quali furono indivise, et insieme fuoro tutt' un fatto, et un' opera compiuta; perocchè la 'ncarnazione non era utile, sanza conceptione, nè 'l concepimento sanza l' altre cose dela passione, e della resurrezione; et però l' ascensione fu compimento di tutta la tonica del Figliuol di Dio ec.* Des. *et chi vedesse una sedia di rubino, come parrebbe bella! Come de' essere bello quel cielo, il quale è così bellissimo, et grande! Dell' altre due ragioni lasciamo. Deo gratias.* Tum sequitur Index titulorum cuiuslibet Sermonis, non ille quidem integer, finis enim occurrit in calce Codicis. Pag. 137. in Concione de Sancto Ioanne Baptista ad illum locum: *Dunque se udissi predicare la carnalitade, non dei credere, quanti segni ne potessi vedere etc.* ita in margine scriptor adnotavit: *Memoria che in questi dì si novellava di Fra Dolcino, e di lui s' intesero le dette parole.* Pag. 141. in Concione, cui titulus: *Cursum consummavi*, seu de Poenitentia, ad ea verba: *Vedete altresì, che cosa è ora ad stare colà nell' oste colle armi indosso, tutto fasciato, che non può altri sofferire ora pur la camiscia etc.* eadem manus in margine adnotavit: *In questi dì era l' oste ad Pistoia.*

II. pag. 145. Eiusdem Sermones plures de beata Virgine, de S. Michaële Archangelo, & de S. Ioanne Baptista. Primus inc. *Quasi stella matutina in medio nebulae. La gloria de' Sancti, et la loro perfectione non potemo comprendere, se non per queste creature de sotto. Queste creature ci danno a intendere dela gloria de' Santi, et infra tutte le creature di questo mondo; ch' abiano a rapresentare le cose altissime et spirituali, si sono le più nobili creature, come sono quelle del cielo &c.* Vltimus *in Decollatione S. Ioannis Baptistae* est imperfectus ob Codicem in fine mutilum, & desinit in verbis: *et andonne a Roma, et là fu tanto inalzato....* Tum occurrit reliqua pars Indicis mox enunciati, in qua clauditur Volumen; nos vero Indicem hunc integrum dare haud supervacaneum existimavimus, ut qui sint editi Sermones, necne, diiudicare per se quisque possit.

I. *De exsistentia & potentia Dei.*
II. *De opulentia Dei.*
III. *De caelo Empireo.*
IV. *De situ ipsius caeli.*
V. *De capacitate ipsius caeli.*
VI. *De principio Angelorum.*
VII. *De Angelorum virtute, & de Cananaea.*
VIII. *De immortalitate Angelorum.*
IX. *De motu Angelorum.*
X. *De numero Angelorum.*
XI. *De gradibus Angelorum.*
XII. *De scientia Angelorum.*
XIII. *De nescientia Angelorum.*
XIV. *De doctrina Angelorum.*
XV. *De eloquentia Angelorum.*
XVI. *De impotentia Angelorum.*
XVII. *De potentia Angelorum.*
XVIII. *De apparitione Angelorum.*
XIX. *De operatione Angelorum.*
XX. *De pugna Angelorum.*
XXI. *De dono gratiae Angelorum.*
XXII. *De pugna bonorum, & malorum Angelorum.*
XXIII. *De gloria bonorum Angelorum.*
XXIV. *De ordine Angelorum.*
XXV. *De officio Angelorum in custodia.*
XXVI. *De officio inferiorum Angelorum.*
XXVII. *De officio secundi ordinis, scilicet Archangelorum.*
XXVIII. *De officio Potestatum & Virtutum.*
XXIX. *De officio supremae Gerarchiae.*
XXX. *De principio peccati Daemonis.*
XXXI. *De conditione peccati Daemonis.*
XXXII. *De poena Daemonum.*
XXXIII. *Qualiter peccatum denudavit eos sapientia, & potentia.*
XXXIV. *De potentia Daemonum.*
XXXV. *Ductus est Iesus in desertum a spiritu.*
XXXVI. *Quum venerit Filius hominis in maiestate.*
XXXVII. *Processus Fidei Christianae.*
XXXVIII. *De merito Fidei.*
XXXIX. *De virtute Fidei ad purificandum.*
XXXX. *Come la Fede è la più certa cosa che sia.*
XLI. *Come la certezza de la Fede se mostra.*

Digitized by Google

XLII. *Come la Fede è approvata, et confermata, et certificata.*
XLIII. *Come se pruova la verità della Fede.*
XLIV. *Come se dichiara la Fede.*
XLV. *Come dovemo credere Idio.*
XLVI. *Mostrasi perchè Idio sia invisibile.*
XLVII. *Come possiamo venire al conoscimento de Dio.*
XLVIII. *La terza via, per la quale possiamo venire al conoscimento de Dio.*
XLIX. *Come non possiamo di Dio nulla sapere, se non per le criature.*
L. *Come Idio à simiglianza con tutte le criature, e come Egli è ogne cosa.*
LI. *Come Idio à tanti nomi, quante sono tutte le criature.*
LII. *Come questi nomi se dicono de Dio, et perchè.*
LIII. *Missus est Gabriel Angelus a Deo.*
LIV. *Come Idio è compimento et fine di tutta la nostra Fede.*
LV. *Come la persona del Padre solamente, è Padre del suo Figliuolo.*
LVI. *Come Idio è uno, et uno conviene che sia.*
LVII. *Come Idio è Padre per altre ragioni.*
LVIII. *Come Idio è Padre per doctrina, et per disciplina.*
LIX. *Come se mostra per vive ragioni che Idio è Omnipotente.*
LX. *Come se mostra la Omnipotenza di Dio, et anche di quello che non puote.*
LXI. *Come le cose invisibili sono cose ottime et perfecte.*
LXII. *Come ce dovemo accendere ad amare le cose invisibili.*
LXIII. *Come in Christo sono due perfecte nature, cioè la divina, et l'umana.*
LXIV. *Come el Figliol di Dio fu generato dal Padre eternalmente.*
LXV. *Del consiglio di Caifas, et come el Figliol di Dio è iguale al Padre.*
LXVI. *De la materia dela Croce.*
LXVII. *Come fu figurata la Croce di Christo in quattro legni del vecchio Testamento.*
LXVIII. *Come la Croce di Christo fu figurata nel palo, dove Moisè pose el serpente.*
LXIX. *Come fu figurata la Croce nel legno amaro, che fece l'acque dolci.*
LXX. *Come chi vuole vedere Christo è mestieri che 'l veggia in sulla Croce.*
LXXI. *Come Christo stese le braccia in sulla Croce in segno di quattro grandi cose.*
LXXII. *Come se contengono dieci cose nella cena, che Christo fece con gli Apostoli.*
LXXIII. *Come la Resurretione è la maggior Pasqua de' Christiani.*
LXXIV. *Come la Resurrettione di Christo fu exemplo della nostra.*
LXXV. *Come dechiara quattro dubbi sopra el Vangelo del Pellegrino.*
LXXVI. *Palpate, et videte.*
LXXVII. *Come Christo volle resuscitare, et perchè.*
LXXVIII. *Come se pruova la surretione di Christo da quattro parti.*
LXXIX. *Come se convengon remuovere quattro defecti chi vuol veder Christo.*
LXXX. *Come de necessità la surretione pur sarà.*
LXXXI. *Come la surretione sarà de terra, et de cenere, et non d'altro.*
LXXXII. *Quum venerit Paraclitus.*
LXXXIII. *Quum venerit ille Spiritus.*
LXXXIV. *Erit magnus coram Domino.*
LXXXV. *Non possum venire.*
LXXXVI. *Cursum consummavi.*
LXXXVII. *Dominus quidem Iesus assumptus est in caelum.*
LXXXVIII. *In laudem Mariae Virginis.*
LXXXIX. *In nativitate eiusdem.*
XC. *In dedicatione S. Michaëlis Archangeli Sermones* IV.
XCI. *De nativitate S. Ioannis Baptistae.*
XCII. *In decollatione eiusdem.*

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. cum titulis Sermonum rubricatis. Constat fol. scriptis 155.

VARIORVM PONTIFICVM CONSTITVTIONES, ET REGVLAE PRO CANCELLARIA APOSTOLICA; NEC NON CONCILII CONSTANTIENSIS QVAEDAM.

*I. pag. 1. Constitutiones Ioannis XXII. circa Curiales & Officia eorumdem. Inc. *Ioannes Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ratio iuris exigit, debitum honestatis exposcit, & pietatis considerantia persuadet, ut in cunctis dirigendis iudiciis &c.* Des. *& quilibet Auditorum & Notariorum ipsorum penes se copiam conservet, & habeat eorumdem. Nulli ergo hominum &c.* Asterisco indicamus eas Constitutiones, quae non reperiuntur in Bullario impresso Romae typis Hier. Mainardi an. MDCCXLI. Tom. III. Part. II. pag. 144. seqq. ubi adferuntur huius Ioannis XXI. dicti XXII., & sequentium Pontificum Bullae. *Cod. CIII.*

* II. pag. 4. Constitutiones Benedicti duodecimi. Inc. *Benedictus Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Decens & necessarium existimavimus, ut patroni caussarum, qui in Romana Curia officium advocationis assumunt &c.* Des. *ac duobus Advocatis dumtaxat pars quaelibet sit contenta, nec plus valeat obtinere. Nulli ergo &c. Datum Avinione* VI. *Kal. Novembris, Pontificatus nostri anno sexto.*

* III. pag. 6. Constitutiones Gregorii XI. Inc. *Gregorius Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Quamvis a felicis recordationis Ioanne XXII. & Benedicto XII. Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris circa Auditores caussarum Palatii Apostolici, ac Patronos, Procuratores &c.* Des. *penes se copiam conservet & habeat eorum-*

rum-

Digitized by Google

rumdem. Nulli ergo &c. Dat. Avinione Kal. Martii, Pontificatus nostri anno primo.

IV. pag. 7. b. Constitutio Domini nostri Martini Papae V. Gebennis edita, & quidem circa Cancellariae Apostolicae Officiales &c. Inc. *Martinus Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In Apostolicae dignitatis specula super gregem Dominicum licet immeriti constituti &c.* Des. *eas in audientia praedicta singulis annis* III. *Kal. Octobris publicari, necnon in libris Cancellariae praedictae scribi & registrari volumus per praesentes. Nulli ergo &c. Dat. Gebennis Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.* Exstat Tom. cit. pag. 428.

* V. pag. 10. b. Constitutio eiusdem contra appellantes ante sententiam a gravaminibus edita Gebennis. Inc. *Martinus &c. Quoniam novissima plerumque renitente licentia sic invenisse videmus &c.* Des. *non obstantibus Constitutionibus Apostolicis & aliis contrariis quibuscumque. Nulli ergo &c. Dat. Gebennis Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.*

VI. pag. 11. b. Constitutio eiusdem, quod quisque exequutor ad exequutionem procedat absque litteris *Vidimus* Praelatorum. Inc. *Martinus &c. Quod antidota nobis, hoc praestare solent statuta negociis.* Des. *nostrae revocationis, cassationis, annullationis, constitutionis, & voluntatis infringere. Dat. Constantiae* II. *Kal. Maii, anno primo.* Ibid. pag. 427.

* VII. pag. ead. Alia eiusdem Constitutio de simonia. Inc. *Martinus &c. Damnabile scelus exsecrandae pravitatis simoniacae exhorruit semper &c.* Des. *si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. Dat. Mantuae* VIII. *Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.*

* VIII. pag. 12. b. Ioannis XXIII. Constitutio sine ullo titulo, sed est in favorem Capellanorum, & Caussarum Palatii Apostolici Auditorum. Inc. *Ioannes Episcopus &c. Rationi congruit, & convenit honestati, ut ea, quae Romani Pontificis providentia processerunt &c.* Des. *nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo &c. Dat. Bononiae* VIII. *Kal. Iunii, Pontificatus nostri anno primo.*

* IX. pag. ead. Alia Martini V. Pontificis Constitutio sine titulo, sed est de praelatione Capellanorum & familiarium, domesticorum &c. Romanae Curiae in Beneficiis Ecclesiasticis. Inc. *Martinus &c. Romanum decet Pontificem singularum indagine solerti perstringere conditiones ac merita personarum.* Des. *uti, ac gaudere posse auctoritate Apostolica praesentium serie declaramus. Nulli ergo &c. Dat. Romae apud Sanctos Apostolos octavo Kal. Iunii anno undecimo.* Tum subiungitur particula alterius Constitutionis, forte eiusdem Martini V. in cuius margine legitur: *Constitutio Pisan. pro possessoribus.*

X. pag. 13. b. Reformationes Curiae, & Officialium eiusdem editae Romae per Dominum nostrum Martinum Papam V. anno eius sexto, mense Martii. Inc. *Romani Pontificis providentia circumspecta nonnumquam gesta per eum rationabilibus honestis suadentibus caussis moderatur.* Des. *alioquin sabbati die audientia teneatur. Nulli ergo &c. Dat. Romae apud Sanctum Petrum.* Ibid. pag. 447.

* XI. pag. 18. Constitutiones Martini V. circa officium Cardinalium, Protonotariorum, Abbreviatorum, Praelatorum, Abbatum &c. Inc. *Sanctissimus Dominus noster Papa Dominus Martinus quintus frequentibus inter suae mentis armarium revolvens studiis &c.* Des. *decernens irritum & inane quidquid in contrarium a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Dat. Romae apud Sanctos Apostolos Idus Aprilis anno octavo.*

XII. pag. 22. Capitula XI. in margine nuncupata *Narbonen.* ad Concilii Constantiensis convocationem pertinentia. Inc. *Capitula sequentia per Serenissimum Dominum Regem Romanorum Concilii Constantiensis, sic per eius obedientiam nuncupati, ab altera parte, & Dominos Ambaxiatores Dominorum Illustrissimorum Regum, & potentum aliorum Dominorum Principum Domini Benedicti Papae XIII. sic etiam per eius obedientiam nuncupati ab altera, pro unione sanctae Dei Ecclesiae consequenda, concordataexstiterunt cum Dei adiutorio, modo infrascripto. Primo quod convocatio fiat per Praelatos, ceterosque viros Ecclesiasticos in dicto Concilio Constantiensi &c.* Des. *firment, & iurent dictis nominibus dictorum Dominorum Regum, & Principum pro se, & successoribus suis tenere, & observare omnia, & singula supradicta.* In Collectione Concilior. Veneta apud Seb. Coleti MDCCXXXI. fol. Tom. XVI. pag. 317.

XIII. p. 24. Decretum Concilii Constantiensis, in quo irritantur, & revocantur privationes, & excommunicationes per Petrum de Luna a certo tempore citra factae. Inc. *Sacrosancta generalis Constantiensis Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, ex certis & iustissimis caussis ad hoc eamdem Synodum moventibus & inducentibus, annullat, irritat, atque cassat, & irritas, nullas, atque cassas esse decernit, & declarat omnes privationes, sive poenas = per Dominum Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum a die nona mensis Novembris anni a Nativitate Domini millesimi quadringentesimi quindecimi citra factas &c.* Des. *per praemissa autem haec sacrosancta Synodus Capitulis Narbonensibus non intendit aliquo modo contravenire.* Ibid. pag. 675.

XIV. pag. 25. Sententia deiectionis Petri de Luna. Inc. *De vultu eius hoc iudicium prodeat, qui sedet in throno, & ex eius ore procedit gladius bis acutus, cuius statera iusta est, & aequa sunt pondera, qui venturus est iudicare vivos & mortuos D. N. I. C. Amen.*

Digitized by Google

Iustus Dominus dilexit aequitatem. Des. *revocat, adnihilat, ceteris poenis, quas in praemissis casibus iura statuunt, semper salvis &c.* Ibid. pag. 680.

XV. pag. 26. Decreta Concilii Constantiensis. Inc. *Frequens generalium Conciliorum celebratio, agri Dominici praecipua cultura est, quae vepres, spinas, & tribulos haeresum, errorum, & schismatum exstirpat &c.* Des. *super hoc edita specialiter in suo robore duratura*. Ibid. pag. 700.

XVI. pag. 28. Alia Decreta eiusdem Concilii, & sunt: *Reformationes generales universalis Ecclesiae factae per sanctissimum in Christo Patrem & Dominum nostrum Dominum Martinum divina providentia Papam quintum de consensu omnium quinque nationum, lectae & publicatae Constantiae in loco solito sessionis, de mandato, & in praesentia ipsius Domini nostri Papae, & eodem approbante Concilio, A. D.* MCCCCXVIII. *die* XV. *Martii, Pontificatus sui anno primo*. Incipiunt a Capite *de Exemptionibus*, & quidem sic: *Attendentes quod a tempore obitus felicis recordationis Gregorii Papae XI. &c.* Des. *Item super omnibus & singulis praemissis Dominus noster summus Pontifex mandet, & fieri faciat praedictae nationi Anglicanae, unam, vel plures, ac tot, quot fuerint requisitae litteras suas bullatas in bona forma, & gratis de mandato*. Tum subiungitur: *Traditae Bernae Lauzenen. dioecesis penultima Maii, Pontificatus Domini nostri Papae anno primo. Io. Constantinopolitanus*. Ibid. pag. 718.

XVII. pag. 38. Regulae datae in Cancellaria per Dominum Ioannem Papam XXII. quae sunt numero XXXVIII. Pag. 40. Regulae XIII. datae per Dominum Benedictum Papam XII. servandae in Cancellaria. Pag. 41. Regulae IV. Domini Clementis Papae VI. Pag. ead. b. Regulae IV. Domini Innocentii Papae VI. Pag. ead. Regulae XLVII. Domini Vrbani Papae V. Pag. 45. b. Regulae LVIII. Domini Gregorii Papae XI. Pag. 50. Regulae Domini Martini Papae V. quae progrediuntur usque ad numerum IC. deinde subsequuntur aliae quamplurimae eiusdem Pontificis Constitutiones ad Officialium Cancellariae Romanae regimen paene omnes pertinentes, quarum argumenta breviter in margine sunt notata.

* XVIII. pag. 78. Constitutio Eugenii IV. Pontificis Maximi, circa reservationes quorumdam Beneficiorum Ecclesiasticorum, & quidem manu diversa exarata, cuius titulus & initium est: *Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Eugenius Papa quartus, divina disponente clementia in sacram Petri Sedem assumptus, ad bene agendum tribuens normam, in crastinum eiusdem assumptionis, videlicet quarto Nonas Martii, anno a Nativitate Domini* MCCCCXXXI. *fecit, constituit, & ordinavit reservationes, constitutiones, & regulas infra scriptas, ab eodem die quarto Nonas Martii vigorosas, validas, & observandas, & suo tempore dumtaxat duraturas; quas ego Blasius, Patriarcha Gradensis Cancellariam S. Romanae Ecclesiae de mandato ipsius Domini nostri gerens, in eadem Cancellaria audientia publica Litterarum contradictarum publicari feci de eodem mandato, ut moris est*. Inc. *In primis fecit similes reservationes illis, quae in Constitutione felicis recordationis Benedicti Papae XII., quae incipit*: Ad regimen &c. Des. *vel in posterum contigerit attentari &c. Placet, & ponatur in Libro Cancellariae. Blasius Gradensis*.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. optime servatus. Constat fol. scriptis 78.

ANONYMI DISPVTATIO DE ANIMAE HVMANAE ESSENTIA.

Cod. CIV.

ANonymi Disputationis per modum Dialogi de animae humanae essentia Pars altera; deest enim prima ob defectum in Codice, in quo perierunt prima triginta folia; incipit enim, ut ex veteri paginarum numeratione patet, a folio 31. Praecedit autem huic secundae Parti Prologus, hoc pacto: *Perdifficilem sane, Illustrissime Hercules, eam quaestionem esse, qua de animorum nostrorum essentia, origineque inquiritur = Quem quidem Librum quum ad te, Illustrissime Hercules, deferendum curem, vereor, ne apud eos, qui consilium nostrum minime norunt, aut stultitiae, aut temeritatis crimen subiturus sim, veluti is, qui, vel & iudicii tui acumen, & eorum, quos tecum habes summam exactissimamque doctrinam parum praeviderim, vel si praeviderim, nimis tamen confidenter nostra haec apud eos iactem, quorum acerrimum iudicium etiam doctissimi reformident. Quis enim nesciat, te quotidie in crebris disputationibus de maximis difficillimisque rebus ita versari, ut nullus paullo gravior in philosophia locus, qui tibi incognitus sit, relinquatur? Nam quid ego nunc viros litteratissimos referam, quos universa Italia multis a te praemiis honestatos novit? quos omnes quum longum sit referre, duos tamen de multis silentio praeterire nullo pacto possum. Auditur enim quotidie Horatius Gyrondus, qui vir, immortalis Deus! quam multa, quam varia doctrina insignis, quam acutus in investigando, quanto consilio in iudicando, quanta vehementia in disputando! Hieronymo vero Castello quid iam eruditius, quid elimatius excogitari potest? qui a teneris annis cum naturae beneficio suffultus, tum multo magis ardentissimo quodam studio erectus, omnium philosophorum familias, omnium rhetorum scholas sectatus, & recte sciendi, & ornate dicendi simul exactissimam rationem adsequutus est. Effecit enim id, quod iamdiu nulli, nostra vero aetate, paucis omnino contigit. Nam quae prisci scriptores coniunctim tradiderunt, deinceps vero, sive*

rei

Digitized by Google

rei difficultate, sive hominum negligentia seorsum tractata sunt, ut & qui in philosophia, & qui in arte dicendi exercerentur, ita quisque suo studio delectatus sit, ut alterum ne attigerit quidem, ea ipse utrumque complectens, & omnia docte sapienterque tenet, & eadem illa copiose & ornate proferre vel eo maxime valet, quod graecis latinisque litteris eruditissimus sit. Non fuit igitur nostrum consilium hos viros, huiuscemodi dicendi genere lacessere, verum quum nostra, qualiacumque ipsa sint, Siculis, & Tarentinis, ut est apud Lucilium, idest minus doctis hominibus scriberemus, tamen a Persio quoque legi, & quidem antea summopere cupimus. Nam si labore industriaque nostra aliis prodesse pro viribus enitimur, videmur hoc ab iis, qui doctiores sunt, humanitatis quodam iure repetere posse, ut si, dum labentes sustinere tento, ipse conruam, vicissim accurrant, manumque porrigentes, me diutius iacere non patiantur. Ego enim is sum, qui quum & probum simul, & non incautum omnino virum me praestare cupiam, alterum me assequuturum existimem, si quidquid in nobis ingenii doctrinaeve est, id liberalissime in commune adferam, alterum autem, si quae non recte teneo, ea potius ingenue addiscere, quam turpiter ignorare velim; non enim alios superare, sed verum invenire contendimus. Quapropter, ut vincere sine animi elatione, sic vinci sine indignatione facile possumus, tantumque aberit, ut iniquo me animo redargui, refellique patiar, ut ultro iam omnes, qui hoc possunt, obsecrem, obtesterque, ut cupienti mihi longe magis, quam valenti verum invenire, opem auxiliumque ferant, hominemque ramum aureum anxie quaerentem; verum, quia latet arbore opaca, & hunc tegit omnis lucus, & obscurae claudunt convallibus umbrae, minime adsequentem, proptereaque per tam densam silvam diutius misere aberrantem, in viam reducant. Qua quidem in re ego mihi numquam deero; nam & recte praecipienti, sine ulla pervicacia obtemperabo, & vires nostras, si quid ipsae per se possint, omni contentione excitabo; multumque nos, ut quod cupimus facilius assequamur, Opus a nobis iam institutum, ni fallor, iuvare poterit, modo id ad exitum perducatur. A quo, ne longius quam oportet oratio nostra evagetur, ad rem revertamur. Quum enim postridie eius diei, in quo superioris Libri est a Carolo habita Disputatio, domum ad illum, vix bene exacto meridie, redissemus, huiuscemodi a nobis exordium sumptum esse memini. Laudatos vidimus in hac Praefatione Horatium Gyrondum, & Hieronymum Castellum. Disputatio inc. *Quam simus hesterna tua disputatione delectati, dici non potest; non modo enim voluptatem maximam capiebamus, quum de essentia, deque origine animorum nostrorum audiebamus; verum spes etiam maxima excitabatur, fore ut reliqua, quae deinceps dicturus esses, essent multo maiora futura. Nam dicam quod, de me quidem scio, de aliis itidem suspicor, quum tu nos hesterna die ex tuis promissis pendentes, cupidiores multo, quam veneramus, dimisisses, ego quidem ita magnitudine eorum, quae acceperam stupidus, ita eorum, quae deinceps accepturus essem, spe erectus, domum reveni, ut dum, aut praeterita dulci quadam recordatione repeto, aut eorum, quae restant incredibili cupiditate inflammor, somnum meis oculis non acceperim. Itaque etsi iam statueram bene impudenter ante praestitutum tempus huc redire, tamen nactus sum, qui hanc meam impudentiam vehementer augerent. Nam non modo omnes hi, quos cernis adolescentes huc sese deducturos significarunt, verum etiam, ut quamprimum venirem, vehementer efflagitarunt. Quamobrem nisi tibi fortasse aliter videtur, nos iam audire cupimus* (lacuna est in Codice) *Mihi quidem isthuc ipsum; nam cum ex iis, quae abeuntibus vobis, hesterna disputatione non abnui, tum maxime ex iis, quae non multo ante adventum vestrum, Paullo Physico summopere a me id contendenti recepi, in eum iam locum devenisse me intelligo, ut nihil ad deliberandum integrum relinquatur. Sed vos iniquius, quam par est, mecum agitis; nam quum heri ita me vobis obsequentem praebuerim, ut nihil ex iis, quae vel scirem, vel ad memoriam redirent, reticuerim, aequior profecto partitio fuerat, si me ab hodierna disputatione immunem, ac plane ociosum reddidissetis, ac tantarum rerum non disputatorem, sed Paulli ipsius, qui haec & rectissime possit, & saepissime consueverit, auditorem esse voluissetis. Verum geratur vobis mos, & quando nihil iam aequum impetrari licet, rem ipsam adgrediamur. Placuit igitur hactenus animorum naturam ita procul a corpore considerare, ut ipsius essentiam simplicem, incommutabilem, sui semper similem exsistentem intelligeremus. Nunc vero, quum iam ipsius in corpore collocatas vires inquirendas susceperimus, alia omnino ratio est adhibenda; vis enim non unica est, sed in plures secta atque divisa &c.* Des. *si ea vi, qua quae dicuntur audimus, careat.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. in fine aliquantum madore corruptus. Constat fol. scriptis 44.

INNOCENTII PAPAE III. EXPOSITIO IN SEPTEM PSALMOS POENITENTIALES &c.

I. pag. 1. TItulus Operis ita habet: *Tractatus Domini Innocentii Papae Tertii de septem Poenitentialibus Psalmis*, qui quoad initium & finem concordat cum illo Codicis XXXII. supra p. 33. Heic tamen praemittitur Prologus, qui inc. *Ne inter curas varias, occupationesque multiplices &c.* Des. *disposui propinare*; ac praeterea Capita varia instar Praeliminarium, quo- *Cod. CV.*

Digitized by Google

quorum tituli sunt: I. *De mysteriis septennarii*; II. *De habitudine horum septem Psalmorum*; III. *De virtute Orationis*; IV. *Quod Deus aliquando adiicit, quod oratio non praesumit*; V. *De iis, quae orationem impediunt*; VI. *De modis orandi*; VII. *De vicibus & horis orandi*. Hoc ultimum tantummodo Caput habetur in dicto Codice XXXII.

II. pag. 47. Collectio similitudinum, comparationum, & aliquorum exemplorum, quae habentur in Epistolis Senecae, & quidem ipsarum Epistolarum ordine servato. Capitibus autem constat LXXIII. quae tamen numeratio manu aliquantum posteriori in margine adiecta est. Inc. *Quod debet quis scire in quibus suum tempus expendat. Simile. Luxuriosus diligens, licet multa male expendat, scit tamen ubi, & quomodo. Epist.* I. *Ita fac.* Des. *collectae autem sunt principaliter ad utilitatem praedicantium; est enim efficax persuasio, quae fit per similitudines; licitum autem erit unicuique addere, siquid defuerit, & corrigere, vel emendare, siquid in his erratum fuerit.* Tum subiicitur Index dictionum, quae eiusmodi similitudinibus argumentum praebent, ordine alphabetico dispositus.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. maiori Saec. XIII. quoad Tractatum tantum Innocentii III. binis columnis exaratus, optimeque servatus. Constat fol. scriptis 88.

OVIDIVS DE ARTE AMANDI ITALICE VERSVS.

Cod. CVI. POvidii de Arte amandi Librorum III. Italica versio, in quorum fine legitur: *Finito ellibro del piacevole dottore Ovidio, al quale elli puose nome il Libro dell' arte damore, nel quale elli amaestra in prima gluomini, et poi le femmine di saviamente amare, et in questo medesimo insegna agluomini di ritenere l' amore acquistato delle femmine.* Quoad initium & finem concordat huiusmodi versio cum illa Codicis XXXVI. Plutei XLI. Biblioth. Laurent. Catalogi nostri Tom. V. pag. 154. §. III. ubi Andreae Lanceae filio tribuitur. In hoc autem deest primum folium, Praefationis partem continens. In pag. 9. b. & pag. 10. quae vacuae relictae erant, scriptae sunt Cantiones quaedam lingua Provinciali, quarum prima titulum habet: *Diffinitio Amoris edita a Magistro Iohanne Anglicho in Libro Ramantum rose.* Inc. *Amors est haine amoreuse &c.* Alia inscribitur: *Notabilia... dicti Magistri in dicto tesoro composita & versus doctrinae eiusdem.* Inc. *Totes estes series confuses.* Aliae sunt anepigraphae. Nonnulli versus item Gallici occurrunt etiam in ultimo folio. Est autem totus Codex scholiis marginalibus refertus.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. in cuius calce leguntur varia nomina possessorum, scilicet *Matteo de Cerretani, e Niccolaio Pucci*, pluribus in locis, ac praecipue in principio valde corruptus. Constat fol. scriptis 28.

VARIORVM OPERA IVRIDICA.

Cod. CVII. COntinet hoc Volumen variorum Iurisconsultorum Scripta in iure tam Canonico, quam Civili, quorum pars titulum vel *Repetitionum*, vel *Recollectarum* praesefert. Singulorum vero argumenta, & initia, quum multiplicis sint generis, referre supersedentes, auctorum tantummodo nomina, quae in ipsorum vel initio, vel fine scripta sunt, alphabetico ordine recensebimus, qui sunt:

Albertus Pap. (forte Papiensis) pag. 9.

Angelus de Perusio (qui & Angelus de Vbaldis de Perusio) pag. 7. b. ubi subscriptio ista legitur: *Disputatio Domini Angeli de Perusio, sub quo Iacobus de Camplo respondit sub anno Domini* MLXXXXII. (corrige MCCCLXXXXII.) *die secunda mensis Novembris ad laudem Dei, omniumque Sanctorum.* Pag. 12. b. ubi alia eiusdem Angeli subscriptio occurrit, valde illa quidem intricata, quae ita habet: *Repetitus fuit hic... per me Angelum de Vbaldis de Perusio Legum Doctorem, sedem extraordinariam Iuris Civilis regentem in felici Studio Bononiensi in Auditorio meo sub annis Domini* MCCCLXXXII. (forte legendum MCCCLXXXXII.) *die decimanona mensis Octobris, quo mense Bonifacius Papa IX. intravit Perusium, adeptus plenum & totale dominium in temporalibus Civitatis praedictae, & totius eius territorii & districtus &c.* Pag. 13. 17. 21. b. & 90.

Bartolus de Saxoferrato pag. 320.

Dionysius Nicolai de Barisianis p. 123. & 220. ubi legitur: *In nomine Domini nostri Iesu Christi, & beatae Virginis Mariae, necnon totius caelestis Curiae anno Domini* MCCCCXXV. *die quinta mensis Novembris incipiunt Recollectae famosissimi, & utriusque iuris Doctoris Domini Dionysii Nicolai de Barisianis de Perusio sub secunda Parte Digesti veteris, scriptae per me Paulum Iohannis Thomae de Boscis de Cortonio, non primo incepit propter praedicationes Fratris Bernardini de Senis, sacri Ordinis Minorum, qui tunc praedicaverat Perusii anno supradicto.*

Ludovicus Pontanus pag. 111. b. ubi eiusmodi subscriptio occurrit: *Et haec hactenus loco cuiusdam repetitionis scholarum perfectae & lectae prima die vacationum carnisprivii per egregium utriusque iuris Doctorem Dominum Lodovicum Pontanum de Vrbe in Civitate Florentiae* MCCCCXXIX. & pag. 121.

Marsilius pag. 40. b.

Richardus de Arena pag. 36. b.

Richardus de Saliceto pag. 24.

Signorolus pag. 39.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec.

Digitized by Google

Saec. XIV. & XV. variis manibus exaratus, & in primis foliis valde madore corruptus, & evanidus. Constat foliis scriptis 376.

CONFESSIO FIDEI SEPTEM DIVERSIS LINGVIS EXPRESSA.

Cod. CVIII.

IN summo margine primae paginae scriptum legitur: *Haec scripta sunt in Concilio celebrato Florentiae an. D.* MCCCCXXXIX. *sub Eugenio* IV. Continet autem Confessionem Fidei in duodecim Articulos distributam, eamque septem linguis expressam hoc ordine, scilicet Hebraica, Chaldaea, Armenica, Tartarica, Arabica, Latina, & Graeca. Habentur autem praedicti Articuli duodecim, primum omnes coniunctim exarati in primis duobus foliis; ac deinde a pag. 3. b. usque ad pag. 9. seiunctim singulis paginis iterum repetiti; tandem a pag. 10. b. usque ad finem recurrit eadem Confessio Fidei linguis tantum Chaldaea, & Armenica, primum coniunctim, ac deinde in singulos articulos, singulis paginis distributa.

Codex partim membranaceus, partim bombycinus MS. in fol. Saec. XV. septem linguis exaratus. Constat fol. scriptis 17.

ANONYMI DE ANIMALIBVS, ET DE LAPIDIBVS LIBRI.

Cod. CIX.

CONtinet Codex Tractatus, seu Libros IV. quorum primus agit de Avibus, secundus de Quadrupedibus, tertius de Piscibus, & quartus de Lapidibus, ubi singulorum ex istis quatuor generibus proprietates, ac moralitates enarrantur. Videntur autem ex variis auctoribus, ac praecipue ex magno S. Isidori Etymologiarum Opere excerpti, qui ad singula fere Capita citatur hisce verbis, *ut dicit Isidorus. &c.*

I. pag. 1. Primus Liber inscribitur: de proprietatibus animalium, tam avium, quam bestiarum (*intellige* volatilium) & primo de proprietatibus Aquilae. Inc. *Aquila has conditiones, seu proprietates habet sive invenitur habere. Primo, ut dicit Isidorus, & Plinius, velut regina inter volucres obtinet principatum &c.* Desinit in Vespertilione, & in verbis: *oppilat enim poros, quibus oppilatis non recrescunt pili. Significat &c.* Tum repetitur titulus: *Explicit Liber, sive Tractatus de proprietatibus avium, & earum moralitatibus. Deo gratias. Amen*: quod fit etiam in sequentibus Libris. Tam in hoc, quam in sequenti Libro servatur ordo alphabeticus.

II. pag. 17. Liber, sive Tractatus de proprietatibus animalium (*intellige* terrestrium) & eorum moralitatibus. Inc. 1. *Aries est animal laniferum*, 2. *est animal animo placidum*; 3. *ut dicit Isidorus, est animal mansuetum. Sic Praelatus debet esse mitis & lenis &c.* Desinit in Vipera, cuius postrema verba sunt: *non omne quod sanat oculum, sanat calcaneum.*

III. pag. 40. Liber de naturis & proprietatibus Piscium, & proprietatibus (*corrige* moralitatibus) eorum. Inc. *Primo enim loco, ut dicit Isidorus Lib. XII. similiter & Basilius, & Ambrosius in Hexameron, invenitur in mari piscis quidam, qui vocatur Cetus, sive Balena &c.* Desinit in Pisce, qui dicitur *Ysio*, & in verbis: *iuxta formam Apostoli 2. Cor. x. arma militiae nostrae sunt potentia Dei.*

IV. pag. 46. b. Liber Lapidarii, in quo tractatur de pretiosis lapidibus, & de proprietatibus eorum, & primo de lapide Iaspide. Inc. *Iaspis, qui lapis pretiosus est primus in fundamento novae Civitatis Ierusalem caelestis &c.* Desinit in lapide Magnete, cuius ultima verba sunt: *Significat iste lapis magnos & Deos.* Clauditur Tractatus una cum Codice hac subscriptione: *Explicit Liber Lapidarii sancti Isidori cum proprietatibus, & moralitatibus, & virtutibus ipsorum. Deo gratias.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XIII. binis columnis exaratus, cum iconibus singulorum animalium in litteris Capitum initialibus non inelegantter delineatis. Constat fol. scriptis 54.

HIPPOCRATIS, ANTONII MVSAE, ET APVLEII QVAEDAM MEDICA.

Cod. CX.

I. pag. 1. HIppocratis Epistola ad Maecenatem. Ita inscribitur: *Lettera d' Ippocras a Macienato.* Inc. *Io Ipocrate mando salute a te Macenato. Sappia chio ti mandai lo Libro, del quale tue me pregasti, guardiano ordinato a la tua santade, el quale tu debbia raguardare ec.* Des. *usa queste cose, passerai sano tutto lo tempo della etade tua, et non abbisognerai de' Medici. Compiesi lapistola d' Ipocrate a Macenato.* Habes Latinam in Codice XLI. Plutei LXXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi nostri Tom. III. pag. 78. §. V.

II. pag. 2. b. Antonii Musae Libellus de herba Betonica ad M. Agrippam, praevia ad ipsum Epistola, quae inc. *Antonio Musa dagrippa al grande Cesare Augusto salute. Avarai teco questo mio sperimento ordenato de tutti gli amaestramenti de' Medici ec.* Des. *et quando vorrai, usarai come tu saperai.* Tum sequuntur virtutes herbae Betonicae n. XLVI. ad varios morbos curandos. Latine exstat loc. cit. pag. ead. §. VIII.

III. pag. 3. b. Apuleii Platonici Herbarium, cui titulus: *Saltro dell' Erbe dapula plaruncho, lo quale tolse da Ghirone Cientauro e da Scholapio, e l' enfertadi, che corrono negli uomini, et sono in novero di* XLVI. Prima herba est *Plantago*, & ita inc. *Nomi del erba Petacciola. Da' Greci è detta Arnoglossa, altri dicono Erimon, altri Probation, altri Cinoglossa ec.* Vltima est herba *Cirrios*, & de-

Digitized by Google

desinit in verbis: *le foglie col seme trite et peste cura le cotture*. Item Latine loc. cit. pag. 79. §. IX. ubi tamen Apuleii praemittitur Epistola ad Cives suos, quae in hoc desideratur. Post Herbarium praedictum, quod clauditur verbis, *Dio nabbia gratie Amen*, sequuntur quaedam paucae unguentorum confectiones, partim eiusdem antiquae manus, partim recentioris, in quibus nominantur Magister Anselmus de Ianua, Magister Arrigus Decadonius, Regis Franciae Chirurgus &c. Notavi obiter in hoc eodem Codice nomina Italica herbarum, & morborum quorumdam, videlicet:

Petacciola.	*Plantago.*
Vermenaca.	*Verbena.*
Dente Cavallino.	*Hyosciamus.*
Matricale.	*Artemisia.*
Pane terreno, o porcino.	*Cyclamen.*
Sanguinaria.	*Polygonum.*
Starloggio.	*Aristolachia.*
Agretto.	*Nasturtium.*
Calamandrea.	*Chamaedrys.*
Potentia.	*Brittannica.*
Romice.	*Prosapes.*
Lingua buona.	*Buglossa.*
Cipolla squilla.	*Scilla.*
Gallitrico.	
Vittorella.	*Laurus Alexandrina.*
Erba conferma.	*Symphytum.*
Cienerognola.	*Chelidonium.*
Crescione.	*Sencio.*
Ghiaggiolo.	*Iris.*
Vetriuola.	*Parietaria.*
Marcorella.	*Mercurialis.*
Savina.	*Sabina.*
Mentastro.	*Calamento.*
Ebio.	*Ebulus.*
Nepitella.	
Pastricciano.	
Lingua canina.	*Arnoglossa.*
Orbache dell' Ellera.	*Coccole d' Ellera.*
Mal maestro.	*Epilepsia.*
Morso di Ragnolo.	*Puntura di Ragno.*
A lividori.	*Contusioni.*
Porcellana.	*Portulaca.*
Cerfoglio.	*Chaerophyllum.*
Tortomaglio.	*Tithymalus.*
Aromper nascienze.	*Ascessi.*
Petrosemolo.	*Petroselinum.*
Pilenseticii.	*Epilettici.*

Receptae diversorum medicamentorum, videlicet: *Vnguento del Maestro Anselmo da Genova ec.* Inter alias formulas medicas adnotavi sequentes:

I. *Togli argento vivo, aloe paticho, et sale giemmo di catuno onc.* ½ *olio laurino quarta* I., *fanne unguento et ugni i polsi presso alle mani, et la fossicella lungo la gola, contra scabbia.*

II. *Pillole a fare venire sonno. Tolli amido oncie* I. *gruogo dramme* IV. *oppio dramma* I. *distempera con acqua piovana, e fanne pillole.*

III. *Contra gotta arterica del Maestro Arrigo de Cadonio Cirurgico del Re di Francia; togli nanaioni di primavera colle barbe, pestinsi forte ec.*

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum titulis rubricatis, in cuius primo folio, quod pro custodia Codicis, ut aiunt, inservit, adscriptum legitur: *Hic est Liber mei Francisci Iacobi Bardi Linaiuoli in via Maggi. Al presente abita nella Via de Bardi.* Constat fol. scriptis 25.

PRECES CVM PSALMIS HEBRAICE.

Cod. CXI.

PReces totius anni cum Psalmis & sectionibus Biblicis occurrentibus, ac praeterea Libro Esther, Cantico Canticorum, Pirckè avòth, Libro Ruth. Additur supra, & infra paginas integrum Psalterium.

Codex membranaceus MS. Hebraicus in 4. Saec. XIII. charactere quadrato Hispanico. Constat fol. scriptis 433.

VITA SANCTI FRANCISCI.

Cod. CXII.

I. pag. 1. *LEggienda del beato Messer sancto Franciescho d' Asciesi*, cum Prologo, ut in Codice CIII. Plut. LXXXIX. super. Biblioth. Gaddianae, Catalogi nostri Tom. V. pag. 336. ubi habetur sub nomine S. Bonaventurae; sed finis ab illo diversus ita habet: *chiaro appare che lo Spirito Santo abitava in lui.*

II. pag. 43. b. De eiusdem S. Francisci Miraculis, & Stigmatibus Historia, cuius initium & finis concordat cum illa, quae habetur in Codice CIV. eiusdem Plutei LXXXIX. super. loc. cit. pag. 336. §. I. Sed in hoc, quo de agimus, multo uberior est, nam inserta heic sunt etiam illa omnia, quae in dicto Codice enunciantur §. II. Capitula autem, quibus constat sunt CXXI. ubi notandum identidem occurrere figuras partim coloratas, partim tantummodo delineatas, quibus exhibentur tam ipsius S. Francisci, quam eius sociorum gesta varia, quae in historia enarrantur; praeterea in fine incuria bibliopegi male compactus est Codex, & ad calcem Capitis XCIII. legitur: *Quì finiscie la Storia come sancto Franciescho ebbe la indugentia di pena e di cholpa da Gesù* X^{po}, *e dal Papa. Compiuto a dì* XVIIII. *del mese di Dicienbre* MCCCCXXVII. *O tu che leggi priegha Iddio che mi perdoni, e che io servi a lui.*

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum titulis singulorum Capitum rubricatis, imagine S. Francisci in Cathedra sedentis, & Regulam suam viris & mulieribus ex utraque parte genuflexis exhibentis, Operi praemissa, & nomine possessoris in primo folio, quod pro custodia Codicis inservit, ubi legitur: *Questo Libro è delle*

Digitized by Google

delle donne di sancto Nofri dell' Ordine di sancto Francesco decto Fuligno. Deo gratias. Constat fol. scriptis 185.

ORIGENIS, S. GREGORII NAZIAZENI, ET S. BASILII OPERA QVAEDAM.

Cod. CXIII.

I. pag. 1. EXpositio Cantici Canticorum Origenis Presbyteri secundum traductionem Ruffini, in tres Libros divisa, cum Prologo, qui inc. *Epithalamium Libellus hic, idest nuptiale carmen &c.* Des. *videamus ergo iam etiam quae sequuntur.* Liber I. inc. *Osculetur me osculo oris sui. Meminisse forte illud debemus &c.* Liber III. des. *& anima tunc proficiet in virtutibus, & florebit in fide.* Exstat etiam in Codice XXXII. Plutei XVII. Biblioth. Laurent. ut videre est in nostro Catalogo Tom. I. pag. 358. §. II. sed mutila in fine.

II. pag. 39. Sancti Gregorii Nazianzeni Orationes VIII. ex versione Ruffini Presbyteri, cuius praecedit Prooemium. Orationes sunt, I. pag. cit. *Apologeticus*, II. pag. 51. *De Epiphaniis, sive Natale Domini*, III. pag. 54. *De Luminaribus*, IV. pag. 57. *De adventu Spiritus Sancti*, V. pag. 61. *In semetipso de agro reversus*, VI. pag. 64. *Ad Imperatorem*, VII. pag. 66. *De reconciliatione Monachi.* VIII. pag. 69. b. *De grandinis vastatione, quum Pater Episcopus reticeret.* Exstant omnes una cum Prologo in Cod. XXXI. Plutei XVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. cit. pag. 355. a §. I. usque ad §. VIII. inclusive, cum quo omnia quoad initium & finem concordant.

III. pag. 71. Liber sancti Basilii Caesariensis Episcopi ad Letoium Melitensem Episcopum de vera integritate virginitatis, ex versione Ambrosii Monachi Camaldulensis. Inc. *Quum plurimi ex iis, qui immortalem sponsum nostrum familiarius ambiunt, quosque ad considerationem verae honestatis caelestis vulneravit amor &c.* Des. *proposito certantibus praemio, immortalitatisque corona digni inveniamur, per Iesum Christum &c.* Haec Ambrosii Traversarii versio teste Fabricio in Biblioth. Graec. Tom. VIII. p. 77. prodiit Venetiis MDXXX. 8.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. exeuntis, caeno & aquis pluvialibus maculatus. Constat fol. scriptis 96.

LEONARDI ARRETINI VITAE DANTIS, ET PETRARCHAE, IOANNIS CELLENSIS EPISTOLAE, ET ALIA.

Cod. CXIV.

I. pag. 1. VIta Dantis a Leonardo Arretino Italice conscripta, ut in Codice V. Plut. XL. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. V. pag. 21. §. III.

II. pag. 9. Vita Francisci Petrarchae, auctore eodem Arretino, ut in Codice XLI. eiusdem Plut. loc. cit. pag. 43. §. III.

III. pag. 13. *Epistola mandata da Messer Francesco Petrarca a Messer Niccola Acciaioli Gran Siniscalco del Regno per la Coronazione del Re Luigi.* Inc. *Nellultimo, o huomo famosissimo, la fede à vincta la perfidia, la largità à vincta l'avaritia.* Des. *volerà alle sedie del Cielo. Vale honore della Patria et di noi. Amen.*

IV. pag. 20. *Epistola di santo Bernardo mandata a Messer Ramondo del Castello di santo Ambrosio*, ut in Codice X. Plutei XLII. loc. cit. pag. 178. §. XXXI.

V. pag. 22. b. B. Ioannis Cellensis Vallisumbrosae Monachi Epistolae XVII. ad diversos, Magistri Aloysii Marsilii Augustiniani Epistolae VI. ad Guidonem Domini Thomae; & una Domini Guidonis ad B. Ioannem Cellensem, eodem ordine quo habentur in Codice VI. Plutei XXVII. loc. cit. pag. 5. §. VI. Heic quoque habentur inserta pag. 42. b. & 43. Francisci Petrarchae Italica Epigrammata tria contra Romanam Curiam, ut ibid. pag. 6. §. VII. ac tandem notitia de obitu dicti Ioannis Cellensis, ut ibid. §. VIII.

VI. pag. 53. *Canzone morale di Messer Lionardo d' Arezzo.* Inc.

Longa quistion fu già tra' vecchi saggi &c. Habes in Codice XLI. Plut. XLI. loc. cit. pag. 161. §. VIII.

VII. pag. 56. *Epistola mandata da Marco Tulio Cicerone ad Quinto Cicerone suo fratello stato Perconsolo d' Asia due anni, essendovi chontro ad sa volontà eletto e rifermò lo terzo anno.* Quoad initium & finem concordat cum versione, quam exhibet Codex XXVI. Plutei XLIII. loc. cit. pag. 221. §. I.

VIII. pag. 68. Fragmentum Orationis ita inscriptae: *Sermone facto per Messer Lionardo d' Arezzo al Magnifico Capitano Nicholò da Tolentino Capitano di guerra del Comune di Firenze, quando ricevette il bastone in su la ringhiera de' Signori la mattina di santo Giovanni Batista l' anno mille quattrocento trentatre.* Integram habes in Codice X. Plutei XLII. loc. cit. pag. 175. §. V. sub titulo aliquantum diverso.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. in fine mutilus. Constat fol. scriptis 68.

ANONYMI MANIPVLVS FLORVM, ORIGENIS, ET S. PETRI DAMIANI QVAEDAM ITALICE &c.

Cod. CXV.

I. pag. 1. NArratio apocrypha de morte & passione Domini nostri Iesu Christi secundum quod *historiatus est Nicodemus* (sic). Inc. *Factum est autem in anno decimonono Imperatoris Tiberii Caesaris Romanorum, & Herodis filii Herodis Regis Galilaeae &c.* Des. *respondentes milites dixerunt: si Ioseph ab Arimathia est, & Iesus in Galilaea est.*

II. pag. 4. b. Oratio pulcherrima, ac devo-

Digitized by Google

votissima in honorem & laudem beatissimae Virginis Mariae. Inc. *Ave Virgo sacratissima, incomparabilis, excellentissima, Regina caelorum &c* Des. *per illum deprecor te, quem nobis genuisti, & intacta nutristi, quae cum Patre, & Filio, & Spiritu Sancto vivis & regnas, pulcherrimum decus, per omnia saecula saeculorum. Amen.*

III. pag. 5. Liber sine titulo, sed ille est, qui in aliis Codicibus inscribitur *Libro di Fiore di Virtù*, cum brevi Prologo. Concordant omnia quoad initium, & finem cum Codice LXIII. Plutei LXXVI. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. V. pag. 295. §. I. Dictio vero valde curiosa est; ita enim incipit: *Ho fato como coluy che in uno grandissimo prato de fiore che elleze tuta la zima de fiori per fare una bella girlanda. Perzò voio che questo mio piccolo lavoriero abia nome Fiore de Virtù e de costumi; e se alcuno deffecto ne fosse, chio son certo che si serà, la discretione de qui che lezerà si mende, che de fina mo io mettegno alla soa corretione, e lasso el mio fallo &c.* Scatet autem figuris ferme in singulis paginis, quae singularum rerum argumenta, quibus de agitur, symbolice sub oculos ponunt.

IV. pag. 40. Opus morale item sine titulo. Inc. *Se tu voy avere bona vita en questo mondo, convente partire dai dollorosi pensieri, e stare cum l' anemo alliegro, perche el stao de l' omo secondo lanimo e zudega, e no te vallerave niente a essere en bono stao, se l' animo to no sen contentasse, e percoe si ne amonisse. Senecca dixe: descaza da l' anema toa ogni tristeza e dollori, e de le toe adversitae tosto te sappi consollare &c.* Mutilum est in fine ob defectum unius folii inter p. 43. & 44. desinit autem in verbis: *Sirach dixe: le dolze parolle multiplica i servixii, e mittiga ge inimixi. Ancora la cythara el psalterio fa assay soavi soni.....*

V. pag. 44. Fragmentum Opusculi versibus conscripti, licet adinstar solutae orationis exaratum sit, in quo agitur de septem Vitiis Capitalibus, auctore, ut ex subscriptione eruitur, Fr. Thoma de Gozadinis. Incipit a verbis:

E vivo cum paura, e commallicia,
Nè lemosena fo, nè Dio regracio,
De odi se me vendo, o se io strazo,
Chio moro de fame, et o deloro divicia ec.

Des.

Or così vac tal ebe buoi duxento,
Chi solo de duy parebe agual contento.

Tum subiungitur nomen scriptoris hoc pacto:

Laus tibi semper facit, Christe, Christe, Christe,
Chunradus detunicus quoniam liber explicit iste.

ac tandem auctoris, nimirum: *Explicit Liber Fratris Thomae de Gozadinis de Bononia Ordinis sancti Benedicti. Deo gratias.*

VI. pag. 45. b. Anonymi Explanatio Orationis Dominicae. Inc. *Pater noster qui es in caelis &c. In hoc sermone praemittuntur septem virtutes, quae & beatitudines dicuntur &c.* Des. *per quas virtutes, miserante Deo, perducitur homo ad vitam aeternam. Amen.*

VII. pag. 46. b. Monita patris ad filium ad vitam recte instituendam versibus Elegis in forma Dialogi inter patrem & filium. Praecedit quidam Prologus, qui ita inc.

Surrexisse patet vitiorum viscera flammas
Vrentes hominum quae mala corda fovent.

Des.

Si tamquam stolidus forsan neglexeris ipsa,
Culpa mei, fili, non erit, immo tui.

Monita incipiunt:

Corde timere Deum sapientia prima videtur,
Mandatisque suis flectere colla sacris.

Des.

Sic inimicitiae, lites, & praelia, rixae,
Omnia nascuntur de muliere mala.

Quibus subditur responsio filii.

Tunc puer admirans subito post talia dicta,
Obstupuit, patri sic ait atque suo.

Videtur aliquid deesse. Huius autem Carminis unum folium, ob Codicem male compactum, insertum est post primum folium sequentis Operis.

VIII. pag. 53. Catechesis Christiana in forma Dialogi inter Magistrum & Discipulum, in principio, & in fine mutila. Primum Caput integrum ita inc. *D. Bel maistro dimelo più apertamente, che io l' ontenda meglo. M. In primamente fe lo nostro Segnore uno molto bello pallaxio, lo quale è apellado lo regno del cielo, e apresso si fe questo mondo, e fe dentro lonferno; ma quello pallaxio si fe per metere entro tuti li suoi amici, e per tenerli collui maisempre, e questo numero vol fare d' angeli, ed omini, e volse che fosse de numero de nove; e lonferno fe per metervi tuti i suoi enemixi; & poy chi li entra non nesce zamai.* Des. *la seguritate chave Elia & Enoc si serave la mazore dolo che mai fosse a par la seguritade che à l' anima biada che lae segura, sichè quello bene e quella segurtate....* Agitur autem in hoc Dialogo de praecipuis Christianae Fidei Articulis &c.

IX. pag. 74. Homilia Origenis in Evangelium S. Ioannis, quod legitur in Dominica Resurrectionis, in Italicam linguam translata a Fr. Zenobio de Guasconibus Ordinis Praedicatorum, ut in Codice XXVI. Plutei LXI. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. V. pag. 254. §. VI.

X. pag. 78. *La vita, e la fine di santo Ieronimo Doctore e Confessore mirabile.* Inc. *Gieronymo fue figluolo d' Eusebio nobile huomo, e naque d'uno Chastello chessi chiamava Stridone, el quale è ne' chonfini tra Dalmazia e Pannonia.* Des. *e le dubbie bene aperse, e bene espuose. A lalde e groria di Dio e di santo Ieronimo. Amen.*

XI. pag. 80. *Epistola di santo Piero Damiano del dì della morte.* Inc. *Egli è da pen-*

Digitized by Google

pensare, quando l'anima peccatrice si comincia a sciogliere dallo leghame della charne, di quanta amara paura è dibattuta. Des. *e solamente guardare, senza manchare may la intenzione di questa perfezione. Deo gratias. Amen.*

XII. pag. ead. b. Brevis ac devota Oratio ad Dominum Iesum Christum.

Codex chartaceus MS. partim Italicus, & partim Latinus, in fol. min. Saec. partim XIV. partim XV. diversis manibus exaratus. Constat fol. scriptis 80.

THOMAE CAPVANI SVMMA DICTAMINIS &c.

Cod. CXVI. I. pag. 1. ARs Dictaminis composita quondam a Domino Thoma de Capua olim sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, seu, ut aliter inscribitur, Dictator Epistolaris, ut in Codice XIII. Plutei XXXVI. partis dextrae Biblioth. sanctae Crucis, Catalogi Tom. IV. pag. 719. ubi tamen in fine desunt nonnulla.

II. pag. 71. Inter alia Epistolarum Exempla, quae a pag. 70. ubi desinebat Opus praedictum, usque ad finem Codicis progrediuntur, habetur pag. 72. *Liber Figurarum*. Post brevem Prologum, qui ita habet: *Fungum fungariae producentis rudes cum aviditate suscipite, & quod vobis est utile, avide assumatis; nam licet fungus in cortice prae nimia dulcedine videatur insipidus, tamen medullitus degustatus confert suavitatem odoris, & fructum affert salutiferum degustanti*; Liber inc. *Figura est impropria iunctura dictionum, caussa rationabili excusata, vel Figura est vitium cum ratione excusatum*. Desinit in hisce tribus versiculis: *Prothesis apponit capud, auferesisque rescindit, Syncopa de medio tollit, quod epenthesis auget, Aufert apocopa finem, quem dat paragoge.* Epistolae autem, quas in percurrendo Codice obiter observavimus, compositae fuerunt per eumdem Thomam Capuanum de diversis negotiis, quae sibi pro tempore occurrebant, inter quas notatu digniores mihi visae sunt hae.

I. pag. 15. Epistola, cuius argumentum est: *Heic arguens Dominus Papa Fredericum Imperatorem de oppressione inlata per eum Ecclesiis, & variis personis Ecclesiasticis, inducit eum ad condignam retributionem beneficiorum, & quod desistat ab huius persequutione, & a gravamine inferendo Ecclesiae.* Inc. *Miranda tuis sensibus nostra venit epistola, uti scripsisti, sed mirabilior tua nostris.* Des. *quem multo sudore fovit impuberem, multaque sollicitudine promovit adultum.*

II. pag. 70. Littera missa per Graecos Romano Pontifici, & Cardinalibus. Inc. *Superbiam vestram tolerare non possumus.* Des. *& ideo vivite per vos.*

III. pag. ead. Adolphi Romanorum Regis semper Augusti magnifico Principi Philippo Francorum Regi Epistola, qua ei bellum indicit. Inc. *Quia tam per progenitores vestros, quam per vos.* Des. *contra vos vires nostrae potentiae exercere.*

IV. pag. ead. b. Philippi Dei gratia Francorum, & Navarrae Regis Epistola ad Seneschallum Ruchen. vel eius Locumtenentem, ut leprosos, qui puteos, & fontes Seneschalliae suae veneno inficere ausi fuerant, debitis suppliciis plectat. Inc. *Nonnulli Barones.* Des. *datum* XVIII. *die Augusti anno Domini* MCCCX.

V. pag. 73. Clementis Sexti Pontificis Maximi Epistolae quaedam, videlicet:

Ad Mariam Reginam Castellae. Inc. *Auditui nostro innotuit his diebus.* Des. *Dat. Avinione II. id. Decembr. Pont. nostri anno XV.*

Ad Petrum Presb. Card. Inc. *Multiplicium sufficientia meritorum.* Des. *& eisdem fratribus vacaturus.*

Ad Philippum Regem Franciae Epistolae tres.

Prima inc. *Sacrosanctae Ro. Ecclesiae Presbyteri Cardinales.* Des. *commendamus, intimamus.*

Secunda inc. *Quia frustra de fine redditur anxius.* Des. *Dei servicium servaretur. Dat. Id. Aprilis anno XVI.*

Tertia inc. *Nos circumspectionem non ambigimus Regiam.* Des. *& protegat ab adversis.*

Venerabili Fratri Bertrando Episcopo Hostiensi, Apostolicae Sedis Legato. Inc. *Super mutatione Curiae.* Des. *procedere destinamus.*

Dilectis filiis Generali, & Provincialibus, Prioribus, aliisque Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini congregandis in instanti generali Capitulo apud Venetos celebrando. Inc. *Paternis desiderantes affectibus.* Des. *pertingere mereamur.*

Dilectis filiis Regiminibus, & Communi Civitatis Bononiensis, Ecclesiae Romanae fidelibus & devotis. Inc. *Tenet nostra memoria.* Des. *& permittit renes suos a lupo usque ad pulmonem devorari.*

Vniversis Christifidelibus pretioso Sanguine D. N. I C. emptis & redemptis, ac nobili & venerabili viro Domino & amico, si placet, sibi charissimo, Viviano de Monte Alto, Canonico Ruthenensi & Aniciensi. Inc. *Pacem & concordiam.* Des. *faciatis eius voluntatem. Amen.*

VI. pag. 80. b. Treguae factae inter Regem Franciae, & Regem Angliae. Inc. *Vniversis praesentes litteras inspecturis. Nos misericordia divina P. Pen. sanctae Rom. Eccles. Vicecancell. & Anibaldus Tusculanus Episcopi, Apostolicae Sedis Nuncii, notum facimus per praesentes, quod nuper a sanctissimo Patre Domino nostro Domino Clemente divina providentia Papa VI. ad Franciae, & Angliae Regna pro reformanda pace & concordia.* Des. *ac aliorum multitudine copiosa.*

Digitized by Google

VII. pag. 81. b. Tenor litterarum, quas Rex Angliae transmisit Domino Papae. Inc. *Pensata Sedis Apostolicae clementia*. Des. *prospera & longaeva. Datum apud Sesten. vices. die Septembris anno Regni nostri Franciae quarto, Regni vero nostri Angliae decimoseptimo.*

VIII. pag. 82. Sanctissimo in Christo Patri & Domino suo Clementi &c. Ludovicus Dei gratia Roman. Rex semper Aug. &c. devota pedum post oscula beatorum. Inc. *Sanctitati vestrae nobis quamplurimum venerandae notum fieri cupimus*. Des. *fidem adhibere dignetur eidem creditivam. Datum in Oppido nostro Landeshuc* XX. *die Septembris*.

IX. pag. ead. b. Eiusdem Ludovici Romanor. Regis Epistola Venerabilibus in Christo Patribus, & Dominis Cardinalibus, totique Collegio eorumdem. Inc. *Voluntatem benivolam in omnibus complacendi*. Des. *& sibi in omnibus humiliter obedire. Datum in Oppido nostro De Landeshuc die sabbati quatuor temporum*.

X. pag. 83. Clementis Papae VI. Bulla, qua Templariorum Ordinem proscribit. Inc. *Clemens Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Vox in excelso audita est*. Des. *indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Paulli Apostolorum omnis se noverit incursurum. Datum Viennae &c.*

XI. pag. 86. b. Instrumentum, quo Vivianus de Monte Alto, Prior Prioratus de Par. Ruchen. Dioec. constituit quosdam Procuratores suos in Curia Romana anno MCCCXXX.

XII. pag. 87. Decanus & Capitulum Ecclesiae beatae Mariae Anic. Nobili & discreto viro Domino Viviano de Monte Alto, ac suo Canonico Anicensi salutem in filio Virginis gloriosae. Inc. *Afflicti diversis angustiis*. Des. *& inutilia evitare. Dat. Anic. in domo, in qua capitulamus, die* III. *mensis Octobr.*

XIII. pag. ead. Viviani ipsius Epistola ad Consules, & Vniversitatem Civitatis Aureliacensis. Inc. *Orta siquidem nova dissensionis materia*. Des. *de felicium successuum incrementis. Dat. Avinione die* III, *Martii*.

XIV. pag. 88. Aegidii &c. Card. Epistola ad summum Pontificem de victoriis a Rege Castellae contra Saracenos reportatis. Inc. *Clementissime Pater ac beatissime Domine. Exsultans ingenti laetitia*. Des. *castrum de Algesira indubie posset capi. Dat. in exercitu prope Tariffam die Octobris &c.*

XV. pag. ead. b. Epistola anepigrapha de Bononiensium seditione, & Legati Pontificii expulsione. Inc. *Miramur, & multi ubicumque non sine caussa mirantur de iis, quae audivimus nuper fuisse facta, & adhuc fieri*. Des. *super praedictis intentionem vestram. Dat. in sancto Antonino die* II. *Iunii*.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, & cum titulis Capitum, & inscriptionibus Epistolarum rubricatis. Constat fol. scriptis 89.

FR. DOMINICI CAVALCAE SPECVLVM CRVCIS.

I. pag. 1. Liber inscriptus: *Specchio della Croce*, auctore Fr. Dominico Cavalca Ordinis Praedicatorum, ut in Codice VIII. supra pag. 10. §. III. *Cod. CXVII.*

II. pag. 63. b. Fr. Iordani de Pisis Concio in Evang. *Quum descendisset Iesus de monte, sequutae sunt eum turbae multae &c.* Inc. *Diedeci Iddio, cioè Christo conoscimento & instructione della via della verità, che mena al Cielo*. Des. *così il nostro Christo venne a visitarci, sicome buom padre, e a confortarci, e a darci speranza d'ogni letitia. Deo gratias. Amen*. Idem fortasse est atque ille, cuius Concionem in laudem S. Mariae Magdalenae recensuimus in Codice XXVIII. Plutei LXI. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. V. pag. 257. §. VI. Haec autem Concio legitur in editione Italicorum Sermonum huius Fratris Iordani, qui curante Dominico Maria Mannio prodierunt Florentiae an. MDCCXXXVIIII. 4. pag. 128.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. exeuntis. Constat fol. scriptis 64.

SANCTI AVGVSTINI SOLILOQVIA, ET ALII SERMONES &c.

I. pag. 1. S. Augustini Soliloquiorum Liber Italice versus, praevio brevi Prologo, & Capitum Elencho, rubris utroque litteris exarato. Concordant omnia quoad initium & finem cum Codice XV. Plutei XXVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. V. pag. 12. §. III. *Cod. CXVIII.*

II. pag. 32. Prima Christianae Fidei Rudimenta, scilicet Symbolum Apostolorum, Praecepta Decalogi, septem Spiritus Sancti Dona, septem Vitia Capitalia &c. Claudduntur omnia Symbolo Nicaeno.

III. pag. 35. *Admonitione che mandò santo Girolamo a una serva*. Inc. *Admoniscoti suora et serva di Dio, che molto t'è utile la continentia del dormire*. Des. *perchè così facendo, sarai vincitrice et degna di gloria sempiternale. Amen*.

IV. pag. 36. Sancti Augustini Sermones XX. item Italice versi, ut in dicto Codice XV. loc. cit. pag. 11. §. I. ubi versio ista tribuitur Fr. Augustino de Scarparia Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, cum quo concordat, praeterquam in fine; nam noster hic Codex post verba, in quibus ille finit, progreditur per alias duas paginas, & des. *dammi gratia, Signore mio Iesu Cristo, d'afligiere me nelle tue pene per penitentia, & d'usare gli tuoi benifici per la tua gratia di con-*

Digitized by Google

contemplare etternalmente te, Idio mio a faccia a faccia. Qui cum Deo &c. Tum rubrica subiicitur: *Finiti i sermoni di santo Agostino excellentissimo Dottore, per li cui meriti preghiamo Idio che ne conceda frutto & bono effetto a coloro che con divotione ci studieranno. Deo gratias. Amen.*

V. pag. 76. b. *Pistola che mandò san Bernardo a uno Chavaliere, il quale aveva pregato chello admaestrasse del reggimento & governo della famiglia.* Occurrit alibi pluries.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. cum initiali littera primi Operis variis coloribus picta, & inaurata, & possessoris nomine in calce, ita indicato: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia. XX.* Constat fol. scriptis 78.

SANCTI AVGVSTINI SERMONES, ET SOLILOQVIA; CHRONICON PONTIFICVM ET IMPERATORVM.

Cod. CXIX.

I. pag. 1 S. Augustini Sermones XX. Italice, ut in Codice superiori §. IV. heic tamen mutili sunt in principio ob defectum unius folii.

II. pag. 24. Eiusdem Soliloquiorum Liber, item Italice, praevio brevi Prologo, & Capitum Tabula, ut in dicto Codice §. I. In calce legitur: *Finiti i Soliloqui del grolioso sancto Agostino, a Dio sia grazia. Compiuto a dì* XXVIII. *d' Agosto* MCCCCXXVI. *il dì suo exciellentissimo.*

III. pag. 47. Chronicon Summorum Pontificum, & Imperatorum a D. N. Iesu Christo usque ad Clementem Papam V. & ab Octaviano Augusto usque ad Henricum Imp. Comitem Luximburgi. Prologus inc. *Imperocchè gli uomini odono volentieri de' fatti che sono stati per li passati tempi, sì diremo de' fatti de' Papi, e delli Imperadori, che per li tempi sono stati.* Des. *cominciando dal primo e sommo Papa, cioè Iesu Christo benedetto.* Chronicon inc. *Nel* XLII. *anno d' Ottaviano Augusto Imperadore nato è Iesu Christo figliuolo di Dio in Bettelem Iudee della Vergine Maria beata, la notte di Domenica a dì* XXV. *di Diciembre ec.* Des. *questi* (nempe Henricus Imp.) *com' ebbe la confermagione dal Papa si fecie coronare Re nella Magnia pacifico, con sollecito intendimento di venire a Roma per la corona Imperiale, e per pacificare Italia delle diverse discordie e guerre che v' erano, e poi di seghuire il passaggio d' oltre mare, e raquistare la Terra Santa, se Dio gliel' avesse concieduto.*

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. binis' columnis exaratus, & in principio mutilus, ac valde detritus. Constat fol. scriptis 111.

OPERA VARIA ASCETICA.

Cod. CXX.

I. pag. 1. Liber Asceticus, cui titulus: *Meditazioni della Vita di Gesù Christo nostro Signore, e Redentore,* cum Prologo, qui inc. *A ciasquna persona di questo mondo terreno, che vuole andare a vita eterna, se vuole andare per via siqura, e brieve et diritta, et dilettosa, brighisi di ghuardare nello spechio della vita et mendazione del perfetto Maestro, cioè Giesù Christo &c.* Des. *imperò di queste meditazione per ordine diremo.* Opus inc. *Essendo abattuta l'umana gienerazione, et in tanta miseria per chosì lungho tempo, cioè per più di* V. *mila anni per lo pecchato del primo, non potea salire alla patria sua &c.* Des. *e nel nostro fine si degni di recharci a se colui, del quale noi parliamo, Singniore nostro Giesù Christo, lo quale è benedetto, et da laudare sopra tutte le cose per maisempre in saecula saeculorum. Amen.* Auctor incertus.

II. pag. 75. *Pistola che scrisse nostro Singniore Gesù Christo ad Abagaro Re.* Inc. *Beato se' Abagaro Re, me non vedesti, e in me credesti.* Des. *come sono choloro che credono in me. Amen.* Est brevissima Epistola, cui subduntur quaedam superstitiosa circa dictam Epistolam &c.

III. pag. ead. b. Lectio S. Evangelii secundum Ioannem, quae inc. *In principio erat Verbum &c.* Italice reddita.

IV. pag. 76. *La Storia, ella Leggienda della vendetta del nostro Singniore Messer Giesù Christo, la quale fue fatta per Tito, e Vaspasiano padre e figliuolo sopra i cani Giudei traditori del loro Signiore.* Inc. *In quello tempo nel quale era Tiberio Inperadore di Roma a giudichare si fue Christo tradito ec.* Des. *e possa pervenire al tuo santo rengnio chon tutti li fedeli Christiani, e possiamo istare techo in sempiterna saecula saeculorum. Amen.*

V. pag. 83. b. Duodecim Articuli Christianae Fidei, quorum sex ad Divinitatem, sex ad Humanitatem pertinent.

VI. pag. 84. Narratio de Die Iudicii, cui titulus: *Come gli Disciepoli domandaro Gesù Christo, quando sarebbe il die del giudicio, et chome Christo rispuose loro.* Inc. *Fratelli charissimi, referiscie Messer santo Matteo et Vangelista, che gli Disciepoli domandarono Domenedio, quando serà lo die del giudicio etc.* Des. *verrà lo diavolo, & metterà questi dannati chon tutti li diavoli suoi nel profondo dininferno per saecula saeculorum, cioè in sempiterno.*

VII. pag. 86. b. Enumerantur septem Sacramenta, septem Dona Spiritus Sancti, septem Virtutes principales, septem Opera Misericordiae, & septem Peccata Capitalia.

VIII. pag. 87. b. Conflictus animae, & corporis. Inc. *Vdite, buona gente, una chontenzione maravigliosa d' una anima e d' un chorpo, la quale udie Messer santo Bernardo. Messer santo Bernardo una notte fue menato in ispirito a uno monimento, ov' era sotterrato un grande Singniore &c.* Des. *acciocchè meritiamo d' avere quella grolia, & quella dolciezza e quello diletto ispirituale, e cielestiale,*

Digitized by Google

lo quale non à mai fine in saecula saeculorum. Amen.

IX. pag. 93. *Vno amaestramento che la Vergine Maria dae alle Donne, et alle Vedove, et alle Pulcielle sopra tre chose, che più sono piacevoli a Dio, che l' altre.* Inc. *Tre sono le chose le quali piacciono a Messer Domenedio; la prima si è l' orazione, la sechonda si è el digiuno, la terza si è la limosina &c.* Des. *questo iscrisse santo Aghostino per lo ispirito Santo.*

X. pag. 96. Sequuntur alii breves Tractatus de variis rebus, nimirum de arbore vitae, & virtutum; de arbore mortis, & vitiorum; de eleemosyna; de poenis Inferni; de gloria Paradisi; de quatuor dotibus beatorum; de virtute Orationis Dominicae ad fugandos daemones, eorumque omnimodas insidias devitandas: ac tandem Meditationes de Passione Christi pro singulis Horis Canonicis.

XI. pag. 103. Planctus B. Mariae Virginis in morte D. N. I. C. auctore S. Bernardo. Inc. *Chi darà al chapo mio acqua, ed agli occhi miei fonte di lagrime ec.* Des. *che sie benedetta in etterno, oltra, con Giesù Christo tuo figliuolo, e chollo ispirito santo rengni in saecula saeculorum. Amen.* Occurrit etiam in Cod. XXXIII. supra pag. 35. §. XII.

XII. pag. 110. Piae quaedam Orationes, inter quas nonnullae etiam superstitiosae &c.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. duabus columnis exaratus, in cuius calce legitur: *Questo Libro è di Mona Gostanza madre della Domitilla;* in fine mutilus. Constat fol. scriptis 110.

FRATRIS SIMONIS DE CASSIA ENARRATIONES EVANGELICAE VERITATIS, INTERPRETE FR. IOANNE SALERNITANO.

Cod. CXXI.

PRaecedunt Rubricae Evangeliorum, super quae fit expositio Fr. Simonis de Cassia. Tum Prologus sequitur interpretis cum hoc titulo: *Inchomincia il Libro e prolagho di Fra Giovanni da Salerno del Libro infraschritto, cioè sono li Evangieli colle loro ispositioni ridutte in volghare sermone per Frate Simone da Chascia dello Ordine di Sancto Aghostino.* Inc. *Disse il nostro Signiore Iesu Christo parlando per similitudine ai suoi disciepoli: Vno uomo volendo andare in pelligrinaggio pe' suoi fatti, chiamò a se i suoi servi = e vedendo alcune persone = desiderose = di avere continuamente alcune parole del Vangelo, secondo ch' esso* (idest Fr. Simon de Cascia) *le predicò, e lasciò a me ischritte per lettera, fui costretto a mutar proponimento, e volgarizzare alcune sue isposizioni, con alcuna agiuntatione de' detti de' Santi.* Des. *sichè questo pocho chognioscimento ch' esso per sua bontà m' à dato, non mi sia a magiore danazione e tormento, il quale mi pare che sia per mia miseria e tiepidezza.* Post Evangelium, quod legitur in Vigilia Nativitatis S. Ioannis Baptistae, Italice redditum, Expositio inc. *Volendo Idio padre mandare il suo figliuolo in questo mondo a salvare l' umana ginerazione, ch' era perduta e dannata per li pechati delli nostri primi parenti, cioè Adamo ed Eva, mandò dinanzi a lui uno suo servo, sancto, e grande &c.* Desinit Expositio in Evangelio Marci, quod legitur in die Adscensionis D. N. I. C. cuius postrema verba sunt: *chome è bisognio che osservi e adempia questo testimonio di Christo colui, che vole avere l' eredità del padre, cioè la grolia di vita etterna, alla quale ci chonducha quello huomo, ch' è beato in saecula saeculorum. Amen.* Tum subiicitur: *a dì* XXVII. *d' Ottobre* MCCCCXXXI. *finii di scrivere i detti Vangieli io Agniolo Charducci.* Ac tandem in rubrica: *Finito il quarto Libro degli Evangieli della Passione del nostro Signiore Iesu Christo, e della sua Resuretione, disposto, e ridotto in fighura ad amaestramento d' ogni fedele Christiano. Deo gratias. Amen.* Simon Fidatus, *de Cassia* dictus, quia de Cassia Hernicorum urbe oriundus erat, fuit Eremita Ordinis S. Augustini in Conventu Florentino ubi diem obiit anno MCCCXLVIII. Huius autem Operis, quod in quatuor Libros divisum est in nostro Codice, varias editiones Latinas enumerat Fabricius Biblioth. Latin. mediae & infimae aetatis Tomo VI. pag. 187.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. binis columnis exaratus, cum initiali littera Prologi picta & inaurata, in cuius calce legitur nomen possessoris ita expressum: *Iste Liber est dell' Erede di Bartolomeo di Giovanni Charducci chello iscrisse Agniolo suo figliuolo, che morì nel trentaquatro* MCCCCXXXIV. Constat fol. scriptis 183.

COLLECTIO SENTENTIARVM MORALIVM EX SCRIPTVRA, ET SANCTIS PATRIBVS.

Cod. CXXII.

PRaecepta Moralia de Virtutibus, & Vitiis, excerpta ex variis Sacrae Scripturae Libris, & SS. Patrum Operibus. Ex Sacris Libris citantur Salomon, Iesus filius Sirach, Samuel Propheta, Apostoli, Paullus, Petrus, & Iacobus, Evangelia, & Actus Apostolorum; ex Sanctis Patribus Ambrosius, Anastasius, Augustinus, Basilius, Caesarius, Clementis Liber, Cyprianus, Eusebius, Gregorius, Hieronymus, Hilarius, Isidorus, Origenes, Vitae Patrum. Incipit Collectio haec a duabus Epistolis sine nomine auctoris, quarum prima inc. *Sume luctamen contra temporales molestias; esto in cunctis casibus firmus; patienter tolera omnia &c.* Altera pag. 3. inc. *Quaeso te, anima, obsecro te, deprecor te, ne quid ultra leviter agas, nequid inconsulte geras, ne temere aliquid facias: unum malum multa bona perdit &c.* Maximam autem partem huius Collectionis constituunt Regulae Libri Pa-

Digitized by Google

Pastoralis S. Gregorii, & eiusdem Liber Moralium. Tandem a pag. 81. usque ad pag. 105. occurrit Epistola valde longa, quindecim constans Capitibus, item auctoris nomine destituta, quae inc. *Quae piae petitionis oraris* (sic) *sanctissima mater, tibi ut rogasti, scribere studui. Novi enim ardorem animi tui erga divinas scripturas; novi tibi inesse studium legendi, & implendi ea, quae legis. Memor igitur sum lacrymarum tuarum, & omnis studii tui, quod in te saepe perspexi.* Des. *non tuis viribus, nec meritis hoc tribuas, sed illi, qui in te operatur, & velle, & proficere pro bona voluntate.* Vltima Codicis pagina est valde consumpta & evanida, & videtur aliquid deesse in fine.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XI. valde pretiosus, cum Indice materiarum in primo folio, manus aliquanto recentioris. Constat fol. scriptis 120.

FRANCISCI PETRARCHAE LIBER DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

Cod. CXXIII. FRancisci Petrarchae Liber de Viris Illustribus Italico idiomate donatus, seu potius eiusdem Libri pars, desinit enim in Capite IV. Gestorum Iulii Caesaris. Integrum habes in Codice XXV. supra pag. 24.

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. in cuius primo folio legitur nomen possessoris ita: MDXXVII. *Questo libro è dell' Erede di Lorenzo di Naldo Baldi, cioè d' Alessandro suo figliuolo ec.* & paullo infra: *Questo Libro è dell' Erede de' figlioli di Lorenzo Baldi, cioè di Baldo, e Fabio e Marciello, figlioli di detto Lorenzo, e dell' Erede loro; e chi l' achatta lo renda, perchè la sua anima non ne patischa &c.* MDXXXXIII. Constat fol. scriptis 165.

EVANGELIARIVM GRAECVM.

Cod. CXXIV. EVangeliarium Graecum, seu Pericopae Evangelicae, quae apud Graecos legebantur in Sabbatis, & Dominicis per totum annum, & in singulis Feriis quarumdam hebdomadarum, quae peculiari ritu in Ecclesia Graeca celebrabantur, quales erant hebdomada Sancta, & aliae omnes a Dominica Resurrectionis usque ad Pentecosten, una cum Octava &c. Tum pag. 111. sequuntur Evangelia legenda in Festis Sanctorum. Mutilus est autem Codex in principio, & in fine: incipit enim a fragmento Evangelicae lectionis *τῇ Ϛ'. μέσης Πεντηκοστῆς*, scilicet *Feriae secundae post Dominicam tertiam post Pascha*; & desinit in Festo sanctorum Innocentium martyrum, sed praeter titulum, *μηνὶ τῷ αὐτῷ* (sc. *Decembri*), *κϑ'. τῶν ἁγίων νηπίων*, nihil aliud habetur.

Codex membranaceus MS. Graecus in 4. Saec. XIII. binis columnis exaratus, charactere grandiori. Constat fol. scriptis 131.

THEODORI GAZAE GRAMMATICA GRAECA.

Cod. CXXV. THeodori Gazae Grammatica Graeca in quatuor Libros distributa. Concordat cum alio Exemplari, quod habetur in Codice XV. Plutei LV. Biblioth. Laurent. Catalogi Graecorum Codd. Tom. II. p. 279. & cum edit. Florent. in aedibus Philippi Iuntae ann. MDXV. 8. Heic tamen post verba *κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν τήνδε ἡμῖν μέϑοδον λέγομεν*, in quibus ille desinit, aliae quaedam adnotationes sequuntur circa constructionem aliquorum verborum, &c. quibus absolutis subiungitur *Τέλος τοῦ Θεοδώρου γραμματικῆς ἐνταῦϑα*. Pag. 181. occurrit instar Appendicis ad praedictas Grammaticales institutiones, *Μέτρων σύνοψις. Τ'μνος ἁγνῇ Παρϑένῳ*, *De Metris compendium. Hymnus ad immaculatam Virginem*, seu Hymnus quidam in laudem B. Virginis Mariae, varia metrorum genera apud Graecos usitata complectens. Incipit a metro Iambico, & quidem sic:

Ἡ τῶν ἀμίκτων ἐν τόκῳ μίξις κόρη κ. τ. λ.

Desinit in metro Bacchiaco

Ἐραγνὰν πονησάμενος κούρα λύραν.

Pag. 182. Excerptum *περὶ ἐγκλινομένων*, *de encliticis*, sive de iis vocabulis, quae accentum in praecedentem syllabam reiiciunt. Pag. ead. b. *Τὰ ἀριϑμητικὰ ὀνόματα*, *Numerorum Notae*, cum ipsarum potestate. Pag. 185. b. *Περὶ ἀνωμάλων ῥημάτων κατὰ στοιχεῖον*, *De verbis anomalis, seu irregularibus per alphabetum*. Tandem in ultimo folio, quod Codicis custodiae inservit, habentur descripta nomina Grammaticorum veterum, & recentiorum, ex quibus Theodorus Gaza optima quaeque pro suae Grammaticae compilatione selegit, qui sunt *Διωνύσιος ὁ Θρακὸς, Ἀπολλώνιος ὁ Δύσκολος, Ἡρωδιανὸς, Ἀρκάδιος ὁ Βυζάντιος, Θεοδόσιος, Χοιροβόσκος, Μοσχόπυλος, Πτωχοπρόδρομος, Σχολάριος, Μανυὴλ ὁ Χρυσολωρᾶς, Μάξιμος ὁ Πλανούδης, Τρύφων, Πλούταρχος, Ἡφαιστίων, Τρικλίνιος, Ἀποκρατίων, Πολυδευκὴς, Μαγίστρος, Σούδας αὐτὸς, Μιχαήλος ὁ Σύγγελος, Περιάρχος ὁ Γλυκὺς, καὶ ἄλλοι, ἀφ' ὧν ὁ σοφὸς Θεόδωρος, κάλλιστα καὶ ἐλλογιμώτατα τὸ τέταρτον τῆς ἑαυτοῦ γραμματικοῖς* (sic) *συνέϑηκε. Ταῦτα ὁ Κονσταντίνος εἴρηκε.*

Codex chartaceus MS. Graecus in 8. Saec. XV. optime servatus, diligenterque conscriptus. Constat fol. scriptis 188.

DOMINICI DE ARRETIO LIBER DE MVNDO.

Cod. CXXVI. LIber de Mundo editus a Magistro Dominico de Arretio, cum Prooemio ad Nobilem virum, decusque Militiae Dominum Rinaldum de Gianfigliatiis de Florentia

Digitized by Google

tia (1), quod inc. *Terribili atque tremendo bello, quod inter Commune Florentiae, ac Virtutum Comitem anno gratiae* MCCCLXXXXI. *per biennium gestum est, & utinam terminatum, strenuus miles, immo decus militiae Rinaldus de Gianfigliatiis, clarus nobilitatis titulis, sed longe magis generosior in virtute, dum nobilem, ac strenuum Gallum quemdam Comitem Armeniaci, a Gallia cum numeroso atque probissimo exercitu iam in Liguriam sub Florentino stipendio conduxisset, ut bellorum eventibus saepe accidit, ubi error minimus incorrigibilis est, quum statim poena sequatur errorem, mortuo duce belli, fugato, capto, atque dissipato exercitu ipsius, praefatus miles capitur a Federico Marchione de Ancisa, quumque se redemisset tribus millibus florenorum, secundo mense ad suos rediens, die quadam in amoenissimo eius viridario, inter flores & lilia, sub aranciarum umbra, multa loquendo contulimus. Tandem de angustiis, atque mundi tumultibus sermo caepit, & inquit strenuus ac generosus miles ornatissimo illo sermone, quo plurimum pollet: Dum carceralibus angustiis coërcebar, facto discursu saepius inter gradus gentium, neminem sua sorte contentum censui, omnesque mente caecos ad fallacia bona praesentis vitae dirigi = efflagito,* (*ait Gianfigliatius ad Dominicum*) *ut quae de mundi fabrica te scripsisse comperio, mihi commodes transcribenda = eum tamen Librum refertum sententiis theologicis, philosophicis, astrologicis, & poëticis, ex nunc nomini tuo dedico, strenuissime miles, ut in publicum sub tuo vexillo prodeat.* Desinit in tetrasticho sumpto ex Lib. V. Tristium Ovidii, cuius ultimus versiculus est:

Quo dare nil potui munere maius habes.

Liber inc. *Mundi essentiam atque originem proferre in medium cogitavi, prout philosophice demonstratur in scholis, aut divinis legitur in Scripturis. Occultas autem rationes ex fonte veritatis scaturientes, paucis infudit Deus &c.* Des. *quem siqui lectione dignum credent, toto mentis affectu precor, ut me, spiritumque meum Domino recommendent.* Hic Liber excerptus est ex insigni eiusdem Dominici Opere, cui titulus *Fons Memorabilium Vniversi*. Hunc Gaddianum Codicem memorat Cl. Mehus in Prolegomenis ad Ambrosii Camald. Epp. ubi plura de Dominico Arretino, eiusque Operibus scitu digna in lucem profert pag. CXXXIII. seqq.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. nitidissimus, cum icone auctoris in littera initiali Prologi, & prima pagina auro, variisque coloribus egregie depicta. Constat fol. scriptis 24.

(1) Rinaldi quoque Gianfigliatii Vitam inseruit Dominicus in eo Libello, quem de Viris claris virtute, aut vitio inscripsit, ubi: *sub eius* (inquit) *vexillo milito, ut Liber ille, quem hactenus sub titulo eius virtutis edidi &c.* videlicet *de Mundi fabrica*.

PHALARIDIS EPISTOLAE ITALICE, INTERPRETE BARPTOLEMAEO FONTIO.

Cod. CXXVII.

PHalaridis Tyranni Agrigentini Epistolae ex versione Latina Francisci Arretini, in Italicam linguam translatae a Barptolemaeo Fontio, cum duabus Praefationibus, altera Barptolemaei Fontii ad Franciscum Baroncinium, altera Francisci Arretini ad Malatestam Novellum, ut in Codice LIII. Plutei LXXXX. infer. Biblioth. Gaddianae, Catalogi nostri Tom. V. p. 461. In calce huius Codicis legitur: *Phalaridis Tyranni Agrigentini Epistolarum Opus nobilissimum a Bartholomeo Fontio Florentino a Latino in vulgarem sermonem traductum feliciter.* (supple *explicit*)

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. Saec. XV. diligentissime conscriptus, optimeque servatus. Constat fol. scriptis 83.

MEDITATIONES DE VITA D. N. I. C.

Cod. CXXVIII

ANonymi Liber Asceticus continens pias Meditationes de Vita Domini nostri Iesu Christi, ut in Codice CXX. supra p. 133. §. I. cum quo concordant, praeter initium Prologi, qui ita inc. *Intra l'altre grandi vertudi che si leggono di santa Cecilia Vergine, si è questa una grandissima, cioè ch'ella portava sempre l'Evangelio di Christo nascoso nel suo pecto &c.*

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XIV. exeuntis, optime servatus. Constat fol. scriptis 74.

IOANNIS LAMOLAE SYNONYMA, ET LAVRENTII AQVILEIENSIS ARS DICTAMINIS.

I. pag. 1. *Cod. CXXIX.*

ELoquentissimi viri Ioannis Lamolae Synonyma ad strenuum militem Ioannem Bentivolum. Epistola nuncupatoria inc. *Quum superiora verborum Synonyma tibi breviter absolvissem, mihi in mentem venit non esse incommodum, ut aliquas etiam tibi narrationes ibi scriberem, quae profecto variationes sententiarum Synonyma non indecenter appellari, licet &c.* Des. *vale, & te exerce, Libellum compositionis praeceptorum commodae eloquutionis propediem exspecta, dehinc alius imitationis verborum & sententiarum Libellus consequetur.* Prooemium inc. *Quoniam, mi Ioannes, quum nobis dicendum est, hoc in primis potissimum desideramus, ut auditores se praebeant nobis promptissimos ad audiendum.* Des. *quibus intercedentibus innumerabiles alias paene tu ipse ex imitatione a me tibi explicata*

Digitized by Google

eata faciliter consequi poteris. Dividitur Opus in quinque sectiones, quot sunt partes Oratoriae, scilicet in Synonyma Exordiorum, Narrationum, Confirmationum, Divisionum rerum explicandarum, & Confutationum, quarum singulis brevis praemittitur Prologus. Primum Synonymum Exordiorum ita habet: *Dio sia nostro adiutorio: Nos Deus adiuvet: Deus res nostras secundet: Deus caussas nostras ex voluntate prosperet &c.* Vltimum Confutationum, in quo clauditur Opus, sequens est: *Io stò fermo nella mia oppinione, s' io te vederò costante nella tua: Nec etiam ego nunc voluntatem immuto, si eadem te constitutione conspexero: nec etiam aliam desumo deliberationem, si in eodem te proposito esse cognovero: nec aliam, consimilemque rem, rationem imitabor, si te firmum esse viderem*. Tum subiicitur: *Explicit Liber eloquentissimi viri Ioannis Lamolae*.

II. pag. 103. Ars, sive Rhetorica Dictaminis Magistri Laurentii de Aquilegia. Praecedit Prologus, qui sequens est: *Victoriosissimo Principi Domino Philippo divina magnificentia Franciae Regi benignissimo, eius devotus Magister Laurentius Aquilegiensis Regens Parisius seipsum ad pedes; & sic regalis diadematis gubernacula possidere, quod ei merito pareant undique nationes. Deo gratias. Princeps virtutum, cuius auxilio compilationem istam, quam augendi caussa regalis culminis dignitatem incepi Parisius laboriosae meditationis studio pertractare, exsequutioni gratuite mancipavi, quia vero felicitatis gratiam vestris affecto piis actibus reflorere, mei speculatur vivacitas intellectus, quod sicut in terris virtutum gratia vos exornat, & in processibus vestris bravium habentes altissimum strenuitate virorum fortium armis bellicis accinctorum, hostibus Dei, & Ecclesiae cum triumpho mirifico superatis, expedit pari modo, ut vestrae peritiae viri eloquentiae spectabilis eligantur, quorum sermonibus, & scriptura, de his, quae vestra cudit deliberatio, subditae gentes regno plenius informentur = Reges horrendi donabunt munera de longinquo; ego autem servorum vestrorum minimus cupiens, ut regalis praeeminentia nominis, ubique laudatis humane praeconiis, altius extollatur, quibus vos dignum in orbe ipse Rex Regum statuit sub regio titulo singularem; non do magna, non offero preciosa, sed ex devotionis fervore hoc Opusculum, quod ex dictis maiorum collegi, ad pedes vestrae celsitudinis porrigo = Hanc quidem compilationem Parisius consummavi, tempore beatissimi, & sanctissimi Patris Domini Bonifatii Papae octavi, qui fuit tempore ipso scientiae & circumspectionis origo; quia, sicut Deus a materia primordiali elementum divisit, & perduxit in lucem, ita iste gratiarum minister, & praeses, confusas materias Canonum clarificavit ad illuminationem studentium, & gloriam iuris canonici & civilis; unde ab initio & ante saecula non fuit auditum, quod mortalis aliquis esset, tam altae sapientiae & providentiae praecellentia decoratus, cuius peritae manus negotia sanctae Matris Ecclesiae, licet laboriosa, & sublimia, supernae clementiae dextra sibi exhibente praesidium, ad statum laudabilem perduxerunt; ita quod fructus suorum operum de generatione in generationem super lilia extenduntur. Et licet in praesentia magistrorum & scholarium Parisius commorantium, praesens compilatio, solemnis recitationis meruerit gloria decorari, & solemniter fuerit adprobata, maior tamen exsistentis utilitatis, quae operi favorem perpetuum exhibebit*. Opus inc. *Sicut cuiuslibet prudentis, ita prosequentis, sive dictantis est ordinare. Ordinet igitur intellectum sibi dictator, primo scilicet finem &c.* Des. *sagitta non laedit lapidem, sed resiliens saepe vulnerat dirigentem*.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. optime servatus, cum initialibus litteris utriusque Operis eleganter depictis, & inauratis, & cum stemmate possessoris in prima pagina. Constat fol. scriptis 128.

ALEXII CELADENI EPISCOPI GALLIPOLITANI DE BELLO CONTRA TVRCAS INEVNDO LIBER.

Cod. CXXX.

ALexii Celadeni Episcopi Gallipolitani de bello contra Turcas ineundo Sermones tres cum Epistola dedicatoria, quam proferimus: *Alexius Episcopus Gallipolitanus Sacri Senatus Principi Ol.* (Carafio) *Cardinali Neapolitano suo, salutem dicit plurimam, & vitae diuturnitatem. Ad gravem animi diuturnumque dolorem, quo de praesenti Christianae Reip. statu boni omnes vexantur, accessit etiam, ut nosti, diebus his aliquandiu dissimulatus, sed tandem insigni clade proditus nuntius de Methonae urbis novae, inauditaeque crudelitatis excidio, qui me & publice, quum plurimum referat ad parvas, quas videmus Christianorum superstare reliquias, & privatim vehementer afflixit, quod ex illa, felici quondam, nunc omnium terrarum miserrima Peloponneso, meo natali solo, totaque Graeciae continente, cum duabus vix aliis, Corona, quae saevissimae crudelitatis pavore perculsa deditionem subito fecit, & Nauplia, quae ab hoste praetermissa, ut aiunt, in fide adhuc manet, sub Christianorum ditione restabat. Nam perinde ac letali vulnere sauciatus, quum fletu & lacrymis primo abstinere nequirem, ita deinde ob rei magnitudinem cogitationibus obruebar, ut desperatione quadam rerum laborare viderer. Sed senescente iam morbo, & natura ita iubente, ut praeter animum, omnia quae in nobis sunt, veterascant, paullatimque intereant, ubi mecum redii, iamque aliquantisper a languore respiravi, ad id, quod fieri solet, deveni, ut de remediis tanti accepti vulneris meditarer. Quumque plurima iam mecum volvissem, tandem ideam quamdam ex omnibus, figuramque collegi, quam pictorum affectu,*

nisi

Digitized by Google

nisi etiam parieti, vel tabulae expressissem, nihil fecisse mihi visus fuissem. Designavi igitur tridui ad te Sermonibus, ad quos plerumque invitare pro singulari prudentia tua consuevisti, quibus consiliis, quibusque rationibus imminentia, crescentiaque in dies magis magisque pericula propulsare possemus, & quonam pacto perfracto, vel sublato funditus hoste, Christianorum saluti quietique perpetuo consuleremus. Nec ignoro longe plura & cultiora excogitari narrarique de re tanta potuisse; sed omnia simul, & ut decet, complecti, id vero immensi operis, & nequaquam meum fuisset, & quod ab initio nemo mentis compos ausit facile polliceri. At ego vehementi quodam cladis dolore, & indignatione simul animi, nec minori communis omnium salutis desiderio, quae mutos etiam verba quandoque promere coëgerunt, ad hoc sum impulsus, quod tamen longiuscula meditatione temperavi, ut haberent, qui plura addere, & ea vel communis utilitatis gratia, vel ostentationis, quae magnas nunc obtinet vires, in medium adferre vellent, ubi minori labore colores inderent, figuraeque ipsius lineamenta inumbrarent; qui vero vehementius ad haec moverentur, nec iam verbis, sed factis implere opus incumberent, hanc secum brevem tabellam deferentes, ad eamque respicientes, aliquid elicerent, quod factis simul, atque ingenio, non parva cum delectatione superarent. Quod si usque adeo nostris noxis Deus infestus, iratus, adversusque est, & natura ita comparavit, ut quos imminentia cervici pericula non movent, eisdem salubria quoque monita nequidquam iactentur, nos tamen, sive hoc tam praeclarum opus aliis reservetur, sive inexplicabili Dei consilio, Christianorum genus perire forte oporteat, ut meliorem, seque digniorem vivendi formam recipiat, tum apud nos ipsos non parum solaminis, tum apud alios, qui de his recte senserint, aliquid laudis cum maiori damnatione nostri saeculi consequemur, fuisse, qui sequutam cladem exitiumque prospicerent, & ad eam cum certa salute omnium & sempiterna gloria evitandam, multa consuluisse, multaque monuisse, & quae aliis dicerent constanter ipsos aggredi, & ad finem perducere voluisse. Vale. Datum Romae Idibus Octobris anno salutis MD.

Sermo primus pag. 3. b. inc. *Deus misericors, Deus benignus, & clemens, Deus mansuetus & pius cum Filio suo Domino nostro Iesu Christo &c.* Des. *ut ea comprobent, aut immutent.*

Sermo II. pag. 32. inc. *In conventu, omnibus blande, comiter, ac honorifice pro cuiusque dignitate exceptis.* Des. *conventus solvetur.*

Sermo III. pag. 49. b. inc. *Nulla deinde mora ad sua quisque reversus laetus, & alacer.* Des. *quam Iesus Christus, a quo incepimus, Redemptor noster & auctor nobis concedat. Amen. Romae Kalendis Novembris.* Tum subditur in rubrica: *Explicit de bello gerendo anno salutis* MD. Adsunt in hoc exemplari, quod videtur autographum, res notabiles in margine adpositae.

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XVI. ineuntis, autographus, cum stemmate gentilitio in prima pagina. Constat fol. scriptis 79.

ANONYMI LIBER ASTRONOMICVS HEBRAICE VERSVS.

Cod. CXXXI.

VAria continet Opuscula hic Codex, partim in membrana, partim in charta bombycina exarata, simulque compacta, eaque sunt,

I. pag. 1. Anonymi Liber Astronomicus hebraice versus.

II. pag. 13. R. Salomonis filii Abrahami Avigador Liber Marèh Ophanim, seu visio sphaerarum, Opus Astronomicum. Ad calcem dicitur excerptum anno 159. Chr. MCCCIC.

III. pag. 30. Anonymi Liber Astronomicus de Sphaeris divisus in sectiones XXVI.

IV. pag. 53. R. Levi ben Gerson Expositio Libri Aristotelis de Praedicamentis.

V. pag. 80. Eiusdem Gersonidis Expositio Libri Aristotelis Topicorum.

VI. pag. 161. R. Iehudae fil. Danielis Commentarius in initium Pirkè ackibbur.

Cod. partim chartac. partim membr. MS. Rabbinicus in 4. minori Saec. XV. qui olim fuit Benedicti Varchii, & Hugolini Martellii, Aloysii fil. Constat fol. 173.

FR. ANTONII DVLCIATI DE TRIBVS REGVLIS S. AVGVSTINI.

Cod. CXXXII.

FRatris Antonii Dulciati, Ordinis Augustiniani, Opus in duas Partes distributum, quarum prima agit de origine & progressu Ordinis Eremitarum S. Augustini, altera de tribus Regulis dicti Ordinis. Praecedit Epistola inscripta: *Frate Antonio Dolciati Fiorentino, Eremita Augustiniano della Observantia della Congregatione di Lombardia, alle venerande Madre e sorelle dilectissime in Christo del Monasterio della Assumpta fuori della Porta di San Gallo di Firenze, del medesimo Ordine, Congregatione, et Observantia in Christo salute.* Inc. *Constrecto dallo obligho et amore che porto a questa mia sacra Religione, honorande in Christo Madre, et sorelle charissime, dalle quale insino dal principio della mia adolescenza son stato già quasi per otto lustri insino al dì d' oggi nutrito, et di quelle poche littere che ho imparate instrutto, et di tanti buoni, et admaestramenti, et exempli informato, che beato a me, se la metà ne avessi observati. Imperocchè avendo puerilmente e tre primi lustri di mia vita nel secolo consumati, uno et mezzo, non so in che, & l' altro et mezzo insino in quindici anni, (imperochè un lustro è lo spazio di cinque anni) in imparare e primi rudimenti grammaticali, et e principi delle ragioni del canto, con e mia coetanei clerici nella Scola del nostro Duomo di Firenze, dove*

Digitized by Google

ve etiam imparai l' ordine de Divini Offizzi. Di poi essendo di età di quindici anni, mesi octo, et dì tredici, cioè a dì diciannove di Maggio nel MCCCCXCII. *el sabbato precedente la quarta Domenica dopo la Pasqua (imperocchè io nacqui a dì 6. di Sett. nel* MCCCCLXXVI.) *decto mattutino in questo Convento di S. Gallo,* (1) *del quale oggi corre el decimo anno, che non pen mia meriti, ma per volontà di Dio & de' mia Padri sono indegnamente Priore, presi l' abito di questa sacra Religione, et insino al dì presente ho portato anni trentasei et mesi tre infructuosamente, et insino al fine della vita mia desidero con salute dell' anima portare. Per l' obbligo adunche, dico, et per l' amore che porto, et son tenuto portare a questa mia sacra Religione, doppo molte et diverse cose da me scripte et in latino,, et in vulgare, son costrecto a scrivere qualche cosa di quella, la quale abbia ad accendere ad amore e devotione di essa quelli che la leggeranno. Nè voglio più tardare a fare questo, imperochè gli anni mia, et le lunghe, varie, et grave infermità mi ammoniscono, ch' io presto di questa vita debbo far partita. Non ho voluto ancora questa Opera scrivere in lingua latina, come ho scritte le prediche per tutto l' anno de Tempore et de' Sancti, et el Libro* de Festis Mobilibus, *et el Tractato della Correctione, del modo del celebrare le feste mobile, et el Millenario, delle Inquisitioni sopra e Libri de' Re, et del Paralipomenon, et el Psalmista mutato in laude di nostra Donna, et altre più nostre Operette; ma l' abbiamo scripta in vulgare, volendo così giovare a più persone semplici, idote, et devote, et perchè la dedico al vostrro devoto Collegio, el quale quanto è meno di grammatica instructo, tanto è più di devotione et altre innumerabili virtù ornato. Et così per le vostre fervente orationi dalla divina gratia adiutato, nel scrivere et racorre questa Opera de' decti di diversi Doctori, farò dua effecti, et a dua oblighi satisfarò a un tracto. Prima a quello, el quale (come ho decto) ho con questa sacra Religione, et secondariamente a quello, che ho con el vostro prefato venerando Collegio, al quale, più e più anni sono, ho desiderato della mia povertà fare qualche presente, quale a tutte voi, et a qualunche persona lo leggessi, fussi testimonio del mia amore verso di voi. Et perchè sono povero Frate, et non ho cosa alcuna terrena, et materiale sustantia, la quale vi possa conferire, voglio che la mia oblatione sia spirituale, cioè la scienza delle cose scripte in questo Libro — et se Dio optimo per sua pietà, et vostre devote orationi mi presterà vita et sanità, spero in breve farvi un altro presente molto maggiore, et assai più utile che questo, cioè delle Prediche, che ho raccolte sopra gli Evangeli di tutto l' anno, le quali intendo per vostro amore volgarizzare. A che mi induce prima el maximo amore della buona memoria della prima mia, et poi vostra veneranda Madre, Suor Antonia dei Tanini, della quale io nella mia fanciullezza fui Maestro, insegnandoli ordinare l' Ofizio del Signore, et lei a me fu madre et maestra nella via di Dio, inducendomi continuo al servizio di quello, et al disprezzo del mondo; nè mai cessò, insino a tanto che mi ebbe conducto a questa sacra Religione, nella quale di gratia optenne, che mi fussi posto el suo nome, imperocchè io nel Battesimo fui chiamato Francesco. Questa, quasi come una nuova sancta Iudit, quanto al vecchio Testamento, ovvero quanto al nuovo, come un' altra sancta Monica, era vedova, et in casa di sua madre madonna Iacopa, e del suo fratello Niccolò Tanini, nella superiore parte di quella si aveva religiosamente et poveramente ordinata una cameretta, con el suo Oratorio, et più Libri devoti, et in quella standosi quasi sempre sola, dì et nocte si esercitava in orationi — spesse volte — si comunicava, et molto più spesso si confessava quì nel nostro Convento di S. Gallo dal Padre Frate Lactantio, nobile et gentile uomo Sanese, della magnifica casa de' Piccoluomini, dal quale, essendo lui nel decto Convento Vicario, et essendo el Reverendo Padre Priore Frate Benigno da Genova ito a Capitulo a Crema, io ricevetti l' abito di questa sacra Religione. Et perchè aveva grande notitia della Bibbia, e singulare gratia in fare versi vulgari in rima, compose più et più devote Laude di diversi Sancti, tralle quali è quella devotissima del Corpo di Cristo, la quale lei soleva dire con gran devotione, prima che si comunicassi. Questa di sua propria mano scripta io ho ancora appresso di me, et come un gioiello di mia cara madre tengo. Compose etiam molte belle et devote Rappresentationi di Ioseph, di David, & Saul, del Figliolo Prodigo, et assai altre, delle quali ora non mi ricordo; imperocchè sono più di trentasei anni non le ho vedute — Di poi non potendo patire di stare trai seculari, avendo già per più anni prima ricevuto l' abito delle Mantellate di S. Monica per le mani del Reverendo Padre Maestro Mariano Predicatore excellentissimo, et fondatore del detto nostro Convento di S. Gallo; et in quello a sue spese fabbricata una Cappella, intitulata alla prefata S. Monica, cominciò a ragunare alcune devote donne a servire a Dio nel decto abito, con le quali religiosamente visse alquanto tempo nel venerabile Monastero di Annalena di Firenze; insino a tanto che riscossa la sua dota, di quella comperò la casa et el terreno, nel quale voi abitate, et in esso entrò ad abitare con le sue compagne el dì di Berlingaccio nel* MDI. *che fu quello anno a dì 18. di Febraio. Costì vixe con gran fervore di spirito insino a dì 21. di Settembre del me-*

(1) De hoc Coenobio, quod erat in in suburbio Portae S. Galli pluribus egi in Epistolis meis Fesulanis Florentiae impressis an. MDCCLXXVI. 4 pag. 8. seqq.

Digitized by Google

desimo anno, nel qual dì lasciando a tutte le sue figliuole et compagne grand' exemplo di santità, dall' Optimo Iddio rimuneratore di tutte le opere buone — gli fu commutata la presente morte colla futura vita — Leggerete adunche spesso questa Opera a mensa, et quando sarete, come spesso far solete, ragunate insieme a lavorare — E per procedere in questa mia Opera ordinatamente, quella ho in sei parte divisa, nelle quali sotto brevità ho raccolto tutto quello che ho trovato da diversi Doctori essere stato scripto, e nomi de' quali al suo luogo ho espressi. Et per esser più breve, non ho voluto in questa Opera addurre alcuna auctorità per littera, ma tutte in vulgare, perchè sarebbe stato bisogno che mi fussi poi diffuso in vulgarizzarle. Nella prima parte adunche si tracterà dello exordio et processo di questo sacro Ordine Eremitano di S. Augustino. Nella seconda, della regola, sopra la quale quello è fundato, et della sua esposition. Nella terza, dell' instituti, et ordinazioni fatte dae Padri di questa sacra Religione, per adiutare e professi di quella alla opservazione della detta regola. Nella quarta, delle gratie, immunità, esenzioni, privilegi, et indulgentie da più Sommi Pontefici concesse a questo sacro Ordine, per la redolente fama di sanctità, e di doctrina, la quale hanno avuta dei professi di quello. Nella quinta si reciteranno le vite di alquanti Sancti di questo Ordine. Nella sesta et ultima saranno scripte alcune Prediche, le quali in loro laude da me in diversi luoghi e tempi son state recitate et predicate. Des. *alla quale me et voi si degni per sua gratia conducere el nostro Redemptore Iesu Christo, el quale col Padre et Spirito Sancto vive et regna Iddio benedecto in saecula saeculorum. Amen. Scripta nel Convento di San Gallo nella Cella del Priore a dì 19. di Aghosto* MDXXVIII. *a hore* 12. Pars I. inc. *Nessuna verità fu mai al mondo tanto lucida et tanto chiara, che da molti o per ignorantia, o per malitia non sia stata impugnata* (1). Pars II. des. *il che per la sua gratia esso datore di tutti e beni onnipotente Iddio si degni concederci, el quale vive et regna in saecula saeculorum. Amen.* In margine adnotata sunt Summaria rerum memorabilium. Salvinus Salvinius in additionibus MSS. ad Nigrium de Scriptoribus Florentinis p. 58. ubi aliqua Dulciati Opera recensentur, Librum ab eo editum, quem ipsemet possidebat ita describit: *Vita et miracoli del glorioso San Nicola da Tolentino insieme con el suo Offitio, et con la benedictione del suo pane, et con la Messa sua = segue poi la dedicatoria al Padre Fr. Giovan Gabriello da Martinengo Priore di S. Agnesa di Mantova, e Luogotenente del P. Fra Lodovico Agazza da Vercelli, Vicario Generale de' Frati Eremitani di S. Agostino dell'Osservanza di Lombardia scritta da Frate Antonio Dolcati Fiorentino della medesima Congregatione, et Priore, benchè indegno del Convento di S. Gallo di Firenze, a cui dice tra l' altre: sono hora sei anni che el Psalmista da me in laude della sacratissima Vergine commutato in lingua latina, con molte altre devotioni a quella dedicai = In fine della dedicatoria si legge = scripta nel decto Convento di S. Gallo a dì 29. di Septembre nell' anno del Signore* M.D.XXIIII. *= poi segue = Incomincia la Vita del glorioso Confessor di Cristo san Nichola da Tolentino del Ordine de' Frati Eremitani di sancto Augustino scripta da Frate Antonio Dolcati Fiorentino nel anno del Signore* MDXXIV. *del mese di Septembre = Poi a carte* 98. *segue = Incomincia la vita del medesimo Santo in terza rima composta dal medesimo auctore = Poi segue = Alcuna Lauda, indi l'Offizio del medesimo, la benedizion del pane. Nel testo che io ò mancano in fine alcune carte, onde non si può vedere ove è stampato, il tutto in* 8. Haec Salvinus. Opus autem, quod in hoc Codice continetur, omnibus ignotum fuit.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XVI. forte autographus. Constat fol. scriptis 284.

PHALARIDIS EPISTOLAE ITALICE, INTERPR. BARPTOLEMAEO FONTIO.

Cod. CXXXIII.

PHalaridis Tyranni Agrigentini Epistolae CXLII. ex versione Latina Francisci Arretini, in Italicum sermonem translatae per Barptolemaeum Fontium ad Franciscum Baroncinium, cum duabus Praefationibus, altera Interpretis Italici, & altera Interpretis Latini, ut in Codice CXXVII. supra p. 140. ubi Epistolarum numeratio deerat.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XV. nitidus, optimeque servatus, & cum prima pagina satis ornata. Constat fol. scriptis 90.

VARIA OPERA ASCETICA.

Cod. CXXXIV.

I. pag. 1. CAput excerptum ex Libro S. Bernardi de Conscientia, quod inscribitur: *Capitolo del Libro della Conscienza di sancto Bernardo. Quelle cose che noi debbiamo meditare et pensare, acciochè ogni inlicito pensiero e peccato noi scacciamo dal nostro cuore, ove dice così.* Inc. *O anima Christiana, per quante volte tu ti senti tentare di tentationi inlicite, o di dilecto inlicito, o d' alcuno peccato, per tante volte poni dinanzi agli occhi della mente tua, come Iesu Christo nella Croce fu crucifixo per te.* Des. *e queste cose facciendo, noi meritiamo d' avere in*

(1) In Cap. I. huius primae partis acriter invehitur in Dominicum Tarvisinum, & Eusebium Mediolanensem, Canonicos Regulares, negantes institutionem Ordinis Eremitarum, a S. Augustino Hipponensi Episcopo repetendam esse, & plura ad eius antiquitatem adstruendam proferre conatur.

Digitized by Google

in questo mondo la gratia sua, e alla nostra fine quella beata gloria, la quale egli ci conceda per la sua misericordia, il quale è benedetto e lodato per infinita saecula saeculorum. Amen.

II. pag. 3. b. Opus, cui titulus: *Come el religioso e la religiosa dee guidare la vita sua nel conspecto di Dio, e delle genti del mondo &c.* in Cap. ita XXXIII. divisum, auctore Anonymo, sed forte S. Bernardo. Inc. *O anima Cristiana sappi che alquante cose sono di necessità a sapere, maximamente a quelle persone che vogliono vivere sotto el giogo della sancta obbedienza, sanza le quali cose vita etterna avere bene non si può.* Des. *noi mettiamo sì innoperatione, che noi meritiamo d'avere quì la sua gratia, et ultimatamente quella beata gloria, alla quale ci perducha esso Figliuolo di Dio col Padre e collo Spirito Sancto, qui vivit & regnat in saecula saeculorum. Amen.*

III. pag. 26. Excerpta quaedam brevia, 1. de Sacramento Corporis Christi in Libro S. Augustini de Civitate Dei; 2. de septem morum urbanitatibus, totidemque inurbanitatibus; 3. de septem tribulationibus Civitatis; 4. de septem generibus stultorum.

IV. pag. 27. Variae interpretationes nominis S. Paulli Apostoli.

V. pag. 28. b. Orationes variae Latinae, scilicet sanctae Marthae virginis, ad sanctissimam Virginem, & ad Iesum Christum; necnon quinque Gaudia beatae Mariae Virginis, item Latine: ac tandem variae interpretationes nominis S. Ioannis Evangelistae, Italice.

VI. pag. 30. Symbolum Apostolorum uberrime explicatum, praemisso unicuique articulo nomine illius Apostoli, a quo compositus perhibetur.

VII. pag. 37. Explanatio Rudimentorum Christianae Fidei, quae hoc ordine progrediuntur; 1. septem Dona Spiritus Sancti; 2. septem Opera Misericordiae, corporalia primum, deinde spiritualia; 3. Praecepta Decalogi; 4. septem Vitia Capitalia; 5. septem Virtutes ipsis oppositae; 6. quinque Corporis Sensus; 7. tres Virtutes Theologicae; 8. tria Consilia perfectionis; 9. quatuor Virtutes Cardinales; 10. septem Ecclesiae Sacramenta.

VIII. pag. 51. Capita duo, quorum primum de gloria vitae aeternae, excerptum ex dictis S. Bernardi, alterum de morte S. Paulli Apostoli, compositum ex iis, quae S. Dionysius eius discipulus refert in suis Epistolis ad Timotheum.

IX. pag. 55. Orationes duae Latinae, prima in honorem beati Petri Apostoli, & altera in honorem S. Bernardi; ac praeterea antiphona, quae dicitur ad primas Vesperas Officii de Sancta Cruce, Italice reddita.

X. pag. ead. b. *Lo Libro di Messer san Bernardo sopra le sette hore, le quali l'Ecclesia canta lo dì et la nocte in memoria della Passione del nostro Singnore Iesu Christo.* Praecedit Praefatio, cuius initium: *Septe volte lo dì laude dixi ad te. Pregasti me che alcuno modo di contemplare in nella Passione del tuo Dio secondo le sette hore del dì &c.* Finis: *et imprima diciamo quello ch'è daffare nell'hora della Compieta.* Meditatio igitur Passionis Dominicae incipit a Completorio, & desinit in Vesperis.

XI. pag. 69. Brevis instructio de modo audiendi Missam.

XII. pag. 71. b. Expositio Salutationis Angelicae tradita per Fr. Antonium Vercellensem Ordinis Fr. Minorum de Observantia (1).

Codex membranaceus MS. Italicus in 8. minori Saec. XV. cum initiali littera in principio aurea, variisque coloribus exornata, in qua videre est effigiem S. Bernardi, & cum stemmate quodam gentilitio Summi Pontificis in margine inferiori primae paginae, ubi notandum folia primi quinternionis fuisse a bibliopego praepostere compacta. Constat fol. scriptis 73.

S. ANTONINI SVMMA CONFESSIONALIS.

Cod. CXXXV.

HVic Operi sequens praemittitur titulus: *In Christi nomine Amen. Incipit Summa pro audientia Confessionis, Reverendissimi Domini Antonini Archiepiscopi Florentini de Ordine Praedicatorum.* Est autem Opus in quatuor Partes distributum, praevia duplici Praefatione, quarum prima inc. *Quia tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi, dicie Iddio per lo suo Profeta al Sacerdote ignorante, la quale auctorità induce la sexta Sinodo universale nel Capitolo Omnes psallentes Di.* XXXVIII. *&c.* Altera inc. *Curam illius habe. Lucae* X. *Cap. Queste parole disse el buono Sanmaritano allo stabulario, overo albergatore, quando li misse nelle mani lo spogliato dai ladroni e ferito a morte &c.* Des. *per lo quale potranno essere dirizati e Sacerdoti semplici nel loro confessare le loro pecorelle.* Pars prima huius Tractatus inc. *In prima adunque quando alcuno si viene a confessare, o huomo o donna che si sia, se el Confessore non à licentia generale d'udire tutti quelli del Vescovado, donde si truova &c.* Pars quarta des. *in caso dove fussi suspensione, o inregularità, le quali pene tochano a' Cherici, non se ne impacci il Confessore, ma rimandi al Vescovo suo, o a chi può provedere. Laus Deo.* Idem Opus MS. exstat quoque in Biblioth. Florentina Dominicanor. S. Marci, nec adhuc in publicum prodiisse puto.

(1) Forte est Antonius de Balocho, Dioecesis Vercellensis, Ordinis Minorum, de quo meminit Fabricius Biblioth. Lat. med. & inf. aetat. Tom. I. pag. 132.

Digitized by Google

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XV. exeuntis, optime servatus, Constat fol. scriptis 141.

ANONYMI HOROLOGIVM SAPIENTIAE.

Cod. CXXXVI. ANonymi Opus asceticum in duos Libros distributum, in forma Dialogi inter Sapientiam & Discipulum, cum Prologo, qui praefert hunc titulum rubrica conscriptum: *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti e del prezioso Predichatore Apostolo sancto Paolo, vasello d'amore cominciasi il Prolago del Libro, il quale à nome Vriuolo della Sapienza.* Sapientia inc. *Sentite del Signiore in bontade e in senplicità di quore, il quale nollo tentono, ma aparisce a choloro, i quali anno fede illui. In molti segni et virtù, e in molti modi la divina Sapienza aparì a' sua eletti nella primitiva et novella Chiesa.* = Discipulus respondet: *Certamente riconoscendo io il difetto mio, così della scienza, come della vita, a voi, amabile Padre Vgho*(1) *Maestro dell' Ordine de' Predichatori, questo lavorìo ad voi mando, il quale per uficio siete sopra agli altri, e risplendente per l' onore del ministerio della sancta teologia, sete anche riccho e abbondante del lume dell' etterna sapienzia et spirituali doni, sichome le vostre confortative Lettere dichiarano, nelle quali con ammonizioni paterne, con tanta sollecitudine destando, confortavate i diletti figliuoli a pace, e a fraterna charità, a rigor della disciplina, e fervore di divozione, confermandogli alla vita di Cristo Iesù, e a perfezione di ogni virtù. Nè di queste cose ancora contento siete; e anche sollecito della salute di molti, proccurate, e invitate con fatti e con parole i miseri seguitatori di questo mondo, ch' ellabandonino, come fuggitivo, e fallace, e venghino alla vera, ed eterna sapienzia. Voi adunque, Padre Riverendissimo, ponete quì la vostra santa mano, e come in tali cose si conviene discernere, con giusto discernimento, se alcuna cosa più, o alcuna meno che non si convenga, ò iscritto, e quel che la divina sapienza v' inspirerà, a sua gloria, e utilità del prossimo, fate, e a me, vilissimo di tutti i vostri figliuoli ch' amano Iddio, perdonate per li difetti, che quì troverete &c.* Des. *e la Vergine Maria col suo Figliuolo aparendo ad alchuna persona comandò queste chose fussino comunichate e participate con tutti coloro che amono Iddio.* Liber primus, praevio Capitum Indice, inc. *La Sapienzia io amai et per lei cerchai infino da giovanezza, e cerchai di togliermela per isposa, sicome è schritto nella Sapienza, e in alchuno giovane divoto, il quale incominciandosi anpacciare nelle vanitadi del secolo nel fiore della prima giovanezza &c.* Liber secundus, item Capitum elencho instructus, des. *dove nel celestiale paese quelle sancte schiere de' beati, dopo la pellegrinazione della presente miseria, dell' abondanza della casa d' Iddio beatamente sono innebriate, contenplando te, Re di gloria, et Signore delle virtudi, nella tua bellezza, Iesu Christo Signiore nostro, il quale col Padre e col Figliuolo* (sic), *& collo Spirito Sancto vive & regnia per infinita saecula saeculorum. Amen.* Sequitur in fine alia recentiori manu, Oratio quaedam brevis, & fortasse etiam in fine mutila, ita inscripta: *Questa Oratione fece Frate Hieronymo a dì* XXIII. *di Maggio* MCCCCLXXXXVIII. *audita la Messa, quando era preparato alla Comunione, cominciò con reverentia inanzi al Sanctissimo a parlare in questa forma.* Inc. *Signiore, io so che tu se' quel vero Dio creator del mondo et dell' humana natura &c.*

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. Saec. XV. exeuntis, vel XVI. ineuntis, in cuius ultimo folio, quod pro ipsius custodia compactum est, legitur *Ricepta da bachi, o chi avessi serpi in corpo.* Constat fol. scriptis 165.

COLLECTIO RERVM MEDICARVM.

Cod. CXXXVII. INcipit a virtutibus Aquae vitae, & Rorismarini, & desinit in confectione unguenti contra paralysin, stuporem, & humorem, & omnes aegritudines nervorum. Agit autem praecipue de multis ac variis speciebus aquarum, & curatione per ipsas variorum humani corporis morborum, una cum ratione adhibenda in ipsarum compositione, ita ut Receptarium potius ad Pharmacopolas pertinens, quam Opus Medicum denominari possit.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. ineuntis, optime servatus, cum initiali littera inaurata, variisque coloribus insignita. Constat fol. scriptis 41.

ANONYMI LIBER SIMILITVDINVM alias *FIORE DI VIRTV'*.

Cod. CXXXVIII. ANonymi Liber, in quo agitur de Virtutibus, & Vitiis, & qui inscribitur, ut in fine Codicis habetur: *Libretto delle Similitudine di più ragioni aguagliato e somigliato alla natura e chostumi di bestie e uccielli.* Constat Capitibus XLII. & inc. *Amore, benevolenza, e dilicatione sono quasi una cosa, secondo che pigla Frate Tommaso nella sua Somma, dice chello primo movimento di cia-*

(1) Forte est Fr. Vgo de Prato, cuius *Sermones itinerarios dictos* an. MID. memorat tamquam exsistentes Florentiae in Biblioth. Ordinis Fr. Praedicatorum Fabricius Bibl. Lat. med. & inf. aet. Tom. VI. p. 291. citans Quetifum de Scriptoribus dicti Ordinis Tom. I. pag. 893.

Digitized by Google

ciaschuna persona si è chongnioscienza &c. Des. *e poi disse: Cresciete e moltiprichate, e rinpiete la terra, e singnioreggiate li uccielli dell'arie, elli pesci del mare, e tutti li animali chessono in terra, e il settimo dì sissi riposò del lavorìo suo. Amen.* Tum rubrica adiicitur: *Finito ene illibretto delle similitudine di più ragioni aghuagliato e somigliato alla natura e chostumi di bestie, e uccielli, come avete letto. Amen. Deo gratias.* Exstat & in Codice XCII. supra p. 90. §. IV. sub titulo *Fiore di Virtù*; heic tamen brevi Prologo est destitutus; singulis autem Capitibus exhibet variorum animalium, de quorum natura agitur, formas rudi calamo depictas. In calce habentur inepta quaedam ac superstitiosa dicta ad maledicendum bruchis, & formicis.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. Saec. XV. ineuntis, in principio aliquantum detritus. Constat fol. scriptis 50.

CONSTITVTIONES SYNODI PRAENESTINAE.

Cod. CXXXIX. CONstitutiones in Synodo Praenestina, auctoritate & iussu Marci Episcopi Praenestini, Patriarchae Aquileiensis, & Cardinalis S. Marci, in Ecclesia Cathedrali S. Agapiti congregata, editae anno Domini MCCCCLXXX. & die XXVII. mensis Maii, Pontificatus Sixti Papae IV. anno IX.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. exeuntis, diligenter exaratus, optimeque servatus, forte archetypus. Constat foliis scriptis 27.

IVLII II. PONT. MAX. APOLOGIA.

Cod. CXL. DEfensio iudicialis pro sanctissimo in Christo Patre & Domino nostro, Domino Iulio II. divina providentia Pontifice Maximo adversus calumniam & accusationem Gallorum ad clarissimos Principes Christianos, auctore Anonymo. Inc. *Quum saepe, Clarissimi Principes, memoria repeterem ignominiam, offensas, & iniurias, quas impii satellites in Iesum Christum humani generis Redemptorem intulerunt, atque eos non longo post tempore, patria eversa, ob tantum scelus, variis suppliciis affectos; existimabam audacissimum hominum genus aut exstinctum esse, aut fidei documentis instructum, ab huiuscemodi scelere abhorruisse; verum, quum e Germania Oratio, incerto auctore edita, in sanctissimum Patrem Iulium II. Pont. Max. nuper adlata esset, cognovi illius malefici generis adhuc aliquam stirpem superesse, quae quum non posset in Iesum Christum, qui stellato regnat in solio, in eius legitimum Vicarium mendosissimum calamum, venenis, & contumeliis arma &c.* Des. *in sacrosancto Romanae Ecclesiae generali Concilio, quod pro religione, fide, & omnium Christianorum Principum, ac populorum propagatione, dignitate & beneficio habiturus est, per Senatusconsulta cernere curabit.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XVI. ineuntis. Constat fol. scriptis 16.

PHALARIDIS EPISTOLAE ITALICE, INTERPR. BARPTOLEMAEO FONTIO.

Cod. CXLI. ALiud Exemplar Epistolarum Phalaridis, ex Latina versione Francisci Arretini, in Italicum sermonem translatarum a Barptolemaeo Fontio, ut in Codicibus superioribus CXXVII. & CXXXIII. Hae autem sunt numero CXXXVIII. iisque praemittuntur Praefationes duae, altera interpretis Italici, et altera Latini, ut in dictis Codicibus.

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. cum litteris initialibus Praefationum, auro, variisque coloribus depictis. Constat fol. scriptis 87.

S. GREGORII MAGNI LIBER DE CVRA PASTORALI.

Cod. CXLII. LIber Curae Pastoralis, vel Magisterii a Domno ac beatissimo Papa Gregorio ad Ioannem Ravennatem Archiepiscopum (*subintellige* missus). In quatuor dividitur Partes, ut in Codice VI. Plutei XVIII. Catalogi Latin. Codd. Tom. I. pag. 464. §. V. Praemittitur autem heic Index Capitum uniuscuiusque Partis, in principio tamen mutilus, ob unius fortasse folii iacturam: folia quoque 149. & 150. fuerunt semirecisa. Praeterea rubrica in fine legitur: *Explicit Liber quartus et ultimus beatissimi Papae et Domni Gregorii de Pastorali Cura, sive Magisterio ad Ioannem Archiepiscopum Ravennatem.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. Constat fol. scriptis 158.

ANONYMI LIBER INSCRIPTVS *LVCIDARIO*, ET ALBERTANI IVDICIS QVAEDAM.

Cod. CXLIII. I. pag. 1. OPus Morale, omni prorsus titulo destitutum, & in forma dialogi inter Magistrum & Discipulum conscriptum; apparet autem ex ipsius Introductione, *Lucidarii* titulo esse donandum; ibi enim ita legitur: *E sopra questa Opera posso bene mectere uno tale tittolo che questo Libbro puotessere chiamato Lucidario, cioè Schiaratore, peroch' elli mostra la scuritade di molte sentenze: lo mio nome vollio di tucto in tucto celare, peroch' io temo la invidia di molti homini, e che questo Libro non fosse più tosto disfacto, che tale persona lavesse facto, come io sono, sì alta Opera &c.* Introductio autem ipsa, quae cum Dialogo coniungitur, inc. *Sovente volte m'avea richiesto lo mio discepolo che io li dislegasse sen-*

Digitized by Google

sentenze che molto sono allacciate ec. Finis totius Operis ita habet: *Bel maestro, che tu possi vedere lo Re del Cielo ne la sua belleza, e che possi vedere tutti li beni nella cielestiale Ierusalem per infinita saecula saeculorum. Amen.*

Explicit Liber Lucidarii Deo gratias amen.
Manus Scriptoris salvetur omnibus horis.
Qui scripsit hunc Librum vadat anima sua in Paradisum.

II. pag. 47. Albertani Iudicis Liber sine titulo, sed qui est tertius ex iis tribus Tractatibus, quos Italice typis Iuntarum Florentiae editos fuisse anno MDCX. adnotavimus in recensione Codicum Italicorum Catalogi nostri Tom. V. pag. 325. not. (1) quique agit de sex loquendi modis. Constat autem Capitibus VI. quorum primum inc. *In delo incominciamento, et allo mezo, et a la fine del mio Trattato sia presente la gratia dello Spirito Sancto. Amen. Inperochè molti errano in del parlare, et non è nessuno che compiutamente possa domare la lingua sua ec.* Vltimum des. *et così sarai ardito maestro di parlare, et di tacere, et di fare, et prega Dio, che m' à dato gratia di potere dire queste cose, che ne conduchi alla gratia di vita etterna per infinita saecula saeculorum. Amen.*

Codex membranaceus MS. Italicus in 8. Saec. XIV. ineuntis, optime servatus, cum figuris in principio utriusque Operis rudi calamo delineatis. Constat fol. script. 56.

PRISCIANI EPITOME.

Cod. CXLIV. TItulus Codicis ita habet: *Prisciani Grammatici Excerpta ex primo Libro*: potest autem ita restitui: *Prisciani Grammatici de octo partibus Orationis Libri XVI. in compendium redacti*, & quidem, ut ex Codice CLXXXXV. infra recensendo eruitur, a Francisco Patricio. Inc. *Vox est aër tenuissimus ictus, vel suum sensibile aurium; prior diffinitio est a substantia, altera a notione, idest accidenti; dicitur autem a vocando, vel a ϛοάω.* Des. *nonnullae praepositiones sibi praepositae inveniuntur, tam eiusdem potestatis, quam alterius. Virg. Aen. primo:*

Atque equidem memini Teucrum Sidona venire.

Cic. in Prognosticis:

Ast autem tenui quae candet lumine Phirne.

Telos.

Clauditur autem haec Prisciani Epitome sequenti tetrasticho elegiaco:

Quum legeris nostri compendia parva laboris,
Dicere non pudeat, gratia magna tibi.
Nam quae vix poteras multis ediscere in annis,
Mensibus haec paucis nunc meminisse potes.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. optime servatus, & cum vocabulis graecis suo loco rite conscriptis. Constat fol. scriptis 101.

INNOCENTII PAPAE III. DE VILITATE CONDITIONIS HVMANAE LIBRI III.

Cod. CXLV. COncordant cum Codice XXVII. Plutei XII. Biblioth. Mediceae Laurent. Catalogi nostri Latin. Codd. Tom. I. pag. 32. §. XII. ubi habentur sub titulo *de contemptu mundi*. Heic singulis Libris praemittuntur Capitum tituli.

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. optime servatus. Constat fol. script. 33.

ROBERTI MONACHI CISTERCIENSIS DE CHARITATE LIBER.

Cod. CXLVI. ROberti cuiusdam Cisterciensium Ordinis Liber de Charitate. Inc. *Dilectissimo in Christo fratri meo de Septimo Monacho Cisterciensi Presbytero Girardo de Florentia Robertus vocatus Monachus Cisterciensis ingentes salutes, & devotam charitatem. Testis est in caelo, quam multum te cupiam in visceribus Iesu Christi una efficere plenos charitate, quam optas a me advenisse &c.* Des. *& haec est summum bonum, & sancta fruitio, quae est, & debet esse finis noster. Amen.* Tum subiicitur: *Explicit hoc folliculum, sive flosculum de Charitate, atque de accidentibus eius, symbolum facientibus ad eam, per Monachum Presbyterum nomine Cistercensem* (corr. *Cisterciensium*); *emissum est in Monasterio Boni Solatii de Mucello, extra munia Civitatis Florentiae per decem milia in hoc instantaneo anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi Filii Dei vivi* MCCCCLXXX. *die* 24. *Martis ad horam* 23. *de mense Novembris, regnante in magno Pontificatu, sanctissimo, ac servo primo servorum Dei nostro Pastore Papa Sixto quarto, divina gratia, & bene merito experimento sanctae Synodi, & divina gratia decimo anno sui Pontificatus. Ceterum tu recipiens &c. vale, & pro me ora, et me mutuo dilige. Ex Boni Solatii sancto Bartolomaeo.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. exeuntis, cum variis glossis marginalibus eiusdem manus, forte autographus. Constat fol. scriptis 62.

FR. MARIANI DE VVLTERRIS CARMINA SACRA.

Cod CXLVII. FRatris Mariani de Vulterris Ordinis Cartusiensis Carmina sacra, seu preces ad Virginem Deiparam, Iesum Christum, & ad varios Sanctos, versibus, utplurimum, hexametris. Primi Carminis argumentum disticho rubricato expressum ita habet:

Christiferae cupiens interdum psallere matri,
Vt tua grata sibi sit vox, haec praecine metra.

Inc.

Susci-

Digitized by Google

Suscipe, sancta Parens, has laudes, Virgo benigna,
Quas tibi persolvo poscens tua munera digna &c.

Vltimum, cuius argumentum ita exprimitur,

Iam consumpta videns fragilis mihi tempora vitae
His satago precibus Domini placare tribunal,
Vt superet pietas caelestis iudicis iram,

ita desinit.

Sic grates reddens, moriens conformia, Christe,
Verba tuis referens, conformia munera sumam
Cum grege salvando, cui consumasse fateris
Cuncta salutaris pietatis munera gratis.

Inter haec notanda est Invectiva quaedam satis prolixa, carmine item heroico, contra Antonium Panormitam obscaenum poëtam, ob editum, ut videtur, Hermaphroditum, quae pag. 74. b. ita incipit:

O nimis horrendum, nimis o vitabile monstrum,
Cur geris humanam faciem, cur voce loquendo
Decipis incautos? Reputant ratione capacem
Te fore, dum voces humanas perstrepis, illas
Turpisonus rhetor funesto carmine pingens.
Pestifer in blanda latet horridus hamus in esca.

Finis litteris rubricatis sequens est:

Haec si vulgantur mea carmina, forte revellent,
Quod male sevisti semen, quod toxicat omnes
Mentes. Ergo tibi confert vulgatio talis,
Vt sit poena minor, perimas sic carmine paucos,
Infectis si prompta datur medicina salubris.
Amen.

Sequitur pag. 78. b. Argumentum alterius Carminis, quod ita se habet:

Hanc auctor Thomae Senecae cognomine misit,
Nempe poëtizans, rogat ad dictamina Christi,
Arceri Musas, solitas ad vana vocari,
Quum sibi Pieridum te consona concio fratrem
Prorsus adoptarit &c.

Tandem pag. 82. Carmen aliud occurrit tali inscriptum titulo:

Antonius quidam, quem Mantua clara Marone
Canonicum titulat, satagens laudare poëtas,
Arguit auctorem, quia sacris versibus acrem
Garritum clamore gravi praemisit, eosdem
Nempe poëtistas, & vana poëmata damnans.

Inc.

Quisquis es, o quam sacra canis veneranda, nec aequis
Edita principiis! &c.

Huic subiicitur: *Epistola responsiva Rev. Fratris Mariani de Vulterris, Ordinis Cartusiensis ad Dominum Antonium Canonicum Mantuanum*, quae inc.

Auctor in Antonium respondens invehit acre.
Ille ego tranquillo Monachus vallatus in antro,
Et gregis, & ruris iamdudum spernere curas
Mente manu potui &c.

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. in cuius calce legitur: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia*, forte autographus, licet a pag. 118. usque ad finem, diversa manu sit exaratus. Constat fol. scriptis 136.

ANONYMI HISTORIA TROIANA ET ROMANA.

I. pag. 1. IN principio occurrit instar Prologi Summarium totius Operis; etenim post titulum rubricatum: *Queste sonno le Storie de Troia et de Roma*; ita Auctor incipit: *Ad honore de lo omnipotente Dio et ad utilitate de li homini ke questo libro legeraco* (sic), *et usannolo de legere ke lo faza sapio, noi commenzamo da lo primo homo fi ad la citate de Roma, como fo facta. Imprimamente vengamo a le nomina de li Regi, et a le nomina de li Consoli de essa la citate, et le vattalie, & le victorie de diversi* (sic) *genti, et de diverse provincie ke abero, & li facti de li Imperatori, sicomo in diversi libri trovamo. Et mo dicamo de la prima etate.* Prosequitur usque ad victoriam de Persis ab Eraclio reportatam. Opus divisum est in Capita, nullis tamen distincta numeris, sed titulo tantum rubricato instructa. Primum Caput, *De la prima etate*, inc. *Adam fece Seth, lo quale fo dicto filio de Dio ec.* Vltimum *de Domitiano* des. *& fo molto studioso in lectera et prudente in vattalia.* Tum subiiciuntur anni, quibus regnarunt Imperatores sequentes usque ad Heraclium. Clauditur verbis: *Benedicamus Domino. Deo gratias. Amen.* Cod. CXLVIII.

II. pag. 41. Opusculum de Miraculis Vrbis Romae lingua Neapolitana, ita enim inscribitur: *Queste sonno le miracole de Roma.* Incipit a Neronis Palatio, & quidem sic: *Infra lo palaczo de Nero fo lo templo de Dio Appolline, la dovene mo santa Petronella, nanti lo quale palaczo ene la Basilica, la quale se clama Vatticano, et ene adhornata et facta de musini et de vitro &c.* Des. *De Archario. Archarius, lo quale era clamato secreto. Et de sapere le secrete cose, et le consilia delo Imperatore, et de recogliere lo incenso de lo Imperatore.*

III. pag. 49. De Regionibus Vrbis Romae ex Publio Victore Excerptum. Inc. *De la prima Regione di Roma. Regio prima Porta Capena, la dove la casa de lo Honore et dela Virtute, et lo palazzo de Prometeo.* Desinit in descriptione tertiae decimae Regionis; & in verbis: *et avea* XXVII. *cocine, et era granne* XXXIV. *mila pedi.* In fine occurrit Epigramma Italicum, vulgo *Sonetto*, contra feminarum perfidiam, quod inc.

Qual uom di donna fusse conoscente ec.

Codex membranaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XIII. Constat fol. scriptis 52.

ANO-

Digitized by Google

ANONYMI TRACTATVS CONTRA MALEFICOS.

Cod. CXLIX

PRaecedit Auctoris Epistola nuncupatoria ad Ludovicum de Rupe Canardi Episcopum Santonensem, quae inc. *Supra vires arduum Opus etiam exploratas considero, Reverendissime Pater et Domine honorandissime, Domine Ludovice de Rupe Canardi, insignis moribus ab ephebis, & claro sanguine generose, quem scientiae titulis, eloquentiae dotibus, sapientiae donis, & totius probitatis in omnium virtutum laudibus commendatum per Orbem, Romam, Venetias, & Ierusalem usque, ubi primum primae Missae sacrificium Deo Patri in memoriam passi ibidem Domini, cum lacrymis devotionis obtulistis, late & amplius fusis, pius Dominus Ecclesiae sanctae suae custos, & sponsus Iesus Christus, voce Sancti Spiritus in Episcopum Santonensem elegit atque vocavit, gregem suum verbo, doctrinae subsidiis, & exemplo vitae pastum, vestro rogatu, quem, ut facere teneor ex pluribus beneficiis ad amplum receptis a vobis, pro mandato recipio inviolabilique praecepto, iussistis, ut Tractatum contra maleficos, quorum pestis nunc serpit amara nimis in Regno, componere, atque dubiorum, quae de potestate, actu, usuque eorum, apud plures modo vario decidenda recipiuntur, quantum ut possum, parumque possum, patefacere veritatem &c.* Des. *in cultum & gloriam Sanctorum, in confusionem hominum perversorum, & in reprobationem maleficorum, exaltationem vero iustorum, praestante Domino Iesu Christo per omnia saecula victore glorioso. Amen.* Opus inc. *Quoniam tempore multo nimis Anglorum invasionibus nobile & omni sapientia plenum, Deo permittente, multipliciter vastatum Regnum Franciae fuit atque depopulatum &c.* Des. *& sic inducunt homines ad credendum magicas artes ex se virtutem habere, per quam perfidus hostis mala semper operatur, quae quidem virtus non magicarum artium, sed daemonum est; a quibus nos, & populum suum Christianum protegat Dominus firmos, & ei in charitate acceptos. Amen.* Tum subiicitur: *Iste Tractatus sui complementum accepit anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, Iulii die undecima. Laus Christo.* In prima membrana, quae pro Codicis custodia inservit, adscribitur: *Nota che questo Libro l'avevo portato io Tommaso Poggini al Reverendo Inquisitore Maestro Antonio Cinori in Santa Croce di Firenze, perchè e lo vedesse, et gniene lasciai per considerarlo, et sua Reverenzia melo rimandò a dì 27. di Giugno* MDLIX. *et me lo riportò Don Cornelio da Vdine, Cantore, et Officiatore in S. Giovanni di Firenze.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XV. optime servatus, cuius prima pagina egregie depicta est, exhibetque imaginem quamdam hominis in throno sedentem, & variis stipatam figuris, partim humanis, partim belluinis, ab eius quodammodo nutu pendentibus. Constat fol. scriptis 73.

P. OVIDII NASONIS AMORES.

Cod. CL.

I. pag. 1. OVidii de Arte amandi Libri III.

II. pag. 48. Eiusdem de Remedio amoris Libri II.

III. pag. 64. b. Eiusdem de sine titulo, seu potius Amorum Libri III. praevio Epigrammate in Amores suos.

IV. pag. 114. Eiusdem in Ibin Libellus.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. minori Saec. XV. mirandae pulcritudinis & elegantiae, cum titulis aureis, & pictura ad singulos Libros, in cuius prima pagina stemma Mediceum annulo inclusum, postea deletum, adpositum fuerat, Bibliothecae Laurentianae dono datus a Petro Leopoldo M. D. E. nunc Augustissimo Imperatore die XIV. Novembris anno MDCCLXXXIX. quem nos heic reposuimus sub N. CL. loco Codicis Arabici, in fine recensendi. Constat fol. scriptis 127.

ANONYMI VITA SCHOLASTICA.

Cod. CLI.

ANonymi Libellus versibus elegis valde rudibus, inscriptus, ut habetur in fine, *Vita Scholastica*, utpote qui continet praecepta moralia ad vitam recte instituendam. Inc.

Hic rudium primo vivendi forma docetur,
Postmodo doctorum, denique finis erit.
Christe veni, remoque tuo succurre benignus,
Transferat ad portus navis ut ista suos.
Vt per grammaticam sapientia possit haberi,
Hic claves, lector, dat tibi quinque Liber &c.

Des.

Nostrae nunc claudat discretio lũra (1) *musae.*
Omnia (2) *quod est nimium, taedia ferre solet.*

Tum subiungitur:

Iste Liber merito sit Vita Scholastica dictus.
Qui scripsit hunc Librum, vivat in Paradiso.
Qui scripsit scribat, semper cum Domino vivat.
Vivat in caelis opus vivus (3) *nomine felix.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. in cuius limine legitur: *Iste Liber est Nicolai Lucae Georgii Nicolai Lucae Fei de Vgolinis.* Constat fol. scriptis 20.

ANO-

(1) Vel *luia*, utrumque tamen valde obscurum.

(2) Ita est in Codice; sed legendum *Omne*; sciendum est enim, praeter styli ruditatem, Opus hoc innumeris exscriptoris mendis scatere.

(3) Illa vox *vivus* addita fuit posterius in spatio, quod ab exscriptore vacuum fuerat relictum.

Digitized by Google

ANONYMI FASCICVLVS MIRRHAE.

Cod. CLII. ANonymi Liber Asceticus, seu Meditationes de vita, passione, & glorificatione Domini nostri Iesu Christi. Prooemium, in quo auctor rationem reddit, quare huic Opusculo titulum *Fasciculi Mirrhae* fecerit, idque in duodecim Capita, quae *Fructus* vocantur, distribuerit, post verba Apostoli *Christo confixus sum cruci*, in rubrica exarata, inc. *Verus Dei cultor Christique discipulus, qui Salvatori omnium pro se crucifixo perfecte configurari desiderat, ad hoc potissimum attento mentis conatu debet intendere, ut Christi Iesu crucem circumferat iugiter tam mente, quam carne, quatenus praefatum Apostoli verbum veraciter valeat in semetipso sentire*. Des. *expergiscere proinde anima Christo devota, & singula quae dicuntur de Iesu diligenter discute, attente considera, & morose pertracta*. Caput, seu Fructus primus inscriptus: *Praeclaritas originis. Christus ex Deo genitus*, inc. *Quum Iesum audis ex Deo genitum, cave ne mentis tuae oculis infirmum aliquid carnalis cogitationis occurrat &c.* Fructus XII. inscriptus: *Aeternitas regni. Iesus Rex Regis filius*, des. *haec & nunc per crucem tuam petimus obtinere ad laudem sanctissimi Nominis tui, cui cum Patre & Spiritu Sancto omnis sit honor & gloria, gratiarum actio, decus & imperium per infinita saecula saeculorum. Amen*. Claditur Opus Oratione quadam satis longa ad Iesum, quae inc. *Scio, dulcissime Domine Iesu Christe, quod non sit speciosa laus in ore peccatoris &c.* Des. *placeat itaque bonitati tuae de multitudine miserationum tuarum conferre mihi peccatrici indignae memoriam devotam passionis tuae, consummationem perfectam poenitentiae inceptae = in laetissima societate tua, & reverendae genitricis tuae, & sancti Francisci Patris nostri, & omnium electorum. Qui vivis & regnas &c.* Ex quibus postremis verbis erui potest, hasce pias meditationes alicui sanctae feminae ex Ordine Franciscano esse tribuendas.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. charactere grandiori exaratus, in cuius primo folio legitur: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis*. Constat fol. scriptis 78.

GVILELMI OCCHAM EXPOSITIO IN PORPHYRIVM ET ARISTOTELEM.

Cod. CLIII. I. pag. 1. GVilelmi Occami Expositiones super Isagogen Porphyrii, & Aristotelis Praedicamenta, & alios Libros, ita perverse exaratae, ut vix ipsarum initium dare licuerit; ac propterea qui rubricas Capitibus Librorum apposuit, in fine Libri Praedicamentorum ita subiecit: *Qui scripsit scribat, sed non de tali littera merdosa*. Expositio igitur in Librum Isagoges Porphyrii inc. *Quoniam omne operans, quod in suis operationibus &c.*

II. pag. 89. Anonymi Commentarius in primum, & secundum Aristotelis Physicorum Libros inc. *Ad evidentiam eorum, quae in Libro declarantur Physicorum &c.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. perplexae scripturae, in fine mutilus. Constat fol. scriptis 105.

INSTITVTIO PRO REVERENDISS. CARDINALIBVS.

Cod. CLIV. LIber continens ritus, ac caeremonias observandas a Cardinalibus iuxta varia quibus funguntur munera, & pro rerum, ac temporum opportunitate diversa, quorum omnium Index accuratissimus occurrit fol. 66. 67. & 68. Inc. *In prima Dominica Adventus Reverendissimi Cardinales proficiscuntur ad Palatium cum cappis pontificalibus violaceis &c.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XVI. exeuntis. Constat fol. scriptis 68.

R. IONAE FILII ABRAHAMI COMMENT. IN TALMVD ET ALIA.

Cod. CLV. I. pag. 1. RIonae filii Abrahami Commentarius in Tractatum Talmud. *Avoth seu Patuem*. Ad calcem: *Absolvi hunc Librum die prima mensis Adar secundi anno* 5242. (Chr. MCCCCLXXXII.)

II. pag. 55. R. Enochii filii Salomonis Constantinopolitani Liber Maroth Elohim, *Visiones Dei*. De eo vid. Wolfium Biblioth. Hebr. Tom. I. pag. 382., & T. III. pag. 264.

III. pag. 81. Anonymi Opus Grammaticum, seu Institutiones linguae sanctae. In fine legitur: *Absolutum feria V. die* XII. *mensis Sivan an.* 5242. (Chr. MCCCCLXXXII.)

IV. pag. 135. R. Kalonymi Liber Mascared Moscè *Servus Mosis*. De eo Wolfius loc. cit. Tom. I. pag. 1004. & Tom. III. pag. 969.

V. pag. 215. Aristotelis Liber de Anima hebraice versus.

Codex chartaceus MS. Hebraicus in 4. Saec. XV. Constat foliis scriptis 332.

PROVINCIALE CANCELLARIAE ROMANAE CVRIAE.

Cod. CLVI. I. pag. 1. LIber inscriptus: *Provinciale Cancellariae Romanae Curiae*, seu Enumeratio earum Vrbis Ecclesiarum, quarum titulis Cardinales, tam ex ordine Presbyterorum, quam Diaconorum sunt insigniti, nec non Sedium Archiepiscopalium, & Episcopalium singularum Provinciarum, & Regnorum totius orbis, cum nonnullis additionibus factis manu saeculi XIV. exeuntis circa promotiones quasdam ad Se-

Digitized by Google

des Archiepiscopales in partibus infidelium, Inc. *In Civitate Romae sunt V. Ecclesiae Patriarchales, videlicet Ecclesia S. Ioannis Lateran. &c.*

II. pag. 14. * Nicolai Papae III. Constitutio, quae inc. *Exiit qui seminat seminare semen suum de sinu patris in mundum &c.* Des. *Datum Suriani* XVIIII. *Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo. Amen.* (1)

III. pag. 26. b. Ioannis XXII. Constitutiones novem, datae Avenione, quarum * prima inc. *Ad conditorem Canonum non est dubium pertinere &c.* * Secunda pag. 32. inc. *Quum inter nonnullos viros Scholasticos saepe contingat &c.* * Tertia pag. ead. b. inc. *Quia quorumdam mentes sic pater mendacii dicitur excaecasse &c.* * Quarta pag. 39. b. inc. *Suscepti regiminis nos cura sollicitat &c.* * Quinta pag. 40. b. inc. *Sedes Apostolica in suis actibus veritatem prosequens &c.* * Sexta pag. 41. b. inc. *Exsecrabilis quorumdam, tam religiosorum, quam saecularium ambitio &c.* * Septima pag. 43. b. inc. *Quorumdam exigit caecae scrupulositatis ambiguum &c.* * Octava pag. 47. b. inc. *Sancta Romana atque universalis Ecclesia, cui auctore Domino licet immeriti praesidemus &c.* * Nona p. 49. inc. *Divinis exemplis, quae nostrorum debent esse actuum regula, patenter instruimur &c.*

IV. pag. 51. Honorii Papae III. Constitutio pro confirmatione Regulae Ordinis Fratrum Minorum. Inc. *Honorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Fratri Francisco, & aliis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum salutem & Apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, & honestis petentium desideriis favorem benivolum impertiri &c.* Des. *Data Laterani tertio Kal. Decembris Pontificatus nostri anno octavo.* Edidit Lucas Waddingus in Annalib. Minor. Romae typis Rochi Bernabò MDCCXXII. fol. Tom. II. pag. 70.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XIII. in cuius prima pagina, quae multum est evanida, figuram videre est pontificali habitu indutam. Constat fol. script. 53.

VITA SANCTI FRANCISCI AVCT. S. BONAVENTVRA.

Cod. CLVII. VIta S. Francisci scripta a S. Bonaventura, cum Prologo & Indice Capitum in principio, non tamen integra; exhibet enim prima tantum Capita octo, qualia habentur inter eius Opera impressa Lugduni MDCLXVIII. a pag. 273. usque ad pag. 288.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis nitide exaratus, in cuius prima pagina initialis Prologi littera inaurata depictam exhibet S. Patris Francisci cinericio sacco induti, cum signis stigmatum, effigiem. Constat fol. scriptis 48.

CODEX HEBRAICVS.

Cod. CLVIII. RIsaaci Israëlitae Iesod olam Opus astronomicum ineditum. Ad calcem dicitur scriptum anno 5256. (Christi MCCCCXCVI.) die XXVIII. mensis Sivan in Vrbe Porto Lusitaniae.

Cod. chartac. MS. Rabbinicus in 4. Saec. XV. in principio, & in fine aliquantum detritus. Constat foliis scriptis 236.

BVLLAE DIVERSORVM PONTIFICVM.

Cod. CLIX. EVgenii IV. Pii II. & Nicolai V. Romanorum Pontificum Bullae in favorem Congregationis Monachorum S. Iustinae Ordinis sancti Benedicti, quarum haec sunt initia.

I. pag. 1. Eugenii IV. Bullae undecim, quarum * prima inc. *Etsi ex debito ministerii pastoralis quibuslibet personis regularem vitam professis &c.* Secunda pag. 11. inc. *Regularem vitam agentibus Apostolicum convenit adesse praesidium = auctoritate Apostolica statuimus, & decernimus, omnia, & singula instituta, ordinationes, correctiones, & mandata Capituli Generalis &c.* Exstat in Bullario Tom. III. Parte III. pag. 14. Tertia pag. 15. b. Eadem est ac superior. * Quarta pag. 23. inc. *Etsi quaslibet personas saeculi desideriis abdicatis omnium conditori Domino sub regulari observantia famulantes &c.* * Quinta pag. 28. b. inc. *Licet ex debito pastoralis officii circa regimen Monasteriorum omnium sollicite intendamus &c.* Sexta pag. 30. inc. *Ad Ecclesiarum & Monasteriorum, ac personarum Ecclesiasticarum, praesertim regularem vitam professarum, statum salubriter dirigendum &c.* Tom. cit. pag. 17. Septima pag. 31. b. inc. *Ex iniuncto nobis desuper Apostolicae servitutis officio &c.* Ibid. pag. 271. & est sub Iulii II. nomine. Octava pag. 33. b. inc. *Militanti Ecclesiae licet immeriti, disponente Domino, praesidentes, circa curam Ecclesiarum &c.* Ibid. pag. 17. Nona pag. 37. inc. *Romani Pontificis prudentia circumspecta circa quorumlibet Monasteriorum & aliorum religiosorum locorum &c.* Ibid. pag. 3. sub Eugenii IV. nomine. * Decima pag. 39. b. inc. *Sanctae religionis zelus, sub qua dilecti filii, universitas Abbatum, Priorum, Monachorum &c.* * Vndecima pag. 42. inc. *Acceptam Deo & hominibus novellam dilectorum filiorum Congregationis Monachorum &c.* Tum pag. 44. subiiciuntur Litterae Capituli cuiusdam Generalis dictae Congregationis celebrati anno MCCCCXXXV. die XIV. Maii in Monasterio S. Benedicti de Padolirone dioecesis Mantuanae, pro attestatione cuiusdam Privilegii a dicto Papa Eugenio IV. eidem concessi &c.

* II.

(1) Quas non invenimus in Bullario magno, eas tam heic, quam in seq. Cod. CLIX. asterisco distinximus.

Digitized by Google

II. pag. 46. * Nicolai V. Bulla unica pro confirmatione privilegiorum a Martino V. Eugenio IV. aliisque Pontificibus Congregationi S. Iustinae Ordinis S. Benedicti concessorum, quae inc. *Licet ex debito Summi Pontificatus officii nobis desuper iniuncti circa quorumlibet fidelium &c.* Des. *Datum Spoleti anno Incarnationis Dominicae* MCCCCIX. (1) *octavo Idus Iulii, Pontificatus nostri anno tertio.*

III. pag. 47. Supplicatio Praesidum, ac Visitatorum dictae Congregationis ad Pontificem (forte Nicolaum V.) pro obtinenda facultate absolvendi ab omnibus censuris Sedi Apostolicae reservatis &c. cui subiungitur *gratia data Ferrariae quinto Kal. Iulii anno VIII.*

IV. pag. 48. b. * Pii II. Bulla unica item pro confirmatione privilegiorum, ut supra, dictae Congregationi a Pontificibus praedecessoribus concessorum, quae inc. *Licet ex debito Summi Pontificatus officii &c.* Des. *Datum Romae apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae* MCCCCLVIII. XV. *Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno primo.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. exeuntis. Constat fol. scriptis 50.

CHRONICON SVMM. PONTIFICVM.

Cod. CLX. CHronicon Summorum Pontificum, incipiens a primo & Summo Pontifice Iesu Christo, & desinens in Martino IV. anno MCCLXXX. Praecedit auctoris anonymi brevis Prologus, qui inc. *Cogis me, Reverendissime Pater, ut aliqua Summorum Pontificum gesta tibi innotescam. Ego vero, quamquam ingens sit labor, variisque negotiis occupatus, tamen tuae Paternitati parere desiderans, quidquid attingere potui ex Chronicis Damasi PP. Paulli Romani Diaconi Cardinalis, Bobini Sutrini Episcopi, Eusebii Caesariensis, Ricchardi Monachi Cluniacensis, Goctifredi Viterbiensis, Fratris Vincentii Beluacensis, Fratris Martini Ordinis Praedicatorum, aliorumque plurium, qui haec amplissime scripserunt &c.* Des. *tuoque desiderio satisfacere. Vale.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. Constat fol. scriptis 35.

MISCELLANEA QVAEDAM.

Cod. CLXI. I. pag. 1. SEptem Psalmi Poenitentiales cum Litaniis & Precibus usque ad Psalmum *Deus in adiutorium meum intende &c.* exclusive, adposito in fine anno MCCCCLIX.

II. pag. 6. M. T. Ciceronis Epistolae VIII. ex eius Familiaribus selectae.

III. pag. 9. Ab hac pagina usque ad finem Codicis occurrunt variae formulae Actuum Iudicialium, videlicet *Accusationis damnorum datorum, Notificationis, Cedulae Informationis, Litterarum Examinationis Testium, Petitionis, Sequestrorum, Syndacatuum, Inquisitionis, Prosequutionis, Mulctae, Condemnationis &c.* Tum formulae *Litterarum ad Potestatem Florentiae,* & ad alios viros aliqua dignitate conspicuos, veluti Gubernatores Vrbium, Castrorum, aliorumque locorum, tam Districtus Florentini, quam ditionis Pontificiae, ita ut Promptuarium dici possit cuiusdam Notariorum artem exercentis, qui ita se prodit pag. 41. *In Dei nomine amen. Io Piero d' Antonio da Sancta Croce Notaro scriverrò quì in questa carta tutti e ciascheduni Uffici farò, et i nomi di choloro con chi starò, chominciando nel 1458. Fui fatto Notaro a dì 21. di Novembre da Bartholomeo Fortini Cittadino Fiorentino, et non n' ebbe mai nulla; fui matricholato a dì &c.* Inter haec tamen permixta sunt alia diversi generis, videlicet p. 10. *Epistola S. Hieronymi*, sed apocrypha, quae inc. *O miserorum misere, melius esset tibi, te in carcerem duci, quam uxorem ducere &c.* A pag. 31. b. usque ad 38. Cantiunculae Italicae eroticae, sed valde rudes. Pag. 45. quaedam astronomica de Luna & Sole. A pag. 46. usque ad 54. Excerpta grammaticalia. Pag. 73. *Epistola qualitatis Dei*, quae inc. *Apparuit temporibus nostris, & adhuc est homo magnae virtutis, cui nomen est Iesus Christus, qui dicitur Propheta veritatis &c.* Pag. 84. redeunt aliae Cantiones, partim profanae, partim sacrae; ac tandem pag. 88. nonnulla Arithmeticae praecepta.

C. Alvisi Coll. opuscoli editi e inediti X (Trieste, 1884), 53-5.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. scriptus manu praedicti Petri Antonii de Sancta Cruce anno MCCCCLIX. Constat fol. scriptis 95.

NICOLAI ANTIDOTARIVM.

I. pag. 1. *ANtidotarius Salernitanus a Magistro Nicolao compositus*, seu potius Nicolai Salernitani Antidotarium, ordine alphabetico dispositum, cum suo Prologo, cuiusmodi exstat in Codice XXXII. Plutei LXXIII. Bibliothecae Laurentianae, Catalogi Tom. III. pag. 58. §. I. cum quo tam Prologus, quam Antidotarium concordat quoad initium, & finem. *Cod. CLXII.*

II. pag. 27. b. Opusculum inscriptum: *Tabulae Salernitanae*, seu Catalogus Medicamentorum simplicium iuxta facultatum seriem dispositorum. Inc. *Primo pabulo Salernus medicinalis sapientiae condimentis & physicae speculationis refectus &c.* Des. *salvia, castoreum, carcinus benedictus. Expliciunt Tabulae Salernitanae. Deo gratias. Amen.* Continet autem enumerationes variarum herbarum in tot Capita distributarum, quot sunt effectus, quos in medicina producunt.

(1) Error in anno, quum scribi debuisset MCCCCXLIX.

Digitized by Google

III. pag. 30. b. Sequuntur Doses Medicinarum, variae Electuariorum, oleorum, & pillularum species &c. Inc. *Anacardorum drach.* II. *vel* III. *&c.* Tum adiiciuntur versiculi quidam ad sanitatem tuendam, qui inc.

Prima dies venae, modicae sit dedita coenae &c.

IV. pag. 32. Opusculum, cui titulus: *Liber quid pro quo*, scilicet succedanea. Inc. *Pro acatia, succus lentisci. Pro semine canti, semen lini.* Des. *Pro hypericon, acatia; Pro Iris illyrica, yreos.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XIII. binis columnis exaratus. Constat fol. scriptis 32.

FABRICII NOVOCOMENSIS OPVSCVLVM DE PRAESCIENTIA DEI, &c.

Cod. CLXIII. TItulus ita habet: *Fabricii Novocomensis ad Reverendissimum in Christo Patrem & Dominum D. Ludovicum de Gonzaga Marchionem Electumque Mantuanum de praescientia Dei, & cruciatu animae separatae Libellus.* Epistola nuncupatoria inc. *Summum & omnino mirandum illud totius naturae iubar & prodigium, Aristoteles, Reverendissime Praesul, cui videtur infusum quidquid naturaliter capax est genus hominum, & in quo naturam ultimum fecisse conatum, suus commentator testatur Averrois = Quum igitur virtutes omnes in te uno cubilia sua posuisse videantur, quis te non diligit, colit, & observat = Vtrum vero, Praesul Reverendissime aeques, an superes paternam virtutem, minime diiudicare ausim, ne, si te velim anteponere patri, te offendam in patre; si vero tibi praeferam parentem, minus praeconia tua exsequar, quam requirant. Hoc tamen unum silentio minime involvam, parentem tuum Ludovicum, totius probitatis & iustitiae decus & specimen exstitisse; ut si quis Principem optimum describere velit, sub nomine ipsius definire possit. Eximias vero virtutes tuas nec ingeniolo meo metiri, neque balba cespitanteque lingua mea satis explicari posse arbitror. = Ergo quum tantum in te virtutis, tantum probitatis, tantum amplitudinis, tantum animi celsitudinis eluceat, putavi mea nonnihil interesse, tanti gratiam Praesulis, quae plurimum habentibus illam profuit, aliquo mihi munusculo conciliare. Sed quum mihi res angustissima domi sit, ut ne pauper quidem dici possim, quoniam attestante Martiale, non est paupertas habere nihil, quod munus tibi offeram? non aes conflatile, non agrorum iugera, non pretiosas gemmas = sed haec quoque tua magnitudine minora sunt. Quid igitur offeram? Id quod Socraticus Aeschines, qui, ceteris amplissima praeceptori munera offerentibus, quum tenuissimae esset fortunae, seipsum obtulit; totum quippe dedit, qui seipsum tribuit. Animum igitur mentemque, ac exiguum intelligere tibi offero meum, quo preciosius habeo nihil; dicabo tibi hebes ingenium meum, plurimo situ obductum, ac novam editionem, quomodo rerum contingentia certitudini divinae cognitionis non repugnet, & invariabilis scientia Dei necessitatem rebus non imponat, tuae Reverendissimae Dominationi dicatam offero. Nec me tanti esse putes, ut materiam perdifficilem, in qua saepenumero multi cespitarunt, & multa praeclara ingenia titubarunt, ex meo sensu extricare valeam = Accipe igitur, Reverendiss. Praesul, Opusculum hoc multis vigiliis elucubratum, quod ne inordinatum appareat, in septem Partes illud distinguere curavi. Prima namque Pars necessarii contingentisque distinctionem complectitur. Secunda necessitatis & contingentiae opiniones, & earum improbationes narrat. Tertia, utrum divina scientia ad particularia se extendat, errores falsitatis refellendo, sufficienter explicabit. Quarta conclusionem positam nonnullis apparentibus mediis impugnabit. Quinta conclusionem ipsam clare satis elucidat. Sexta conclusionem verissimam esse demonstrat. Vltima argumenta in oppositum facta dissolvit &c.* Des. *Vale, atque utinam Nestoreos, sed laetos dent tibi fata dies.* Libellus inc. *Antequam pelagus hoc immensum, & inextricabilem labyrinthum ingrediar, iuxta doctrinam, quam Philosophus in Elenchis tradit &c.* Des. *sicut etiam motor caeli, quum sit spiritualis, spirituali tactu tangit caelum ipsum movens, per modum quo dicitur contristans tangens, sicut dicitur in primo de Generatione. Et hoc sufficit ad actionem.* Nihil de hoc apud Fabricium.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XVI. nitidissime scriptus, & cum initiali Epistolae nuncupatoriae littera aurea, variisque coloribus exornata; aureae quoque sunt variarum sectionum, in quas dividitur Libellus, initiales litterae. Constat fol. scriptis 20.

LVDOVICI DE GVASTIS EPITOME HIST. NAT. PLINII.

LVdovici de Guastis ad Dominum Paullum Guinisium Principem Lucensem *Cod. CLXIV.* ἐπιτομὴ Plinii Secundi Historiae Naturalis. Liber I. inc. *Mundum, sive caelum, sub quo clauduntur singula, aeternum & ingenitum, nec interiturum esse dignum est credere.* Liber XXXVII. des. *& quum multa sint iaspidum genera, sufficiat Celsitudini tuae, P. I. quod de his dictum est; nam Epitoma hoc est, idest breviatio, in qua fuit animus primo minima ex multis excerpere, secundo haec ipsa plano ac omnibus lucido sermone proferre.* Θεῷ δόξα. Ne verbum quidem de hoc Epitomatore apud Fabricium.

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XV. exeuntis, optime servatus. Constat fol. scriptis 105.

DO-

Digitized by Google

DOMITII CALDERINI COMMENT. IN IVVENALEM.

Cod. CLXV. PRaecedit Commentario *Poëtae Vita*, Vitae vero titulus: *D. Calderini viri clarissimi Interpretatio super Iuvenalem Satyrum bono sidere incipit*. Vitae initium est: *Iunius Iuvenalis libertini locupletis incertum filius, an alumnus, ad mediam fere aetatem declamavit &c.* Finis: *hunc temporibus Domitiani floruisse nimis otiosa disputatione alii tradiderunt; id enim apertissimum est.* Commentarius in primam Satyram inc. *Semper ego auditor tantum &c. Iuvenalis quasi e medio recitantium poëtarum strepitu in haec verba ex abrupto exit, seque carpit quod diu tacuerit, quum mores Romanorum corrupti satyricae censurae indigeant. Reponent. Est quod amissum est resarcire, & quod alteri dederis reparare; inde fabulae dicuntur reponi a Poëtis, quando eas auditas ab aliis, & ipsi scribunt aliis audiendas &c.* In XVI. & ultimam des. *ut laeti phaleris omnes habeant ornamenta equorum. Torques militares erant sumpto more a Gallis, & in collo gestabantur.* Τέλος. Niceronius: *Memoires pour servir a l' Histoire des Hommes illustres* Tom. XXX. pag. 78. Iuvenalis Satyras in lucem prodiisse adfirmat cum Commentariis Domitii Calderini, Georgii Merulae, & Georgii Vallae: Venetiis MDI. fol.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. exeuntis, optime servatus. Constat fol. scriptis 224.

LIBER DE SEPTEM ROMAE SAPIENTIBVS.

Cod. CLXVI. ANonymi Narratio historica, cui praefigitur titulus: *Quì comincia el Libro de' sette Savi di Roma*. Inc. *Al tenpo de' sette Savi di Roma, e chellonperadore molto per la loro sapienza e gran vertù si reggieva, avenne che sendo morta lanperadrice dallui molto amata, e se non che di lei li era rimaso un solo figluolo maschio, credo cierto, perchè molto era amorevole, si saria morto di dolore ec.* Des. *e fatto che fu il fuocho vi missono dentro la falsa Dama, dove ella morì, come ellera degnia; e così vanno a mala fine coloro che tradigione prochacciono.* Tum repetitur titulus, ut in principio.

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. exeuntis, in principio aliquantum tineis corrosus, cum aliquibus defectibus, ad quos supplendos inserta sunt folia vacua. Constat fol. scriptis 55.

FASCICVLVS FLORVM.

Cod. CLXVII. LIber inscriptus *Fiore di Virtù*, qui etiam alibi pluries occurrit; in hoc autem exemplari relicta sunt spatia vacua ad depingendas eorum animalium figuras, quorum proprietates in singulis declarantur Capitibus. Inc. *Ho fatto chome cholui, che in prato di fiori, che eleggie tutta la cima de' fiori ec.*

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. in inferiori margine priorum foliorum a muribus aliquantum corrosus, in cuius initio legitur: *Questo Libro si è di Michelagnolo di Giovanbatista Filippi*. Constat fol. scriptis 43.

D. AVGVSTINVS DE DOCTRINA CHRISTIANA.

Cod. CLXVIII. DAugustini de Doctrina Christiana Libri IV. quorum primus inc. *Sunt praecepta quaedam tractandarum Scripturarum &c.* Quartus des. *quantulacumque potui facultate disserui, adiuvante Domino, qui vivit &c.* Tum subiungitur litteris maiusculis: *Explicit Liber Augustini de Doctrina Christiana feliciter, quem ego Bartolomeus Lucae Thaddaei Petri Cennis de Vgolinis propria manu conscripsi. Deo gratias.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. nitide diligenterque conscriptus, & aureis litteris in principio singulorum Librorum exornatus, optimeque servatus. Constat fol. scriptis 132.

FOCAE GRAMMATICA.

Cod. CLXIX. HOc Opusculum sequenti titulo donat Codex noster: *Ars Focae grammatici de Nomine & Verbo*. Hanc autem Artem praeit Dodecastichon elegiacum ipsius auctoris in laudem sui Operis, quod inc.

Ars mea, multorum es, quos saecula prisca tulerunt,
Sed nova te brevitas asserit esse meam &c.

Tum Prologus, cuius initium: *Credo nonnullos hoc meum miraturos Opusculum &c.* Finis: *vel laudis siquid merebitur ampliabis.* Grammatica inc. *Aggressus sum ego nominum regulas explanare breviter, & scrupulosam difficilemque materiam adolescentibus perviam facere &c.* Des. *praeteritum, ut regnata, pugnata, percussa; futurum, ut vigilanda viris, & his similia.* Repetitur tandem titulus Operis, & adiungitur: *Alexander Arigus scripsit.* In ultimo folio enumerantur ordine alphabetico nomina quaedam, quae habent adspirationem. Huius auctoris meminit Fabricius Biblioth. Lat. med. & inf. aetatis Tom. II. pag. 173. Eius autem Ars Grammatica a Putschio edita est in Grammaticis Latinis a pag. 1687. ad pag. 1722.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. in cuius initio legitur: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis LVI.* Constat fol. scriptis 21.

NICOLAI ANTIDOTARIVM.

Cod. CLXX. COdex est anepigraphus, sed continet Nicolai Salernitani Antidotarium ordine alphabetico digestum, ut in aliis Codicibus

Digitized by Google

bus praecedentibus; in hoc tamen caret Prologo, & est uberrimum, ac dictionis admodum diversae, ita ut videatur ad illud, quod habetur supra in Codice XCIII. propius accedere. Clauditur autem brevi Tractatu de Ponderibus & Mensuris in medicina, una cum notis, quibus utuntur Medici ad eas indicandas. In fine subiungitur manu diversa sequens subscriptio: *Ego Nicolaus de civitate Chermonensi Medicus & Doctor*, & post quamdam rasuram, in rubrica adnotantur *gli anni di Christo* 1268. In medio Operis occurrit defectus unius quaternionis, in quo tota littera L una cum portione litterarum K & M perierunt.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XIII. ineuntis. Constat fol. scriptis 86.

EVTROPII, ET PAVLLI DIACONI HISTORIA ROMANA.

Cod CLXXI. Codex est anepigraphus, sed continet Historiarum Romanarum Libros XVI. quorum priores X. sunt Eutropii, reliqui VI. Paulli Diaconi Aquileiensis. Initium Libri primi, & finis decimisexti concordant cum vetustissimo exemplari, quod habetur in Biblioth. Laurent. Plut. LXV. Cod. XXXV. ut videre est Catalogi T. II. pag. 755. §. XIII.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XVI. ineuntis. Constat fol. script. 133.

EXPLICATIO FABVLARVM METAMORPHOSEΩN OVIDII.

Cod. CLXXII. Post Fabularum uniuscuiusque Libri elenchum, qui priora sex Codicis folia complectitur, & in cuius calce legitur Ovidii Epigramma sex versibus, quod inc. *Orba parente suo &c.* Explicatio primae Fabulae Libri primi inc. *Chaos, ut Hesiodi indicat volumen, quod Deorum originem continet, fuit initio quaedam rerum confusio, quae postea in suas species distributa est &c.* Explicatio Fabulae LI. & ultimae Libri XV. ita habet: *Ovidius Opere peracto docet se a Chaos principium cepisse, & ad Caesarem deduxisse, quem, gentibus orbis devictis, Venus ab inimicorum insidiis avertit, itaque filium eius quod epigramma competeret a nobis tale compositum est.* Exstat hoc Opus in editione Mythographorum Latinorum cum notis variorum, curante Augustino Van Staveren, Lugduni Bat. apud Samuelem Luchtmans MDCCXLII. 4. a pag. 788. usque ad pag. 895. sed in fine diversum.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. exeuntis, optime servatus, qui tam in fine Fabularum elenchi, quam in fine totius Operis, scriptoris nomen exhibet hisce litteris initialibus expressum: *Ser I. B. Not. scripsit.* Constat fol. script. 61.

MEDITATIONES IN VITAM S. IOANNIS BAPTISTAE.

Cod. CLXXIII. Praemittitur Operi Prologus, & Capitum XXXV. elenchus; Prologo vero titulus: *Ad laude di Dio incomincia la Leggenda & la meditatione sopra la vita di Messere santo Giovanni Batista.* Initium Prologi ita habet: *A laude et gloria di Dio, et della dolcissima Vergine Maria, et del glorioso Messere santo Giovanni Baptista, del quale vogliamo dire alcuna cosa &c.* Finis vero sequens: *possiamo imaginare, che non è scripto neente a respecto della sua magnificentia, et della smisuranza delle sue virtudi.* Caput primum inscriptum: *Come santo Giovanni fu annunziato dall' Angelo*, inc. *Fue al tempo d' Erode Re di Giudea uno Sacerdote, il quale si chiamava Zacharia, della casa di Abia ec.* Caput ultimum, cui titulus: *D' una visione molto bella veduta di lui da uno suo divoto*, des. *honore et gloria sia all' altissimo Dio, il quale fece questo huomo sì grande nel cospecto suo, et noi per li suoi meriti li ci raccomandiamo, che ci faccia misericordia. Explicit Vita beatissimi Praecursoris Ioannis Baptistae. Deo gratias. Amen.* In penultimo Capitulo adfertur *un Sermone che fece santo Bernardo di lui, il qual è scripto in sul libro della vita di Cristo, ove si tratta della madre di S. Giovanni, et dice così: Quella nostra madre tutte le Chiese, cioè la sancta Chiesa Romana ec.*

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XIV. optime servatus. Constat foliis scriptis 77.

RAIMVNDI LVLLI OPERA CHIMICA.

Cod. CLXXIV I. pag. 1. Variorum Opusculorum de Arte Chimica, quae in hoc continentur Volumine, primum inscribitur: *Epistola accurtationis lapidis Benedicti Maystri Raymundi de Insula Mayoricarum*, missa ad Regem Robertum, quae inc. *Quum ego Raymundus de Insula Maioricarum, iam praeteritis temporibus plures Libros in arte transmutationum composuissem &c.* Des. *elige ergo ex ea intentum, laudans Deum.*

II. pag. 10. Octo Operationes Magistri Raymundi Lulli. Prima inc. *Materia Lapidis est res vilis pretii, ubique reperibilis, quia est aqua viscosa &c.* Octava des. *sive cyathos de vitro, quos poteris, si volueris, in hac forma facere fabricari, & haec est forma, videlicet.* Tum videre est depictam formam *furni*, ut appellatur, ad operationem chimicam peragendam.

III. pag. 15. Pratica Magistri Raymundi de Insula Mayoricarum, de compositione Lapidis philosophorum, necnon lapidum pretiosorum per lapidis principia vegetabilis, & mineralis. Post hunc titulum rubrica conscriptum, sequitur alius, nimirum: *Compendium animae transmutationis artis me-*

Digitized by Google

metallorum & lapidariae huius pretiosissimae artis, & incipit a compositione aquaevitae, & desinit in confectione salis vini. Inc. *Accipe nigrum nigrius nigro &c.*

IV. pag. 21. b. Aliud Compendium, cuius titulus superiori consimilis ita habet: *Compendium huius principii, quod cognominamus animam transmutationis artis metallorum, missum Regi Roberto &c.* Inc. *Iam saepe & saepius adloquuti recolimus multis & diversis modis practicandi super pretiosissimi lapidis magisterio philosophorum &c.* Des. *quum intentio nostra in praesenti compendio non sit, nisi practicam nudam a theorica designare, cum adiuvamine illius, qui est trinus personaliter, & unus essentialiter, regnans per omnia saeculorum saecula.*

V. pag. 47. Tractatus de Alchimia. Post explicationem litterarum alphabeti ab *A* usque ad *R* inclusive, sine ullo titulo inc. *Alkimia est pars occulta philosophiae naturalis, licet necessario, ex qua constituitur ars, quae non est pro omnibus; nos docet omnes lapides pretiosos lapsos habere temperamentum quoddam &c.* Desinit in alia explicatione diversa litterarum alphabeti ab *A* usque ad *R* inclusive, ut supra.

VI. pag. 66. Extracta ex quodam Libro Medicinae Magistri Raymundi Lulli.

VII. pag. 77. Alius Tractatus de Alchimia multo uberior & castigatior, quam ille recensitus §. V. Inc. *Alchimia est quaedam pars occulta philosophiae naturalis, magis necessaria, ex qua constituitur ars, quae non est pro omnibus, quae docet mutare omnes lapides pretiosos a vero temperamento, & quodlibet corpus humanum reducere ad multum nobilem sanitatem &c.* Des. *quod ad multa se extendit haec caussa diversitatis.* Puto autem esse imperfectum Tractatum. Inter pag. 116. & 117. defectus occurrit, inserta enim sunt quatuor folia vacua ad ipsum supplendum.

VIII. pag. 99. Liber ad faciendum axuria & elixiris ex illis. Inc. *Fili, oportet quod tu intelligas operationes, per quas creatur materia argenti &c.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. Constat fol. scriptis 122.

PROCESSVS CHEMICI.

Cod. CLXXV. COllectio variarum compositionum Chemicarum, & medicinalium ad diversos morbos curandos, inter quas nonnullae sunt etiam superstitiosae. Notavi autem sequentes. Pag. 9. b. *Descensorium factum per me Basilium* MCCCCLXI. *Ferrariae in domo eximii Doctoris D. Augustini de Arimano.* Pag. 10. *In nomine Domini* MCCCCLXIII. *in Codigoro die* XIX. *Aug.* Pag. ead. b. *Practica Philippi ad album &c. Rimedio provato da Mess. Antonio da Padova.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. variis exaratus manibus. Constat fol. scriptis 48.

AESOPI FABVLAE.

Cod. CLXXVI. COdex est anepigraphus, sed continet Aesopi Fabulas Italico sermone donatas, cum figuris rudi pennicillo delineatis ac coloratis, ac cum sententiis moralibus in singulas. Praecedit Prooemium, cuius initium: *Esforzasi la presente scriptura, acciochè con diletto faccia utilità, elleggiere ricitato per novelle, si vuole maggiormente dilettare l'animo del leggitore.* Finis *e in vile e aspro vasello si nasconde cosa carissima, e di grande dolciezza.* Prima Fabula *de Gallo* est, quae sequitur: *Per una stagione con grande solecitudine cavando lo Gallo in alchuna parte per potere trovare alchuna esca, avenne che trovò una pietra pretiosa, alla quale disse simiglianti parole: O cosa pretiosa, e di naturale bellezza, tu dimori in questa bruttura, e niente ai sapore di biada, e però tu non ti fai a me, nè io a te; ma se ci fusse colui, a chui ti convieni, la bellezza che ricruope la terra vivarebbe artificiosamente in solempni lavori, e perciò tu non fai prò a me, nè io fo prò a te, e ciò è, che io amo le cose di minore prezo. Spiritualmente s' intende per lo Gallo colui, che à rispecto solamente alle cose terrene, e presenti, e non guarda alle fini utili, elle fatiche del mondo. Temporalmente s' intende per lo Gallo ciascheduno huomo, che abandona per poco conoscere il grande fructo della scientia; e per la pietra pretiosa la gloria di vita eterna, la quale è data a coloro che spontaneamente si dispongono alle fatiche di questa presente vita sostenere con patientia ec.* Vltima *de Lupo & Pastore* des. *& per lo puro e semplice pastore colui che parla ciò che egli à in cuore. Amen.* Notanda est pag. 57. penultima Fabula, in qua describitur singulare certamen inter Equitem & Villicum, Armigerum sui Domini, qui erat Regis cuiusdam Siniscalchus. Differt omnino ab alia Aesopi antiqua Italica versione, quam recensuimus Cod. XXX. Plut. XLII. Biblioth. Laur. Catal. Codd. Latinor. Italicor. &c. Tom. V. pag. 195. §. II.

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XIV. cum initiali Praefationis littera inaurata, ac pictura, quae totum primae paginae marginem exornat, & in qua videre est etiam stemma gentilitium possessoris. Constat fol. scriptis 62.

CHRONICON ROMANORVM IMPERATORVM.

Cod. CLXXVII. OCcurrit statim elenchus Regum Latinorum, qui regnarunt ante Vrbem conditam; tum sequitur brevis Prologus in Chronicon Impp. Romanorum, cuius initium est: *Quaeris, clarissime vir Marchio, heroum gesta posse faciliter & cito internoscere, bonaque*

Digitized by Google

naque & mala, quae illis evenerunt, ut omnium fine notato cautior fias, & tamquam in speculo, sic in his vitam hominum inspicias. Ego igitur libens, calculantis more, rem magnam brevi ratione summabo &c. Finis vero: *quia non aliud quam veritatem tradere posteris curarunt.* Prologum excipit computus annorum, quibus imperarunt primi septem Reges a Romulo usque ad Tarquinium Superbum, itemque annorum, quibus stetit Romana Respublica; tandem pag. 2. b. incipit Chronicon Imperatorum a Iulio Caesare, & desinit in Adulfo Comite de Anaxone, genere Germano &c.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. Saec. XV. optime servatus. Constat fol. script. 31.

ANDREAE CVIVSDAM DE AMORE OPVSCVLVM.

Cod. CLXXVIII. TItulum, quum in principio desit, ex fine mutuati sumus, ubi ita exprimitur: *Liber a sapientissimo Andrea Regis Franciae Capellano compositus ad precum instantiam Gualterii nomine, Regis memorati nepotis;* seu potius dicti Andreae de Amore Libri III. in quorum primo agit de Arte amandi, in secundo de Remedio amoris, in tertio de Contemptu amoris, ad Gualterium, cum Prologo, qui inc. *Cogit me multum assidua tuae dilectionis instantia, Gualteri venerande amice, ut meo tibi debeam famine propalare, mearumque manuum scriptis competentibus edocere, qualiter inter amantes illaesus &c.* Des. *tuae, prout potero, curabo postulationi parere.* Liber primus, cui brevissimum praeit argumentum, inc. *Amor est passio innata procedens ex immoderata cogitatione, vel visione formae alterius sexus &c.* Tertius des. *nec de corporis iuventute confisum mundana delectatio te faciat in peccati dormitione iacere, ac sponsi tardatione securum, quia eiusdem voce testante, nescimus diem neque horam.* Hoc idem Opus Italicae datum linguae ab Anonymo exhibet Codex XXXVI. Plutei XLI. Biblioth. Laurent. ut videre est Catalogi nostri Tom. V. pag. 154. §. II. Auctorem vero vixisse circa annum MCLXX. innuit Fabricius Biblioth. Lat. med. & inf. aetat. Tom. I. pag. 91. subiiciens eius *Amatoria* vidisse lucem Dortmundi, sive Tremoniae in 8. exemplis quibusdam annum MDCX. & aliis, ut fit, annum MDCXIV. praeferentibus.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XIV. cum auctoris icone in principio, & initialibus Librorum rudi pennicillo pictis, in cuius calce legitur: *Liber ser Petri de Champi Not. Flor.* Constat fol. script. 68.

COLLECTIO SENTENTIARVM.

Cod. CLXXIX. COllectio Sententiarum moralium congesta ex variis Auctoribus tam profanis, quam sacris, necnon ex Scripturae sanctae Libris, in quinque Partes distributa; Partes vero iterum in plures Libros dividuntur. Inc. *Prima Pars tractat de Religione,* cuius primum Caput *de magnificentia et potestate Dei,* inc. *Salomon Reg. li. C. 2. Dominus mortificat & vivificat.* Vltimum *de sepultura,* desinit in sententia Senecae, & in verbis: *Non defunctorum caussa, sed vivorum, inventa est sepultura, ut corpora & visu & odore foedo amoverentur. Laus sit Nato Dei. Amen.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XIV. in cuius initio legitur: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis LIIII.* Fuerat autem olim alterius possessoris, quum scriptum sit: *Questo è di Bernardo di Pacchio Adimari.* Constat fol. scriptis 23.

ITER HIEROSOLYMITANVM.

Cod. CLXXX. I. pag. 1. *IL Viaggio che fecie Giorgio di Messere Ghuccio, e altri insieme chollui in chonpangnia per andare a santa Chaterina, e al Monte Sinai, e al santo Sipolcro di Christo benedetto Figliuolo di Dio.* Aliud Exemplar huius Itineris exhibet Codex XXX. Plutei XLII. Biblioth. Laurent Catalogi Tom. V. pag. 194. §. I. cum quo concordat. In fine repetitur titulus supra relatus, & subiungitur, Itineris descriptionem hanc factam fuisse a praedicto Georgio Guccii. Discesserunt autem Florentia die XII. mensis Augusti anno MCCCLXXXIV. & reversi sunt die XXX. Maii MCCCLXXXV.

II. pag. 61. Ode Italica, cui titulus: *Inventiva di Messer Dolcibene, la quale fecie quando andò al Sepolcro di Christo.* Inc.

Atte richorro Vergine Maria,
Chella mia vita è stata molto ria.
Deh priegha il tuo figliuolo che mi perdoni,
Divotamente il dicho ginochioni ec.

Des.

E delle braccia a forza mel chavaron,
Ed a monte Sion me ne menaron,
E ivi entrai in chasa san Giovanni,
Chol quale stetti poi tredici anni.

III. pag. 65. Descriptio alterius Itineris, cui titulus: *Camino d'andare da Vinegia in India, dove giacie il Corpo di santo Tomaso Apostolo di Christo Gesù.* Inc. *Da Firenze si và a Bolongnia, da Bolongnia a Ferrara, da Ferrara a Vinegia, da Vinegia a Modone ec.*

IV. pag. 67. b. Alia Ode Italica valde devota. Inc.

I' levo ispesso il viso agli ochi santi
Del mio figliuolo, chen sulla crocie pende,
E tanto duolo m' ofende ec.

Des.

Perdonami figliuolo mio tanta doglia
Figliuolo alla tua voglia
E ubidiente a tutto il mio disio.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XIV. exeuntis, in cuius principio legitur: *a dì di Maggio* MDXIV. *prestai questo libro a Maria Margherita, donna fu di Chonte Pechori;* & in fine: *Iste liber est mei Leo-*

Digitized by Google

Leonardi Ichannis de Bencinis. Constat fol. scriptis 69.

FR. GVILLELMI SEDACERII DE ALCHIMIA TRACTATVS.

Cod. CLXXXI. DIviditur Tractatus iste in duos Libros, quorum primo sequens titulus apponitur: *Incipit Sedacina totius Artis Alkimiae edita a Fratre Guillelmo Sedacerii* (sive Sidicerii) *Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Monte Carmeli exsistente in exsilio sui Ordinis, electa de medullis veracissimis adprobatorum philosophorum Alkimiae*. Prologus deinde inc. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desuper est, descendens a patre luminum. Iacobi primo. Quum essem a cephalicis adstrictus persequutionibus per leones, serpentes, & dracones mei sacri Ordinis, quibus sine damnatione intellective & proditione suppoti non poteram contradicere &c.* Des. *quia ipsa mediante perfectus in ea, acquirit omnia dona, ipso influente, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum*. Liber primus inc. *Solutis liganinibus & vinculis Librorum doctorum praedictorum* (eorum scilicet, quos in Prologo recensuit) *ut aestimo, consideravi quod quidam sophistici, naturarum rerum inscii, & secretorum philosophiae exsortes, & integumentorum eius improvidi, scripturas philosophorum de his rebus non intelligentes &c.* Liber secundus des. *cuius pars 1. convertet infinitas partes in speciem solificam vel lunificam.... ly in infinitum syn.ce sumptum. Et sic terminatur Capitulum de Gallina. Deo gratias*.

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XV. aliquantum madore corruptus in interiori margine priorum foliorum. Constat fol. scriptis 70.

GRAMMATICA GRAECA.

Cod. CLXXXII. GRammaticae Graecae Rudimenta in forma dialogi, auctore Anonymo, & diversa ab Emmanuelis Chrysolorae Erotematibus Grammaticis pluries impressis. Habent autem interpretationem Latinam, & quidem a pag. 1. usque ad pag. 25. interlinearem; a pag. 25. usque ad pag. 43. in varias sectiones divisam; & a pag. 44. usque ad finem, nullam. Inc. Ὁ ποιητὴς, ποίου μέρους λόγου ἐστίν; ὀνόματος. διατί ἐστιν ὄνομα; διότι σημαίνει οὐσίαν καὶ ποιότητα ἰδίαν, ἢ κοινὴν μετὰ πλώσεως, κ.λ. Latina interpretatio ita habet: *Poëta, quae pars orationis est? Nomen. Quare est nomen? quia significat substantiam & qualitatem propriam, vel communem cum casu &c.* Des. πόθεν.... σύνδεσμος, ἐκ τοῦ συνδαίνων, ὅτι συνδέει τὰ ἑξῆς μέρη τοῦ λόγου.

Codex chartaceus MS. Graecus, & Latinus in 8. minori Saec. XVI. ineuntis. Constat fol. scriptis 59.

MISCELLANEA QVAEDAM.

I. pag. 1. NArratiuncula de quodam adolescente, qui de Panis Eucharistici in verum Corpus Christi conversione dubitabat, versibus expressa, vulgo *Sestine*. Inc. *Cod. CLXXXIII.*

Al nome di Dio Padre Creatore,
E di Giesù Christo nostro Singnore,
Che mi dia grazia nela mente, e nel core,
Ch' i' possa contare al suo honore
Quello che sia laude, e ben di tutta giente,
E del Corpo di Christo onnipotente.

Des.

Di quello che fè, era pentito et tristo,
El Veschovo el comunicò de manifesto,
D' allora innanzi e' credè, e disse questo,
Che l'Ostia consegrata era il Corpo di Christo,
E'npenitenzia e' fè buona e sancta vita;
Christo ce dia a fare buona fenita.

II. pag. 3. b. Praecepta moralia patris ad filium item metrice expressa, sed adinstar solutae orationis exarata. Inc.

A nome di Dio, e di buono inchominciare
Tutte le chose che l' uomo viene a fare,
Intendi figliolo, se volgli imparare &c.

Des.

Sempre sta' loro ubidiente, e servidore,
Del bene e del male che tu a lor farai
Da Christo merito n' arai, e da' tuoi
Figlioli ne sarai meritato poi.

III. pag. 7. b. Libellus sine titulo, qui licet verbis aliquantum diversus, re tamen idem est cum illo, quem sub Albertani Iudicis nomine, de sex loquendi modis recensuimus in Codice CXLIII. supra pag. 155. §. II. heic vero multo contractior est, quam in illo. Inc. *Lo cominciamento, el mezzo, la fine ec.*

IV. pag. 12. b. Carmen, cui titulus: *Profezia di Frate Istoppa*. Inc.

Apri le braccia (sic) *mie dolce Signore,*
Ch' i' possa annunziare la tua gran laude ec.

Des.

O Vinegia Città non triunfante,
Non ai voluto col gran podere pace,
E or che non se' più grande volante....

Est imperfecta; sed integram habes in Codice XXXVIII. Plutei XLII. Bibliothecae Laurent. Catalogi nostri Tom. V. pag. 201. §. XXIX. sub titulo: *Serventese di Frate Stoppa ec.* Interim notandum, ob Codicem male compactum, duas pagellas huius Carminis insertas fuisse inter duodecimam, & decimamtertiam ogdoadem sequentis Carminis.

V. pag. 16. Carmen Italicum ogdoadibus constans XXXVI. sine titulo, sed quod alibi inscribitur: *La Rosianella del Calonaco di Siena*. Inc.

Io faccio priego a Dio, e a tutti i Santi,
A cui ricorrer si vuole ogni volta,
Che mi dia grazia che di nuovo canti
Cosa che piaccia a ognuno che m' ascolta.
Se m' ascoltate, io vi dirò davanti

Digitized by Google

Come la moglie a un gentiluom fu tolta
E fu data a un Calonaco di Siena
Vago di quella, e d'ogni viltà piena.

Exstat in Codice LVI. Bibliothecae Gaddianae, ut videre est in Catalogo nostro Tom. V. pag. 368. §. V. ubi initium aliquantum differt; finis vero omnino diversus, quum ibi duabus ogdoadibus longior sit enarratio.

VI. pag. 23. Carmen item ogdoadibus expressum, cui titulus: *Il cantare di Piramo, e di Tisbe*, ut in Codice XXIII. Plutei LXXVIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. cit. pag. 308. §. VI.

VII. pag. 28. b. Aliud Carmen metro ternario ex eorum genere, quae dicuntur *Serventese*, de quodam Mercatore Florentino. Inc.

Al nome sia dell' alto Idio cortese,
Vuovvi contar de nuovo Serventese,
A tutta gente el vuo dire palese,
E qui davante
Vuovvi contare d' un savio mercatante,
Che andò in Francia giovine fante,
E guadagnò assai bisante
D' oro fino ec.

Des.

O buona gente ch' avete ascoltato,
Chi non à da se, ci è male arrivato,
Compiuto è Serventese.... dettato
A vostro onore.

Est autem ita oscitanter exaratum, ut pluribus in locis, ne divinando quidem, sensum percipere valeas.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XIV. variis manibus exaratus, in cuius initio videre est variorum debitorum nomina a possessore Codicis adnotata sub anno MCCCLXIIII. Constat fol. scriptis 30.

LIBER MYTHOLOGICVS.

Cod. CLXXXIV. TItulus rubricatus Operi praemissus, & valde corrupte exaratus, ita habet: *Iste Liber intitulatur Altironius ab Altirone Aconiensi Inventone* (sic) *fabularum, & tamquam ex fabulis est eius materia tacite circumspecta, quamquam philosophia & astrologia lateant corpore, & etiam in medulla.* Brevis Prologus inc. *Aperiam in parabolis os meum, & loquar propositiones ab initio, non illis dissimiles, quas patres, & satrapae vestrae* (sic) *narraverunt nobis &c.* Des. *iuxta servi sui imbecillitatem constructus illaesus.* Caput primum inscriptum: *De Saturno, Cybele, Iano, Fauno, Pitho & Vesta, ortu Iovis*, inc. *Aurea laude digna aetate vigente, Deorum pater Saturnus regnavit in Creta, quae tunc centum civitatibus ornabatur &c.* Desinit Liber in fabula Aegeonis, & quidem sic: *Aegeon quidam fuit, qui habuit centum manus, & centum brachia, & quinquaginta capita, & totidem ora, qui contra fulmina Iovis decertavit, ut caeli regnum arriperet; & tandem fulmine Iuppiter eum combussit.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XV. pessime scriptus, & in aliquibus locis mutilus, insertis ad defectus supplendos vacuis foliis quatuor. Constat fol. scriptis 39.

LIBER DE REBVS ECCLESIASTICIS.

Cod. CLXXXV. TRactatus de Rebus Ecclesiasticis in forma Dialogi, in tres Libros distributus, cum Prologo, auctore Anonymo. Prologus inc. *Saepius rogatus a condiscipulis quasdam quaestiones enodare, importunitati illorum non fuit facultas obviare = Titulus itaque Operi, si placet, Elucidarium praefiguratur, quia in eo obscuritas diversarum rerum elucidatur.* Des. *quartam figat magistrorum sollers subtilitas.* Liber primus inc. *Discipulus. Gloriose Magister, rogo, ut ad inquisita mihi ne pigriteris respondere ad honorem & utilitatem Ecclesiae &c.* Liber tertius des. *iucunditate & exsultatione replebit te Deus, optime Magister, in glorificatione Sanctorum, & videas regem gloriae in suo decore, & videas bona Ierusalem omnibus diebus vitae tuae. Amen.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XII. optime servatus, in cuius calce legitur: *Liber mei Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia XLV.* Constat fol. scriptis 61.

EMMANVELIS CRETENSIS MEDITATIONES IN LINGVAM GRAECAM.

Cod. CLXXXVI. COntinet hic Codex Emmanuelis Cretensis, de quo nihil habet Fabricius, Praecepta Grammaticalia ad linguam Graecam addiscendam tradita per expositionem in varios textus Graecos, vel ex aliquo auctore desumptos, vel proprio marte confectos. Primus Textus, cui praemittitur titulus: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τοῦ πρώτου σχέδους κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κρήτης, ita inc. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἀσπόρως εὐδοκήσας τεχθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας κ. τ. λ. Grammaticalis explanatio in ipsum inc. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, πόσα μέρη λόγου εἰσίν; τρία. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ Θεὸς, ὄνομα· ὁ, ἄρθρον· ἡμῶν, ἀντωνυμία· τὰ γὰρ δύο ὀνόματα, ἢ καὶ πολλὰ, εἰς ἓν συνάγονται τὸ ὄνομα, καὶ ἓν εἰσὶ μέρος λόγου, κ. τ. λ. Vltimus Textus ita inc. Νιόβη Ταντάλου θυγάτηρ ἦν, Ἀμφίονι δὲ ὠμευνέτει = παῖδας δύο τετοκέναι, τὸν ἀκειρεκόμην Ἀπόλλωνα, κ. τ. λ. Explicatio inc. Ἀκειρεκόμης γίνεται ἀπὸ τοῦ α στερητικοῦ μορίου, καὶ τοῦ κείρω, τὸ κόπτω, ὃ λέγεται ἐπὶ τριχῶν, ἢ ἀσαχύων, ἢ τοιούτων τινῶν, καὶ τοῦ κόμη ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς, ἤγουν ὁ μὴ κείρων τὴν κόμην κ. τ. λ. Des. Ἀμφίονος, Ἰξίονος, Κυλλοποδίονος, ἰῶτα καὶ μικρά· Κρονίωνος δὲ, καὶ Οὐρανίωνος, καὶ Μοσχίωνος, ἰῶτα καὶ μεγάλα. Tum subiicitur: Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον μηνὶ Μαΐῳ ἡμέρᾳ θ.' ἰνδικτίωνος ὀγδόης, ᾳ .... reliqua, annum for-

Digitized by Google

fortasse exprimentia, quo liber completus est, ita sunt implicite exarata, ut ea minime extricare potuerimus.

Codex bombycinus MS. Graecus in 4. min. Saec. XIV. exeuntis. Constat fol. scriptis 129.

MEDITATIONES DE VITA D. N. I. C.

Cod. CLXXXVII. I. pag. 1. ANonymi Liber asceticus continens pias meditationes de Vita Domini nostri Iesu Christi, praevio Prologo, ut in Codice CXXVIII. supra pag. 140. cum quo omnia concordant.

II. pag. 76. Aliud Opusculum asceticum, inscriptum: *Il Pianto della Vergine Maria*. Inc. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Vogliendoci David Profeta inducere ad avere conpassione de la morte del nostro Signore Gesù Christo, sì parla a noi dicendo: Se voi udirete la sua voce, non indurate i vostri cuori &c.* Des. *la quale morte se bene ripenserete, ricevrete nuove & grandissime consolationi. Amen.*

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XIV. ineuntis, qui ad plures olim possessores pertinuit, in principio enim legitur: *Questo si è di Piero coiaio di Mona Dianora*; in fine vero: *Explicit Liber de Meditationibus Christi, qui est de Domina Lisa filia olim Lotti de Gerardinis; Fuit Fratris Xisti in Conventu S. Marci de Florentia.* Constat fol. scriptis 84.

OPERA DIALECTICA.

Cod. CLXXXVIII. CODex hic minutissimo ac compendiario charactere exaratus continet Opuscula varia ad Dialecticam pertinentia, sine nomine auctoris, quorum alia sunt *de Obligationibus*, alia *de Insolubilibus*, alia *de Sensu composito, & diviso*, alia *de Logicae terminis &c.* In fine cuiusdam Operis titulo omnino destituti, adscribitur pag. 83. b. *Expliciunt Sophismata asinina, secundum usum Angliae.* In fine vero Tractatus de Obligationibus pag. 35. legitur: *Expliciunt Obligationes editae a Fratre Petro de Candia Ordinis Minorum Fratrum Provinciae Romanae*, & in fine alterius Tractatus de eodem argumento, hi duo versiculi adiiciuntur: *Redulfus scripsit, quem Dominus benedixit. Vivat in caelis Redulfus cum Domino felix.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. desperatae lectionis, variis manibus exaratus. Constat fol. scriptis 144.

VITA PLATONIS, AVCTORE GVARINO VERONENSI.

Cod. CLXXXIX. TItulus ita habet: *Guarini Veronensis ad clarum Physicum Philippum Mediolanensem Plato*, (seu Platonis Vita) *feliciter incipit.* Praecedit sequens Prologus: *Multum diuque animo verti, Philippe vir doctissime, humanitatem tuam moresque suavissimos, quibus effectum est, ut quantum scientia, & magnarum rerum cognitione, tantum facilitate, & vivendi suavitate praecellas. Eius generis Medici sunt, quos litterarum parens Homerus, inter alios, principatum habere cecinit:*

Vir Medicus pretio multos aequaverit unus.

Quid igitur miri est, si charus adeo, acceptus, ac iucundus es huic illustri nostro Principi, subtili hominum aestimatori, & fautori virtutis optimo, qui quantum gradu & fortuna, tantum dignitate sapientiaque inter mortales antecedit? Tuarum sane rerum cum alii permulti, tum vero ipse tibi sum testis non infimus, quem singulari benevolentia, stricta familiaritate, assidua consuetudine, colloquiis intimis, tuenda mei, meorumque valetudine, & omni denique necessitudine tibi devinctum tenes. Cuius quidem rei memoriam tam iucundam, tam honestam atque probabilem, si qua ratione perpetuo conservare liceat, saepius mecum verso. Sicut Aegyptiorum artificio, & excogitatis quibusdam odoribus, incorrupta teneri corpora pater historiae tradit Herodotus; id demum facile fieri posse intelligo, si litteris, quasi perenni condimento, & fideli rerum gestarum custode, posteritatis etiam commendatione, crebrisque sermonibus durare curabimus. Itaque cogitanti mihi, quidnam hoc potissimum tempore, quo tantis immergor occupationibus, scribendum adgrederer, aptissima Platonis persona visa est, in cuius lectione, perinde ac delicatissima degustatione, utriusque recordatio condiretur. Eum idcirco potissimum delegi, quia quum de illo nonnulla disseruisses in eo suburbano Ferrariae proximo, cui ob eximiam quamdam amoenitatem pulchro Flori agnomen inditum est, tibi sum pollicitus me de hominis aetate responsurum. Non contentus autem promissa tantum reddere, ut accumulatius hoc aes alienum tibi persolverem, eius viri genus, vitam, ac nonnulla divinis ipsius studiis pertinentia coniunxi. Hoc pacto omni ex parte Platonem notum ac familiarem tibi fecero. Vita Platonis inc. *Claram Platonis exstitisse progeniem cunctorum testantur litterae.* Des. *sic utrique Virgilianum illud obveniet: absentem absens, auditque, videtque.* Tum repetitur titulus, ut in principio. Memorat hoc Opusculum Fabricius Biblioth. Latin. med. & inf. aetat. Tom. III. p. 120.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XV. optime servatus. Constat fol. scriptis 30.

EXPLICATIO SACRIFICII MISSAE &c. ET GVALFREDI ANGLICI POETRIA NOVA.

Cod. CXC. I. pag. 1. TItulus Operis, qui in calce occurrit, est *Liber Sacrificiorum*, seu potius Explicatio mystica Sacrificii Missae versibus elegis, auctore Anonymo. Inc. *Scri-*

Digitized by Google

Scribere disposui, quid mystica sacra piorum
Missa repraesentet, quidve Minister agat.
Pro multis Missis, pro cotidie repetitis,
Est oblata semel hostia vera Deus &c.

Des.

Subditur, ite, quia est vestra devotio missa
Sedibus aethereis, Angelicis manibus.

Auctor huius Poëmatii est Hildebertus; qui teste Polycarpo Leysero Hist. Poëtar. & Poëmatum Medii Aevi pag. 385. ex Monacho Cluniacensi, S. Hugonis discipulo, Cenomanensis Episcopus, & inde Turonensis Archiepiscopus fuit. Claruit sub Henrico IV. an. MXC. & obiit MCXXXII. iuxta Paberbrochium in Actis Sanctor. April. Tom. I. pag. 83. vel iuxta Miraeum in Scholiis in Henrici Gandavensis de Script. Eccl. Cap. VIII. an. MXXXVI. XV. Kal. Ianuarii. Excelluit tam prosa, quam versu, ac prae reliquis, exposuit totum Missae ordinem Libro, elegiaco metro conscripto, qui sub titulo *de concordia veteris ac novi Sacrificii*, annexus brevi, & admodum dilucidae in Missae Canonem exegesi ex priscis Scriptoribus collectae, prodiit Parisiis MDXLVIII. Idem Liber sub titulo *de Officio Missae* adiunctus Guidonis de Monte Rocheri Enchiridio Sacerdotum, lucem vidit Antuerpiae an. MDLXXIV. quae editio a praecedentibus lectionibus differt, auctiorque est in fine XVI. distichis.

II. pag. 14. Carmen hexametrum valde longum, ut in ipsius calce legitur, *Magistri Gualfredi Anglici de artificio loquendi*, (sive Praecepta Rhetorica) ad Papam Innocentium III. ita enim incipit Dedicatio Operis:

Papa stupor mundi, si dixero, Papa Nocenti.

Absoluta Dedicatione Opus inc.

Siquis habet fundare domum, non currat
ad actum &c.

Tum post titulum, quem supra retulimus, subiungitur: *Commendatio huius Operis ad Magistrum G. Cancellarium de Longo Campo* versibus XIX. quae inc.

Quod Papae scripsi munus speciale Libelli
Accipe flos regni &c.

Des.

Crescere non poteris quantum de iure mereris.

Clauditur amanuensis versiculo:

Explicit, expliciat; ludere scriptor eat.

Sub titulo *Poëtriae novae*, seu *de arte dictandi, versificandi, & transferendi* describitur hoc metricum Opus a Fabricio Biblioth. Lat. med. & inf. aetat. Tomo III. pag. 12. ubi quamdam ipsius analysim adfert, variasque editiones recenset. In nostro autem Codice scholiis quibusdam marginalibus, praesertim in principio, instructum est. De hoc eodem Poëmate agendum nobis erit iterum in recensione Codicis Bibliothecae Strozzianae, nunc Laurentianae, num. CXXXVII.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XIII. a pag. 41. usque ad finem alia manu suppletus. Constat fol. scriptis 47.

IOANNES GERSONVS DE IMITATIONE CHRISTI.

Cod. CXCI.

IOannis Gersoni de Imitatione Christi Libri IV. Italico sermone donati, praevio Indice Capitum Latino, qui tamen non est integer, desinit enim in Capite XXXVI. Libri III. Titulus Libro I. praemissus sequens est: *Incomincia el Libro devoto et utile composto da Messer Giovanni Gersone Cancielliere di Parisio, della Imitatione di Cristo Giesù, et delo dispregio di tutte le cose del Mondo*. Caput I. Libri I. inc. *Dice el nostro Signore Redemptore Giesù Christo nel sancto Evangelio: Quello el quale seguita me, non và nelle tenebre, ma arà el lume della vita &c.* Caput ultimum Libri IV. des. *imperocchè se le opere d' Iddio fussino tali che si potessino conoscere et intendere dall' umano intellecto, non si potrebbono chiamare grande, nè maravigliose, nè gloriose. Et pertanto ad firmandum cor sincerum sola fides sufficit. Deo gratias.*

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XV. optime servatus, diligenterque exaratus, cum titulis Capitum rubricatis. Constat fol. scriptis 73.

POGGII DE VARIETATE FORTVNAE LIBER QVARTVS.

Cod. CXCII.

COdex est anepigraphus, sed continet Poggii Florentini de Varietate Fortunae Librum quartum, qui agit de Mirabilibus, Italico sermone donatum, interprete Anonymo. Inc. *Non inconvenientemente giudico se al precedente ordine dello scrivere tale fine imporrò, che traduca gli animi delle genti da un' aspra et crudele acerbità di fortuna a una più mite & gioconda varietà di sorte &c.* Des. *in queste affermando ognuno non esservi causa alcuna di mentire; et perchè buoni huomini parevano, giudicai essere bene scrivergli per utilità degli altri.* Librum hunc Latine exhibet, in fine tamen mutilum, alter Codex eiusdem Bibliothecae Gaddianae, notatus num. LV. ut videre est Catalogi nostri Latinorum Codicum Tomo III. pag. 636. §. III.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XV. exeuntis, optime servatus. Constat fol. scriptis 35.

CATO DE MORIBVS ITALICE, ET ALIA MISCELLANEA.

Cod. CXCIII.

I. pag. 1. CAtonis Monita, seu Liber de Moribus, cum brevi Praefatione, Italice versus, ut in Cod. XXXIII. sup. p. 34. §. VI. licet dictio aliquantum sit diversa. Inc. *Conciossia cosa ch' io Cato pensasse nell' animo mio, vidi molti huomini gravemente errare nella via di costumi, e ò pensato di dare soccorso & consiglio alloro oppinione, spezial-*

Digitized by Google

zialmente acciò ch'elli vivessono gloriosamente & con honore. Des. *& felli a due a due congiungnere. Explicit Liber Catonis. Deo gratias. Amen.*

II. pag. 7. b. Ode Italica, vulgo *Ballata*, scripta tamen adinstar solutae orationis, auctore anonymo, in qua agitur de clade per Huguccionem de Fagiuola Florentinis ad flumen Guscianae illata anno MCCCXVI. quaeque videtur dicata uxori Regis Ruberti Andegavensis. Inc.

Deh avrestu veduto Messere Piero,
Poichè fu 'lnostro campo sbaractato,
Tuo viso mostra pur, che vi sie stato.
Deh non celare il vero a l'angosciosa
Et disolata sua madre, che fie
Sin al suo stremo die
Nuda d'ogne allegrezza et di conforto,
Ch'io 'lveggio a la tua faccia paurosa;
Ma temi di recar novelle rie,
Ed aportar bugie,
Cioè che volli dir vivo del morto.
Se fosse vivo, tul diresti scorto,
Come tu dì del Prenze infortunato,
Ma palpi sì, ch'io l'ò per isbrigato ec.

Des.

Va' Ballatuzza di lamento tatta
In ogne parte dove Guelfo sia
Scieso di Signoria;
Dì che stea allegro, et non abia temenza;
Che se' Pisan colierti ci dier gatta,
E fu 'l peccato nostro, e la mactia,
Non per lor vigoria;
Ma Dio ci tolse 'lcor e la prudenza.
Signori, incontro a Dio non è potenza.
Qualotta il nostro fallo fie purgato,
Avrem l'ardire e 'l senno aparecchiato.

In hoc Carmine nominantur *Carlotto, Caroccio, Don Brasco.* Alibi Poëta ita Reginam adloquitur:

Acorda il Re Roberto col cogniato,
Se vuo' ch'l sangue tuo sia vendicato.

Respondet Regina:

Con Federigo intendo far triegua;
Lo Rè Ruberto che gli fie ben duro
Più che pietra di muro,
Et dorma la question dell' Isolecta.
Quel di Ragona fo sollecitare,
Ch'entri sul Regno Sardo, che è suo puro
Dirictamente, et iuro,
Che Pisa aver non può maggior distrecta ec.

Subiungit Poëta:

Lo Conte Nier si cinse spada allato
Sul corpo del tuo Carlo dilicato.

Respondet Regina:

Se 'l sangue mio fù sparto per la fede,
Da quella secta eretica pagana
Ghibellina, e Pisana ec.

III. pag. 9. Excerptum quoddam, cui titulus: *Septe sono i modi di timori, cioè, mondano, humano, servile, naturale* (1) *filiale, e reverente. Del timore mondano. Capitolo primo.* Inc. *Mondano timore è quello, lo quale fae più temere i danni de le cose temporali, che non si conviene, lo quale sempre è reo, e fa molte cose ree ec.* Des. *contra questo cioè che'l timore di Dio fa abandonare le cose.*

IV. pag. 11. Sequuntur sine titulo narrationes quaedam, quarum pleraeque occurrunt in Libro, cui titulus: *Libro di Novelle et di bel parlar gentile etc. mandate fuori da Mess. Carlo Gualteruzzi da Fano etc. in Firenze per i Giunti* MDLXXII. 4. Initia singularum damus, eodem quo in Codice iacent ordine, adiecto unicuique ipsarum numero, quem obtinent, in cit. editione.

I. pag. ead. *Andando lonperadore a una caccia con veste verdi, com' era usato, trovò un poltrone in sembianti a piè d'una fontana.* XXII.

II. pag. ead. b. *Messer lo'mperador Federigo si avea due grandissimi savi.* XXIII.

III. pag. ead. *Saladino fue Soldano nobilissimo Signore, prode & largo.* XXIV.

IV. pag. 12. b. *Riccardo Ghercio fù Signor de la Illa, et fù grande gentiluomo di Provenza.* XXXI.

V. pag. 13. *Messer Imberal dal Balzo.* XXXII.

VI. pag. ead. b. *Due nobili Cavalieri.* XXXIII.

VII. pag. ead. b. *Fue un savio Religioso, il quale era grandissimo intra li Frati Predicatori.*

VIII. pag. 14. *Maestro Taddeo leggendo ai suoi scolari in medicina.* XXXIV.

IX. pag. ead. *Fue uno Re molto crudele, il quale perseguitava il popolo di Dio.*

X. pag. 15. *Due Re furo, ch'erano delle parti di Grecia.*

XI. pag. ead. b. *Vno ch'ebbe nome Tale Millesius.* XXXVI.

XII. pag. ead. *Quando il Vescovo Aldobrandino vivea.*

XIII. pag. 16. *Saladino, il quale era uomo di Corte.* XXXVII.

XIV. pag. ead. *Messere Polo Traversaro fue di Romagna.* XXXVIII.

XV. pag. 17. *Guglielmo da Borgunda fue nobile Cavaliere di Proenza.* XXXIX.

XVI. pag. ead. b. *Messer Iacopino Rangnoni nobile Cavaliere di Lombardia.* XL.

XVII. pag. ead. *Marco Lombardo fue uno nobile uomo di Corte.* XLI.

XVIII. pag. 18. *Messer Lancialocto si combattea un giorno a piè d'una fontana.* XLII.

XIX. pag. ead. *Narcis fue molto bellissimo.* XLIII.

XX. pag. ead. b. *Vn Cavaliere pregava un giorno una donna d'amore.* XLIV.

XXI. pag. ead. *Leggesi del Re Currado padre di Curradino.* XLV.

XXII. pag. ead. *Vno Medico di Tolosa tolse per mogliera una gentile donna di Tolosa nipote dell' Arcivescovo.* XLVI.

XXIII. pag. 19. *Maestro Francesco figlio di Maestro Accorso della Città di Bologna.* XLVII.

(1) Quinta species timoris est in lacuna.

Digitized by Google

XXIV. pag. ead. b. *Tre cose sono, che non si possono mai amendare.*

XXV. pag. ead. *La verità è sì forte, che non si può uccidere, fedire si può co' maliziosi inganni della falsità.*

XXVI. pag. 20. *Era una Guasca in Cipri; un dì le fue facta una grande onta.* XLVIII.

XXVII. pag. ead. *Lo'mperatore donò una grazia a un suo Barone.* L.

XXVIII. pag. ead. *Marco Lombardo uom di Corte savissimo.* LII.

XXIX. pag. ead. b. *Vno della Marca andò a studiare a Bologna.* LIII.

XXX. pag. ead. *Madonna Agnesina da Bologna stando un giorno in una corte da sollazzo.*

XXXI. pag. 21. *Vno Cavaliere di Corte ch' ebbe nome Messer Berivolo.* LV.

XXXII. pag. ead. *Federigo Imperatore imprese un giorno un uomo d' un gran legnaggio per certo mesfacto, et per fare più rilucere la iustitia si facea guardare a uno gran Cavaliere con comandamento grande di granpena, che non lasciasse ispiccare, sichè non guardando bene questo Cavaliere, lo' npiccato fue portato via, sichè quando quelli se n' avide prese consiglio per se medesimo....* Narratio est imperfecta. LVI.

V. pag. 22. Aliae Narrationes, praevio titulo: *Questi sono fiori et vita di Filosafi et d' altri savi Imperadori.* Inc. *Pittagora fue uno filosafo, et fue d' un paese ch' avea nome Samo, nel quale paese regnava uno Imperadore, che siccome tiranno struggea la terra ec.* Desinunt in vita Secundi Philosophi, & in quaestionibus ipsi propositis ab Hadriano Imperatore.

VI. pag. 41. Ode Italica inscripta: *Come ciascuno può acquistare pregio*, auctore Dino Compagni. Inc.

Amor mi sforza, et mi sprona valere
A pro di chi valore pungna valente,
Che vole nessuno sia vile e negligente ec.

Des.

E in legar belle pietre in anello,
Leale e dirittiere siegua sua vita,
Nè vetro dea per cara margarita,
Che non è pregio d' arte in sol martello.

In ultimo Codicis folio ab alia manu quaedam monita salutaria habentur, & quidem metrice expressa, sed ita evanida, ut vix pauca verba expiscari valeas.

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 44.

NICOLAI ANTIDOTARIVM.

Cod. CXCIV. COdex est anepigraphus, sed continet Nicolai Medici Salernitani Antidotarium, ut in aliis Codicibus superioribus; in hoc autem praemittitur Index alphabeticus nominum herbarum, unguentorum &c. de quibus in Opere pertractatur. Conferendum esset cum impresso ad calcem Operum Mesue pag. 271. Venetiis ex officina Lucae Ant. Iuntae MDXXXVIII. fol.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 91.

PRISCIANI EPITOME.

Cod. CXCV. TItulus ita habet: *Ex Prisciani Libro de partibus Orationis Francisci Patricii viri eloquentissimi Epitoma feliciter incipit:* seu potius Prisciani Grammatici Libri XVI. de octo partibus Orationis in compendium redacti a Francisco Patricio, quales recensuimus in Cod. CXLIV. supra pag. 155. ubi Epitomatoris nomine carebant; in hoc tamen desunt nonnulla in fine. Nihil de hoc Francisci Patricii Opere occurrit apud Fabricium.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. in cuius initio legitur adscriptum nomen *Ioannis Gaddi*. Constat fol. scriptis 65.

ALPHABETVM NARRATIONVM AVCTORE FRATRE R.° ORDINIS PRAEDICATORVM.

Cod. CXCVI. TItulus in fronte Operis appositus hic est: *Incipit Liber qui dicitur Alphabetum Narrationum per miracula Sanctorum, et exempla magnorum Doctorum et Philosophorum, editus a Fratre R.° Ordinis Praedicatorum*, scilicet Narrationes, & Exempla e variis auctorum sacrorum ac profanorum Libris excerpta ad audientium animos ad virtutem excitandos, & a vitiis removendos adcommodata, & in diversas classes alphabeti ordine dispositas redacta. Praecedit Prologus, cuius initium: *Antiquorum Patrum exemplo didici nonnullos ad virtutem inductos fuisse narrationibus aedificativis et exemplis &c.* Finis: *nec displiceat lectori prolixitas et multiplicitas narrationum, quia nunc istam, nunc illam referre poterit, secundum conditionem audientium, ad eorum utilitatem, & omnipotentis Dei laudem & honorem, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.* Ex hoc Prologo eruitur, auctorem composuisse alium Libellum, cui titulus *Alphabetum Auctoritatum*. Caput I. Litterae A inc. *Abbas non debet esse nimis rigidus. Anselmus. Quidam Abbas semel conferebat cum Anselmo: quid faciemus de pueris in claustro nutritis? non cessamus, inquit, die ac nocte eos verberare, & semper deteriores fiunt &c.* Desinit Liber imperfecte in verbis: *sortilegi puniuntur. Gillelinus. In Anglia mulier sortilega.....* quae sunt prima verba Capitis XLI. Litterae S.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. binis columnis exaratus, optimeque servatus. Constat fol. scriptis 242.

ANO-

Digitized by Google

ANONYMI SCRIPTVM THEOLOGICVM DE PRAEDESTINATIONE.

Cod. CXCVII. SIne ullo titulo ita incipit: *Lette le tue lettere, o suavissimo Alesandro* (1), *nelle quali a due miei quesiti, postposto il terzo, tu desti risposta, cioè, et in prima, come si debbano intendere quelle parole: Molti sono chiamati, ma pochi gli electi; et nel secondo luogo: Fate quelle cose che dicono, ma secondo l'opere loro non vogliate fare; tacesti la risposta del mio terzo quesito: Se segni alcuni si possono avere della salute, et election nostra ec.* Des. *camminiamo per la via reale, et postponiamo per l'avvenire queste cose superflue et vane, rendendo per tutto gloria et gratia al solo Iddio, qui vivit in saecula saeculorum. Amen.* Tum subiicitur annus, scilicet: *die* XXIX. *Iunii* MCCCCLXII. *Florentiae.* In hoc autem Opusculo videtur agi potissimum de Praedestinatione.

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. Constat fol. scriptis 41.

VARIORVM CARMINA ITALICA.

Cod. CXCVIII. I. pag. 1. PRimum Carmen Anonymi ogdoadibus constans XIX. cui titulus: *Dur* (sic) *damore in rima*, inc.

Già le sue chiome d'oro s'atrezava
Appollo ne la Spagna in mezo l'onde,
E le colonne d'Ercule lasciava,
Già spento il dì, che alumina le fronde ec.

Des.

Ma dir porete questo in ogni loco,
Chè amor m'aihassa, et arde più che fòco.

Occurrit etiam in Cod. XLIII. Plut. XL. Biblioth. Laur. vid. Catalog. Codd. Latinor. & Italic. Tom. V. pag. 46. §. IX.

II. pag. 5. Aliud Carmen eodem metro, ogdoadibus constans XV. sine titulo, sed continet querimoniam sponsae a viro derelictae. Inc.

Signori, io romasi piccola fantina
Mortonel padre chi era podoroso,
E de' parenti romasi topina,
Ma per marito tolsi un nobile sposo,
Ch' era più frescho ca rosa de spina,
Abandonomi quello viso amoroso,
Da ciena se partì cum gran doglio,
E questo è lo dolore per che mi doglio.

Des.

An sproni per la fame, e per lacana
Torni malato sensa la bellessa,
Costi che de soi amori tanti neganna,
O fim che trovi che li fa caressa,
E poi che tornato a la sua mana
Si gi ritorni la piacevolessa,
E se non torni non trovi che ueli
Che gi fassi bon viso, nè favelli.

Notandum, quod in hoc Carmine unaquaeque stropha incipit a voce, in qua desinit superior.

III. pag. 8. Carmen inscriptum: *Questo è um* (sic) *tracto in terza rima chiamato le Vaghe rime emprima etc.* Inc.

Le vaghe rime, el dolce dir d'amore,
Che io scripsi già cum affluente mano
Laxiate ave per seguitare valore.
Perche tractato di Giustiniano,
Vol il core tucto fore di Signoria
Del fazo amor, e de ogni penser vano.
Perchè il giorno de la vita mia
Abial mezo del termen trapassato,
E ver sol vesperar sen fuge via.
Or nuovamente mi trovo ingannato
D'una fiama d'amor tanto cunsente,
Che di caldesa pasal modo usato.
Et è la soa vertù tanto cunsente,
Che voltal mio pincer in visione,
Fantasiando dentro de la mente etc.

Des.

Questo cum pianto, et cum gravoza dogla
Vedere e dire mi parve dentral sonno,
V'mavea involto l'amorosa invogla,
E così mi paream quelor chi sonno,
Presenti intorno a me cum mille gregi,
Cridando incuntra credo che ancor fonno.
Ond'io smarrito in sì doglose legi
Da minaccie d'amor et d'altri guai,
E più pietà letor che tu non liegi,
Nel primo sito respirare tornai
Liber credendo, e io mi trovo lordo
Più nel piacer d'amor ch' io fosse mai,
E tanto lo sento anamorarmi ingordo,
Cheo non trovo consiglio, et più nol chegio,
Chognuon mi troverà piangendo sordo,
Poichè tanti magior nessum al peggio.

In hoc Carmine fingit Poëta se per somnium vidisse, & audivisse innumera mala per Amorem in mundum invecta, incipiens a primis nostris progenitoribus, & pertingens usque ad Cleopatram, exemplis tam e sacra, quam e profana historia desumptis.

IV. pag. 25. Alia Carmina cum hoc titulo: *Volume in che se contiene varie cose notabile che fece il valentissimo Poeta Misser Francesco Petrarcha, cioè Cansone morale, Sonetti, Madricali, et altre bone cose. Emprima comensa soi Sonetti dela vita.* Primum Epigramma Italicum inc.

Per fare una legiadra sua vendecta ec.

Vltimum inc.

Increscati ormai cruda fortuna ec.

Interseruntur tamen a pag. 33. usque ad 35. Carmina quaedam, quae a Petrarchae stylo prorsus abhorrent.

V. pag. 35. Carmen ternario metro, cui titulus: *Questa è una Ave Maria, et voto facto per Mastro Antonio de Ferrara, di giocare giamai al gioco de lazara.* Inc.

Ave Diana Stella, che conduci
A la tua scorta nel profondo mare
Ogni nochier guardando ove tu luci.

Nè

(1) Hoc nomen a manu recentiori videtur correctum fuisse, illique aliud substitutum, quod minime intelleximus.

Digitized by Google

Nè mai sicuro si può navicare
In questo pelago sì procelloso e reo
Senza la vista del tuo lampagiare ec.
Des.
E perch' io abbia dicciò rimembranza,
Mille trecento fei questo proposto
Quarantacinque con gran disianza
A vinti di Domenica d' Agosto.

VI. pag. 38. *Capitulo, dove lontellecto accusa Mastro Antonio di Ferrara a nostra Donna Vergene Maria, del voto rotto.* Inc.
Avea lasciato dietro a la Bilanza
Phebo, et era nel septimo giorno
Nel segno ch' è di Marte una habitanza ec.
Des.
Forse ch' ancor serò guida di lui,
Se vorrà seguitar il mio camino,
Benchè sia pena il governare altrui,
Tu se' la donna, e senti 'l mio latino.

VII. pag. 41. b. *Capitulo, dove Mastro Antonio de Ferrara se scusa a nostra Donna, e risponde al' accusa del intelletto.* Inc.
El gran disio ch' al pecto mio si chiude,
Madonna, di parlar nel tuo conspecto,
Con grande terror per due cagion si schiude ec.
Des.
La mia speranza ancor non è sì torta,
Che, se di tuo perdon mi fai sicuro,
Non creda suscitar cosa ch' è morta,
Senza più far sagramento, o spregiuro.

VIII. pag. 44. b. *Capitulo, dove nostra Donna risponde a la scusa di Mastro Antonio da Ferrara.* Inc.
Vostre parole udire tanto m' è caro,
Quanto mi fora, o tristi losengieri,
Ve mostro il dolce, e servo entro l' amaro ec.
Des.
E se pur vien ch' ancor torno su l' orma
Del modo usato, ritorna a mio tempio,
Ch' io ti darò da capo un' altra norma
Sì facta, che serà scripta ad esempio.

IX. pag. 47. b. Carmen, ut supra, sine titulo, sed forte eiusdem Antonii Ferrariensis, in laudem B. Mariae Virginis. Inc.
Salve Regina, salve, salve tanto,
Quanto per gloria l' Angelice tube
A te gridar giamai nel divino canto.
Des.
E specialmente, donna mia gentile,
Manda soccorso a color che governi
In questo nostro piccioletto ovile,
Per quel valore che Dio ten sempiterni.

X. pag. 51. Ab hac pagina usque ad finem Codicis habetur uberrima collectio Epigrammatum, & Odarum Italicarum, partim eroticarum, partim moralium, cum hoc titulo, rubrica ac maiori littera exarato: *In quisti quinterni di Sonetti son Sonecti di Pitrarcha, di Mastro Antonio da Ferrara, Conte d' Altavilla, et altri extraordinarii, de altre belle cose.* Nos vero, brevitatis gratia, nomina tantum Auctorum, quibus tribuuntur, indicabimus, paginarum numero, in quibus incidunt, adiecto. Ii vero sunt:

Antonius Ferrariensis pag. 56. 73. b. 83. (a) 92. b. 96. b. 97. 101. seqq. 111. b. 123. & 129.

Bindus Bonichus de Senis pag. 118. b. pag. 122. & 128. b.

Bonifacius de Vbertis pag. 94. b. 97. b. 99. 100. b. seqq. 123. seqq. & 129. b.

Cinus Pistoriensis pag. 52.

Comes de Altavilla Apuliensis pag. 62. b. & seqq.

Dantes Alighierius pag. 108. b.

Franciscus Petrarcha pag. 66. seqq. 96. 103. b. 118. 119. seqq. 124. b. seqq. & 130. b.

Gulielmus Maramaurus Neapolitanus pag. 53. 57. b. & 59. b.

Ioannes Boccaccius pag. 116. b.

Paulus de Aquila pag. 54. 58. 61. b. 83. b. 89. & 110. b.

Petrus de Plebe pag. 59. b.

Zanus de Burgo Sancti Sepulchri pag. 122. b. (b) & 128. b.

Notandum praeterea est pleraque istorum Carminum auctoris nomine esse destituta, quale est ultimum, quo clauditur Codex, ternario metro compositum, & manu diversa exaratum, cuius initium est:
O vero, eterno, et infinito Bene,
Da cui dipende tucto l' Vniverso,
Vnde ogni dono et ogni gratia vene ec.
Finis:
Proteggeme Signor dai miei inimici,
Difendame la tua gratia, te ne prego,
Insieme coi parenti, et cum gli amici,
Et prego che ai miei prieghi non sia negho.

Pro specimine huius collectionis, ab Etruscarum litterarum studiosis maximi faciendae, pauca haec delibavimus:

Pag. 54. *Sonecto di sententia e buon consiglio facto per Messer Paulo de la Aquila, primo Cavaliere de la Corona, come l' omo savio nel tempo d' infortudine, e aversitate non si dè rompere, nè turbare, ma stare constante, e resistere a li casi di fortuna.*
Vn consiglo ti dò di passa, passa,
Volta il mantello a quel vento che vene,
E dove che non puoi molto, fai bene
Se a tuo vantagio flectendo, t' abassa.
E prendi essempio dall' arboscel che bassa,
Che quando mutation li sopravene,
Ello s' enchina, e così si mantene,
Finchè la piena dura, e aspra passa.
Poichè ventura ti serve di nappa,
Tra' fuor le scripte, che n' ai pien il seno,
E mecti, e trita, colli, ronca, e strampa,
E fa' co' denti, e mai non venire meno,
E cuncha poi di quelli sempre agrappa,
E con

(a) Hoc loco nomen *Antonii Ferrariensis* expunctum fuit manu recentiore, & substitutum *Dumonguione Fantinelli di Lucha*.

(b) Heic pariter supra nomen *Zani de Burgo S. Sepulchri* adscriptum fuit ab eadem manu recentiori *Sonecto di Francescho di Miser Simone Peruzi*.

Digitized by Google

E con parole, e ogni mal veleno.
Temp'è da far, e temp'è da soffrire,
Chi non se secca in tutto, può guarire.
Pag. 55. b. *Sonecto scripto a Mastro Antonio da Ferrara que li parea di Firenza.*
Maestro Antonio, io sò, che di Firenza
Cercato avete il seto con le mura,
In fiumi, ponti belli oltra mesura,
Chiese, e Palasci, e lor sufficienza,
E balestrer con bella appariscenza,
E l'altro popul senza l'armadura,
E belle donne, ne la cui figura
Sò che miraste con più diligenza.
Vedesti tu la festa principale,
Li San Giovanni, ne la cui stagione,
E poi vedesti andar a processione
Il temporal con lo spirituale?
Vedesti la giustizia con ragione,
Molte scienze, e senno naturale.
Al mio parer, e a la mia intenzone
Voi sete al paraone
Di magior facti; dunque di costei
Piacciati scriver, che ti par di lei.
Pag. 56. *Risposta di Mastro Antonio.*
Benchè non sia da tanto mia sentenza,
Ch'a lei prestar si possa fede pura,
Mio pur dirò ciò ch'a la mia natura
S'accosta, e vede lunga sperienza.
I' ò cercata Franza, e la Provenza,
Italia bella di cotanta altura,
Grecia, Cipri, l'ardente Calura,
La dove Idio menò nostra fallenza.
Terra non vidi mai, che fosse iguale,
Di dolce sito, e d'accorte persone,
Si come questa Fior ch'en prescio sale.
Ma quel che più lodo in lei, e che più vale,
E' la gran libertà del suo Comone;
Però el gran temone
Governator de terra de li Dei,
Sempre la campa da le man di rei.
Pag. 61. *Sonetto mandato a Miser Paulo de l'Aquila Cavaliero de la Corona.*
Ben disse al mio parere Quintiliano,
E Tito Livio del longo sermone,
El Maximo Valerio, ch'el dispone,
Salustio Giugurtino, et Albertano.
E ben disse Aristotile, e Lucano,
Virgilio, Ovidio, Seneca, e Platone,
E sopra tucti del ben dir si pone
El vero pregio al buon Tulio Romano.
Ma poi ch'io vidi voi nela ringiera
Rettorico parlar pulito e presto,
Come si convenia ala matera;
Per quel che sia nel mio cor manifesto,
Nesum di quei de la nomata schera
Non disse me' di voi in chiosa, o in testo,
Con ciò che v'è richesto,
Voce, loquela, appariscenza, e senno,
Senza sembiante, o disonesto cenno.
Pag. ead. b. *Risposta di Misser Paulo non per quelle rime.*
Già molte volte in la maginativa
Amor m'appresentò la vostra forma,
Tracta su l'acto, che più si conforma
A poter far la mia mente gioliva,
Vnde però la possanza visiva
Per darmi all'ontellecto vera norma,
Tanto ò seguitato d'orma in orma,
Che pur son giunto all'arbor de l'oliva.
Quì vego 'l fructo sì dolce e benegno,
Quant'è possibil a far ogni trist'alma.
Alegro, sano, e valoroso ingegno;
Ma non m'ardisco di passare il segno,
Da dimandar la disiata palma.
Aspectola di gradir da vostra palma.
Codex membranaceus MS. Italicus in 4. min Saec. XIV. manu forte Neapolitana exaratus. Constat fol. scriptis 133.

GEORGII TRAPEZVNTII COMPENDIVM LOGICAE.

Cod. CXCIX.

I. pag. 1. PRaemittitur Operi Prologus, & Prologo titulus hoc pacto: *G. Trapezuntii Logicae Compendium ad intelligendos plerosque locos Ciceronis perutile.* Prologus est, qui sequitur: *Multa sunt, mi Petre, quae faciunt, ut omni cura, omnique diligentia cogitem, qua ratione in his humanitatis artibus facile ceteris praestare possis. Nam & amor tuus erga me singularis, & patris tui, viri excellentissimi, maxima in me officia cogunt, ne, si modo gratus esse velim, quidquam aliud magis cupiam, quam te in his studiis florentem atque ornatissimum omnium conspicere. Quam quidem rem quum diu ac saepe animo volverim, quoniam dialecticae omnino expertem, ne mediocrem quidem futurum Oratorem puto, statui (ut more boni debitoris, quam nunc possum minimam debiti particulam tibi reddam) quae ferme ad percipiendam dicendi copiam necessaria sunt, e Peripateticorum fontibus sumpta, breviter ad te conscribere. Nam qui haec dialectica nullo modo degustarunt, eos video quum aut ratiocinari, aut dividere, aut diffinire opus sit, aberrare ab re sua longius, nec Ciceronem eloquentiae principem, quem imitantur, quum haec inciderit (incidit autem saepius) recta ratione intelligere; quod quum omnes fere, qui mentis compotes sunt dialecticae ignorantia fieri non dubitent; abhorrent tamen, non a dialecticae solum, verum etiam a totius Philosophiae praeceptis, vel propter eorum infantiam, qui docent, vel propter rerum obscuritatem, vel propter voluminum magnitudinem simul, ac multitudinem, vel propter barbariem eorum, qui peripatetica ex graeca lingua in latinam transtulerunt. Praeter enim ea, quae Leonardus Arretinus traduxerit, cum quo aetas nostra in dicendo cum antiquitate possit contendere, nihil fere peripateticum latine conscriptum videtur, quae res latinae eloquentiae studiosos a dialectica deterret vehementius, quam oporteat. Non enim abiicienda penitus ea sunt, sine quibus, nec recte intelligere, nec ratione dicere possis. Quas ob res, ne tibi aut quidquam desit, aut si deesse nolis, dura illa & aspera peripateticorum ac paene infinita & confusa perspicere*

Digitized by Google

cere cogaris, omnia quae ad dicendum faciunt, & ad inspiciendam rationem topicam necessaria sunt, sine qua, si quis se putat recte posse invenire, aut aliorum inventa percipere, quasi amens contemnendus est, ad hoc Opusculum breviter contuli, in quo si quid innatae peripateticis duritiei videbitur inesse, non mihi, sed rebus attribue. Dabis igitur operam diligenter, quaecumque hic scripta sunt, animo commendare, exercitatione firmare, frequenti disputatione, vel cum aliis, vel tecum ipso, facillima, & sicut innata tibi reddere. Quod si facies, nec te praeceptionis nostrae, nec me laboris poenitebit. Opus inc. *Dialectica igitur est diligens disserendi ratio &c.* Des. *tu vero da operam, non haec solum, verum ut multo maiora & plura consequaris; ut ratione dicendi recte habita, & maiorum scientia rerum non abiecta, vere doctus & sis, & videaris.*

II. pag. 34. Anonymi, forte eiusdem, Tractatus de Dialectica in forma Dialogi, praeviis quibusdam schematibus, exhibentibus definitionem Oratoris, divisiones generum, ac statuum caussarum, Logicae, Dialecticae, Ethicae &c. necnon Epigrammate, quod sequitur:

O vos, est aetas, iuvenes, quibus apta legendi,
Discite, eunt anni more fluentis aquae,
Atque dies, dociles, vacuis ne perdite rebus,
Nec redit hora fluens, nec redit hora ruens.
Floreat in studiis virtutum prima iuventus,
Fulgeat ut magno laudis honore senex.
Vtere quisque legas librum felici us annis,
Auctorumque memor dic, miserere Deus.
Si nostram, lector, festucam tollere quaeras,
Robora de proprio lumine tolle prius.
Disce, tuas iuvenis ut agat facundia caussas,
Vt sis defensor, cura, salusque tuis.
Disce, precor, iuvenis motus, moresque venustos,
Laudetur toto ut nomen in orbe tuum.
Me lege qui veterum cupias cognoscere sensus.
Me quicumque capit, rusticitate caret.
Nolo omnis, lector, segnis sit, nolo superbus;
Devoti atque humilis pectoris antra colo.
Has, rogo, divitias Sophiae non temnat amator,
Navita quas pelagi portat ab orbe suo.

Tractatus inc. *Quia mentionem philosophiae in priore disputationis nostrae sermone fecimus, videtur condignum, Magister, ut aliquanto latiore indagatione de ea disputare incipias &c.* Des. *at vero ex utroque fit, quod superius de lepore diximus, non solum producenda, sed acuenda etiam penultima syllaba huius verbi, quod est lepos, non ab eo quod est lepus deflexum est: Finis.* Tractatus de Dialectica Georgii Trapezuntii memoratur a Niceronio Tom. XIV. pag. 337. *Memoires pour servir a l'Histoire des Hommes illustres*, aitque in lucem prodiisse Argentinae an. MDXIX. & alibi, nullum tamen verbum facit de Logicae Compendio supra relato.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. exeuntis. Constat fol. scriptis 72.

TRACTATVS MORALIS DE OCVLO &c.

I. pag. 1. PRaemittitur Operi brevis introductio una cum elencho Capitum, quibus constat, & quae sunt numero XV. Ea vero inc. *Si diligenter voluerimus in lege Domini meditari, facillime perpendemus ea, quae pertinent ad visionem & oculum, prae ceteris frequentius in sacris eloquiis recitari &c.* Caput I. inscriptum *De numero partium oculum componentium*, inc. *Sciendum igitur, quod sicut potest elici ex sententia Constantini in Libro, quem facit de Oculo, & ex verbis Alhac. in primo Libro Scientiae Perspectivae, oculus tres habet tunicas in sui compositione &c.* Caput ultimum *De oculo septemplici intuitus divini* des. *septimo divinorum oculorum intuitus est ad regnum gloriae perductivus. Iob* XXXVI. *Deus non aufert a iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illic eriguntur. Ad illud regnum nos perducat, qui sine fine vivit & regnat. Amen.* In hoc autem Opusculo haec notavimus: Cod. CC.

Pag. 23. in Cap. IX. de sumptuositate oculi respectu ceterorum membrorum corporis humani, hanc auctor refert historiolam. *Narrat Helivandus, quod anno Domini* MXCII. *Rex quidam Angliae, Guilielmus nomine, quum calciaret novas caligas quodam mane, quaesivit a cubiculario, quanto emptae fuissent precio; quumque ille respondisset III. solidos, indignans & fremens, filius, ait, meretricis est, ex quo habet Rex caligas pretii tam exilis; vade ex parte diaboli, & adfer mihi emptas marcha una argenti. Ivit ille, & multo viliores attulit, & quanti praeceperat pretii emptas fuisse confinxit. Istae, inquit Rex, conveniunt Regiae Maiestati, in quam oculi omnium sunt intenti &c. In Cap. XI. de informatione Scholarium ex VII. conditionibus, quae exquiruntur ad visum.*

Pag. 30. notanda est haec alia narratio: *Sed hodie scholarium plures inveniuntur desides, & pauci ferventes. Quaesivit a me quidam laicus, mihi familiaris & notus, in qua facultate essent plures scholares studentes Parisius, & respondi, quod in artibus, sive in logica. Et ipse, immo in musica, quia plures musant, quam studeant. Diligentiam & attentionem scholaris in studio descripsit Architremus* (1) *eleganti metro, loquens ita de nocturno studio scholaris:*

Languidus, insomnis, & ocello, & pectore noctes
Extrahit alterutro vigiles, oculusque lucernae
Pervigil & lippit, & lippum torquet ocellum.
Imprimit ergo libris oculi, mentisque lucernam,
Et libro, & cubito, dextraeque innixus, & auri;
Quid nova, quid veterum peperit cautela revolvit,

Nunc

(1) De eo nihil habet Polycarpus Leyserus in Hist. Poët. Medii Aevi.

Digitized by Google

Nunc oculo, nunc mente bibens, nunc haurit utroque,
Illo plus, illaque minus, nunc lecta camino
Decoquit ingenii, memorique in pectore nodo
Praesuit, adstringit nunc quod nodosius obstat,
Ingeniumque tenet, ne tollat in altius alas.
Instanti reddit studio, conamine toto
Pectoris exterius, pronisque ignescit ocellis,
Immergitque caput gremio, longumque volutat,
Praecipites reserasse vias, cursumque negantes,
Oppositos fregisse fores, oculumque reducit
Saepius ad librum, digitique & mentis acumen.
Post haec de sopore scholaris studio fatigati versus subiunxit huiusmodi:
Nulla quies, somnus, nec enim cessura quieti
Cura soporatur, sed in illa pace soporis
Pacis eget studii labor insopitus, & ipso
Cura vigil somno, libros, operamque ministrat &c.

II. pag. 42. Fragmentum Anonymi cuiusdam Operis moralis, in quo declarantur effectus virtutum, & vitiorum per ordinem alphabeti; incipit enim ab *Abstinentia*, & quidem sic: *Abstinentia est meriti aumentativa, sapientiae acquisitiva, carnis refraenativa, victoriae impetrativa, orationis auxiliativa &c.* Desinit in voce *Amici*, de quibus adseritur, quod *debent habere commune gaudium, familiare colloquium, fidele obsequium, salubre consortium, malitiae taedium.*

III. pag. 45. Oratio de SS. Eucharistiae Sacramento. Inc. *Accipite & manducate, hoc est Corpus meum &c. Animadvertenti mihi, Eximii Domini, & Patres dilectissimi, sedulaque cordis meditatione indaganti segetem agelli mei nimium pauperrimi plurimum infecundam &c.* Des. *ut hic filios nos sibi electos constituat per gratiam, & in futuro per aeternam gloriam, quam nobis praestare dignetur, qui cum Patre & Spiritu Sancto &c.* Inseruntur aliquot Alani(1) versus in laudem SS. Virginis Mariae, quorum initium est:
Salve stella maris, vitae via, porta salutis,
Regula iustitiae, limes pietatis, origo
Virtutis &c.

IV. pag. 50. Pauca quaedam de extremo Iudicii die ex Gregorio, & Anselmo; et in aversa pagina exordia quaedam Orationum occurrunt. Interim notandum in primo huius Codicis folio haberi definitionem avaritiae, una cum variis eiusdem speciebus.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 51.

VARIORVM OPERA MEDICA.

Cod. CCI. I. pag. 1. DE cibis & potibus praeparandis in acutis aegritudinibus, auctore Anonymo. Inc. *De cibis & potibus praeparandis videamus, & qualiter eorum reprimatur malitia, si qua fuerit, in quo delectetur infirmus quandoque &c.* Des. *memento servare eam semper cum oleo.*

II. pag. 6. Regulae Vrinarum Magistri Mauri. Inc. *Quoniam de urinarum scientia tractaturi sumus, videndum est primo, quid sit urina, qualiter generetur, quot urinarum colores &c.* Des. *patienti sic est subveniendum, ut laboranti vitio splenis.*

III. pag. 28. b. Flores Diaetarum, auctore Anonymo. Inc. *Corpus humanum ex quatuor humoribus constat &c.* Desinunt in quibusdam versiculis, quorum ultimus est: *Confert quartanae mitridati potio sani.*

IV. pag. 37. b. Tabulae Salerni. Concordant quoad initium cum illis, quae habentur in Cod. CLXII. supra p. 166. §. II. In hoc vero clauduntur quibusdam versiculis, in quibus agitur de signis hominis morituri, & inc. *His signis moriens certis cognoscitur aeger &c.* necnon aliis, qui subsequuntur de ponderibus, quorum initium est:
Collige tritici medicinae pondera grani &c.

V. pag. 44. Curae Matthaei Platearii. Inc. *Amicum induit qui iustis amicorum precibus condescendit = unde ego Platearius vestris precibus, dilectissimi, condescendens, breviter caussas, signa, & curas aegritudinum scribere proposui &c.* Opus est imperfectum, & desinit in *cura arteticae*, & in verbis: *& notandum quod si est etiam ex....* tribus foliis vacuis relictis ad supplendum defectum. Interim notandum, alium defectum occurrere in hoc Opere inter pag. 78. & 79.

VI. pag. 85. Compendium Magistri Salerni. Inc. *Duplici de caussa me cogente, socii dilectissimi, hoc Opus constituere summo opere desideravi &c.* Desinit in Electuario ad constringendos humores. Tandem in ultimis duobus foliis habentur versiculi de virtutibus quarumdam herbarum, scilicet *de diureticis, de lapidem frangentibus, de menstruis provocandis & constringendis, de repercussivis, de maturativis &c.*
Inc.
Sunt diuretica. Fu., Bruscus, Sparagus, Calamentum,
Spicaque, Feniculus, Bettonica, Cassia, Daucus &c.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIII. aliquantum in ultimis foliis vetustate detritus. Constat fol. scriptis 92.

IORDANI RVFI LIBER DE MEDICINA EQVORVM ITALICE VERSVS.

Cod. CCII. PRaecedit Operi brevis Prologus metricus, auctore fortasse Italico interprete, qui inc.
Christo Signore, Patre omnipotente,
Rege, Creatore dela humana gente ec.
Tum sequitur Praefatio ipsius auctoris, praevio titulo: *Incipit Liber Merescalsie Domini*

(1) Non memorantur a Leysero in Opere mox citato pag. 1012. ubi fuse agit de Alano.

Digitized by Google

mini Iordani Rufi militis de Calabria, quae inc. *Concessiacosake tra tutte le altre bestie create da Deu essugecte alu usu dela humana generatione, nulla bestia sia più nobile ke lo cavallo ec.* Praefationem excipit Index Capitum, quorum primum *de verme de lo capo*, inc. *L'accidentale infirmitate ene, la quale se clama lu verme, commensase inillu pectu dellu cavallu, oi inter le cosse adtornu alli culluni, et poi descende alle gamme per la vena &c.* Opus est imperfectum ob Codicis mutilationem in fine, ac desinit in Capite LXIV. *de la serca*, & in verbis: *deiase fare uno unguento in tale modo, de cera unza* II. *de sevo de montone unze* IIII..... Huius Iordani Rufi militis de Calabria, de quo alibi egimus, meminit Fabricius Bibl. Lat. med. & inf. aetatis Tom. IV. pag. 177.

Codex membranaceus MS. Italicus in 8. Saec. XIII., in principio aliquantum evanidus, & in fine a muribus corrosus. Constat fol. scriptis 70.

MAGISTRI PHILIPPI GRAMMATICA LATINA.

Cod. CCIII. I. pag. 1. ANonymi, sed, ut ex fine erui potest, Magistri Philippi cuiusdam Grammatica Latina, quae est sine ullo titulo, & dividitur in sequentia Capita. I. *De verborum constructionibus*. II. *De relativis*. III. *De comparativis*. IV. *De coniunctionibus*. V. *De figuris*. Inc. *Constructio est unio constructibilium. Constructibilia vero sunt ipsae partes orationis, quae per suos modos ad invicem construuntur &c.* Des. *externa actus informati habitudine talis propositionis.*

II. pag. 60. Rudimenta Grammatices anepigrapha, sed forte eiusdem, in compendium redacta. Inc. *Grammatica est scientia recte loquendi, & recte scribendi &c.* Des. *& nota quod constructio infinita non potest facere orationem compositam, quia infinitat verbum suum, & facit ipsum stare loco tertii, vel determinationis, vel alicuius partis positae in aliam orationem. Explicit Tractatus Magistri Philippi.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 70.

TESTAMENTVM NOVVM.

Cod. CCIV. TEstamenti Novi Libri omnes hoc ordine: Quatuor Evangelia, Epistolae Paullinae, Actus Apostolorum, Epistolae Catholicae, & Apocalypsis; omnia cum Prologis, ut alibi.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis, minuto, sed perspicuo charactere exaratus, cum initialibus Librorum pictis, & variis imagunculis exornatis, in cuius calce legitur: *Liber Laurentii ac Ioannis Petri Francisci de Medicis n.* LXXIII. Constat fol. scriptis 93.

BREVIARIVM ROMANVM.

Cod. CCV. ORdo Breviarii secundum consuetudinem Romanae Curiae, praevio Calendario, ubi singulis mensibus duo adponuntur versiculi, prior in ipsorum principio, alter in fine. Ii autem sunt:

Ianuar.
Prima dies Iani, timor est & septima vani,
Nona parit bellum, sed quarta dat hora flagellum.
Februar.
Alterius mensis, post quartum fit tertius ensis.
Nullus ut octavae, vel denae dixerit ave.
Mart.
Martius in prima cum quarta descendit ad ima.
Prima nocet multum, nullum dat altera cultum.
April.
Quum Christus cedit, undecimus Aprelis obedit.
Prima petit telis, quem nona requirit Aprelis.
Madius.
Tertius hic optat, manu quod septimus aptat.
Sexta minus mordet, quum vulnera minus remordet.
Iun.
Cui nil dena dabit. Iunii quindena negabit.
Laedit quarta cutem, nullam dat quinta salutem.
Iul.
Ter decies fortis Iulii sedecim via mortis.
Est lupus undena pariter quoque nona leaena.
Aug.
Sexti prima furit, a fine secunda perurit.
Cuspide prima ferit, quem Septima perdere quaerit.
Sept.
Tertia turbatur Septembris, dena minatur.
Tertia Septembris & quarta dabunt mala membris.
Octob.
Tertius Octubris, nulli decimusque salubris.
Quinta dat Octubris quae nona venena colubris.
Nov.
Quinta Novembris obest, nulli lux tertia prodest.
Est octava canis, fors quarta videtur inanis.
Dec.
Hoc dat bissena decimi quod septima dena.
Prima parit luctum, nullum dat septima fructum.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIV. exeuntis, optime servatus, in cuius primo folio legitur: *Questo Breviario ho avuto da Lodovico di Giuliano in pegno per f. 3. larghi d' oro gli prestai liberamente, portò cont. lui decto adì primo di Febraio* MCCCCLXXXVI *cioè fiorini tre d' oro larghi.* Constat fol. scriptis 478.

THO-

Digitized by Google

THOMAE REATINI DIALOGVS DE CONSOLATIONE.

Cod. CCVI.

SEquens Operi titulus praefigitur: *Ad Ioannem Cardinalem Rothomagensem Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarium, Thomae Reatini in consolationem de obitu filii Dialogus, quod dolor, & mortis metus non cadat in sapientem.* Prologus inc. *Quum permulta sunt in philosophia a doctissimis clarissimisque philosophis disputata divinitus, tum nihil hominum vitae utilius, neque conducibilius, quam quae ab aliis de contemnenda morte, & de dolore tolerando relicta nobis & tradita sunt &c.* Des. *quem patruus quum iuxta assedisset, hunc in modum est alloquutus.* Dialogus inter Angelum, & Laelium, ita inc. *Angelus. Si te adii serius, quam vel officium meum, vel necessitudo nostra postulabat, nulla te admiratio teneat, suavissime Laeli; nam quum mihi de filii tui obitu esset allatum, aeque ac debui, optimi et modestissimi et charissimi omnibus nobis adolescentis mortem adeo graviter molesteque tuli &c.* Tum expositis breviter iis, quae de contemnenda morte, & de dolore tolerando a sapientibus tradita fuere, ita persequitur: *Nec enim mirum est ullum, ab eo imbecilliora vinci, a quo fortiora, robustioraque vincantur. Quam ad rem plurima nobis ac maxima adiumenta adferre videntur illa, quae de his rebus ab eloquentissimis hominibus disputantur. In quo genere memini saepe multa & praeclara, & legisse, & praesens interdum quum agerentur audisse, ac illa potissimum, quibus disertissimus vir Angelus Reatinus patruus meus Laelium hominem sibi amicissimum de filii morte consolatus est. Nam quum eius unicus filius, probus ac frugi in primis adolescens, decessisset e vita, ex eaque re, ut consentaneum est, incredibili dolore confectus esset, patruus meus, solandi gratia, pro veteri amicitia illum adiit, meque secum, tum puerum admodum duxit, cuius disputationis sententias memoriae mandatas postea repetens, ut patruo pro meo officio aliquam gratiam referrem, mihi magnopere meis scriptis illustrandas putavi. Sic quae memoria suppetit, adhibito ordine quodam, in libellum hunc contuli, quem ad te, Reverendissime Pater, non immerito, ut mihi videor, potissimum mitto &c.* Des. *his habitis, ille remansit, nos domum discessimus.* In ultimo folio, quod ad Codicis custodiam pertinet, manu fortasse possessoris descripta est confectio cuiusdam medicamenti, quod dicitur, *Pillole di Mess. Marsilio Fecino singulari contra peste &c.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. nitidissimus, & cum initialibus tam Prologi, quam Dialogi litteris pictis, & inauratis, in cuius fronte legitur: *Iste Libellus est presbyteri Zenobii Stephani de Masolinis de Prato.* Constat fol. scriptis 40.

IACOBI VERGERII AD CARD. CORNELIVM GRATVLATIO.

Cod. CCVII.

IAcobi Vergerii Veronensis Iureconsulti in Reverendissimum Cardinalem Cornelium pro Iurisconsultorum Ordine Congratulatio brevis. Inc. *Conferebat paullo ante in aedium tuarum limine, Reverendissime Cardinalis, deditissimus tibi, Corneliaeque familiae, litteratissimorum hic Iurisconsultorum Ordo, quonam officii genere in hac tua sublimi excelsaque dignitate utendum esset &c.* Des. *post clarissimos omnes ab illa consequutos honores, maxima omnium, atque eminentissima Pontificali quoque potitam dignitate.* Tum subiicitur: *Habita Venetiis x. Kalendas Novembris millesimo quingentesimo in aedibus Cornelianis.* Ex ea hac praelibavimus: *Et ut tritavos tuos ceterosque seniores, qui patriae tuae Senatores optimi clarissimique exstiterunt, quorum omnium praeclare gestis annales, Venetaeque historiae refertae sunt, silentio praeteream, se tibi eo tempore obtulit admirandum illud abavi tui Marci numen, qui post Rempublicam labantem diu ab eo sustentatam, Ducale solium Imperiali rexit auctoritate. Excitabat te posthac nobilissima proavi tui Georgii senioris imago, qui dum plenis comitiis contra Mediolani Ducem, antiquo bello, Nicolai Pinzenini tempore, Veneti exercitus imperator electus esset, post multa ab eo memoratu digna, honorifice glorioseque gesta, hoste tandem superato, pro patria sua moriens, Veneto Senatui amplissimo, Corneliaeque familiae indelebile nomen reliquit. Considerabas dehinc avi tui Marci veneranda documenta, qui perfunctis omnibus Venetae Reipublicae honoribus, ob eius munificentiam inauditamque liberalitatem, adoptata a Senatu Veneto invictissimo Catharina eius filia, Ducali auctoritate illam felicibus auspiciis, sacratissimo quondam Regi Cyprio collocavit nuptui. Inaudita felicitas, ut ex Cornelia familia Senatus Venetus gloriosissimi Marci Cornelii avi tui filiam in suam adoptet, & Cornelia familia Veneto Senatui iustissimo, regium generum tradat. Sed cur haec R. C. a tua, nostrique omnium memoria remota contemplabaris? Quum magis urgeat, moveatque praesens auctoritas, quam praeterita seniorum recordatio, magisque filium sapienti patri, quam avo, aut proavo, ceterisque maioribus similem esse conveniat. Aderat tunc temporis, adestque Georgius iunior, tuae Celsitudinis pater incomparabilis, qui ex solidissimo illorum stipite, felici natus sidere, fidei, probitatis, ac praecipuae liberalitatis exemplo, non modo Corneliam familiam, sed Venetam patriam, veluti coruscans sidus inradiat, ob eiusque inenarrabiles virtutes illustrat. Hic non sua putat, quae sua sunt, quum omnia amicorum didicerit esse communia; hic paupertatis iustitiaeque defensor,*

Digitized by Google

sor, hic demum optimus Senator, paterque patriae, omnes illius leges, iuraque conservat; huius prudentiae & consilio Regnum Cyprium imperio Veneto additum; & Catharina soror religiosissima, Regina Cypria, patriae Venetae restituta, regalibus illam insignibus cum maximo totius Corneliae familiae ornamento mirum in modum exornat.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. archetypus, cum stemmate gentilitio fortasse familiae Corneliae in fronte Codicis. Constat fol. scriptis 6.

ANONYMI LIBER DE CREATIONE MVNDI, ET ANGELORVM &c.

Cod. CCVIII. I. pag. 1. MVtilus est Codex in principio, & incipit a verbis... *in Trinitate, quia in una essentia sunt tres Personae, scilicet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & tamen non est nisi una substantia, & una divinitas &c.* Primum Caput integrum est *de principio mundi*, & ita inc. *De principio mundi sic tenendum est, quod Deus in principio ante omnem diem creavit caelum empyreum, in quo sunt sancti Angeli, & materia quatuor elementorum, de qua omnia animalia facta sunt &c.* Tum sequuntur alia Capita hoc ordine, *de Angelis, de ordinatione mundi, de ordine caelorum, & planetarum, de generatione & productione istorum inferiorum, de aetatibus mundi, de aetatibus hominum, de septem vitiis capitalibus, de Donis Spiritus Sancti, de signis ante diem iudicii, de die iudicii, de Inferno, de poenis Inferni, de gloria Paradisi, de Divinis Officiis, de tempore Septuagesimae, de Officio Lamentationum*, & tandem *de ordine Missarum & earum significatione*. Horum autem omnium finis est: *dies veneris appropriatur Christo, quia illa die mori voluit pro salute humani generis.*

II. pag. 29. Liber de infantia Salvatoris perperam S. Hieronymo (1) tributus. Inc. *In diebus illis erat vir in Ierusalem nomine Ioachim ex tribu Iuda. Hic erat pastor ovium, timens Deum in simplicitate & bonitate sua, cui nulla cura erat alia, quam gregum suorum, de quorum fructu alebat pauperes, & timentes Deum, haec munera offerens simpliciter; nam omnem substantiam suam trifariam dividebat, scilicet unam partem templo, & templi servitoribus impendebat &c.* Des. *haec autem vidit domus sua, quae sanctus Apostolus & Evangelista Ioannes manu sua scripsit hunc Libellum hebraicis litteris consignatum, quem Hieronymus Doctor ille perspicuus hoc Opus de hebraico in latinum deduxit.* Tum subiicitur: *Explicit Summa, seu Liber de creatione mundi, & Angelorum, & de pueritia Christi, & aliorum multorum bonorum. Amen. Finito Libro sit laus & gloria Christo.*
Legitur multis cum varietatibus, praesertim in principio & fine, apud Io. Albertum Fabricium in Codice Apocrypho Novi Test. Hamburgi MDCCXIX. a pag. 19. ad. pag. 36.

III. pag. 57. b. *Transitus beatae Mariae Virginis*, diversa manu conscriptus. Inc. *Tempore illo quo Dominus ad passionem suam venire debebat, inter multa verba, de quibus eius gloriosa mater ipsum quotidie deprecabatur, de suo transitu caepit eum rogare &c.* Des. *semper sit mei, & omnium in se credentium ac sperantium ante piissimum filium suum, Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre &c. Explicit Transitus beatae Mariae Virginis.*
Sit pax legenti, sit gratia digna petenti.
Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIV. in cuius calce legitur: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis* CCIII. Constat fol. scriptis 61.

BARNABAE REATINI DE NATVRIS ET QVALITATIBVS ALIMENTORVM LIBER.

Cod. CCIX. TItulus Operi praemissus ita habet: *Compendium de naturis & proprietatibus alimentorum per Magistrum Barnabam de Regio aggregatum.* Dicatum est autem Guidoni de Regio Episcopo Concordiensi, ita enim inscribitur brevis Praefatio in ipsum: *Quem veritas, virtus & scientia ubique plurimum recommendant, venerabili in Christo Patri Domino Guidoni de Regio, Dei gratia & Apostolicae sedis Concordiensi Episcopo, Barnabas de Riatinis artium & physicae dictus Professor seipsum utinam meliorem.* Inc. *Galienus septimo Therapeuticae Methodi Capitulo primo scribit auctoritate Platonis, quod Opus in aliqua scientia vel arte ordinatur ad triplicem finem = hanc seriem litterarum per sententias & Capitula ordinatam iuxta ordinem alphabeti, incipientem primo a rebus inchoantibus ab A, secunda ab inchoantibus a B, & sic deinceps &c.* Des. *sic enim ea, quae hic traduntur facilius poterunt a quolibet inveniri.* Alimenta, de quibus agitur, sunt per alphabeti litteras disposita. Primum Caput *de Aqua* inc. *Aqua, de qua est sermo praesens, est aqua potabilis, ut excludatur aqua, quae est pura elementum &c.* Vltimum *de Zinzibero* des. *obscuritati itidem oculorum ex humiditate in oculis positum, vel comestum auxiliatur, Dei gratia mediante, qui vivit & regnat &c.* Clauditur hac epigraphe: *Finitum fuit hoc Opus, Venetiis per praedictum Magistrum Barnabam salariatum ibidem ex dictis Hippocratis, Galieni, Ioannis, Serapionis, Dioscoridis, Rasis, Isaac, Avicennae, Averrois, Ioannis Mesue, & aliorum plurium sapientium,*

(1) Exstat in Cod. X. Plutei XIX. Biblioth. Laurent. (ut ex Catalogi nostri Tom. I. pag. 523. §. III. colligitur) Liber cum hoc eodem titulo, sancto Hieronymo tributus, sed a nostro valde diversus.

Digitized by Google

tium, sub MCCCXXXVIII. *die* 3. *exeunte Novembre, ad laudem Dei & gloriosae Virginis Mariae. Amen.* In ultimo folio habentur virtutes quarumdam herbarum *secundum Platearium in Libro de Simplicibus Medicinis*, necnon confectio pillularum ad podagras, quae dicuntur *nobilissimae, ordinatae ab uno maximo Medico Regis Franciae pro quodam magno Barone dicti Regis.* In hoc autem Opere percurrendo haec obiter observavimus.

Pag. 28. b. in Capite *de Melonibus* ait: *Mellones longi, quibus communiter utimur.*

Pag. 30. b. in Cap. *de Nevulis* ait: *Nevulae, sic communiter dictae, fiunt diversimode; quando enim fiunt ex farina munda & aqua, quando ex farina, aqua & zucharo, & quando ex farina, aqua decocta, cum anizi & zucharo.*

Pag. 34. b. in Cap. *de Piscibus marinis*, optimos esse refert, *qui apud nos habentur, scilicet Sollie, Stolpene, Trigie, vel Russoli, Guffi, Cevali, Rumbi, Varoli, & similes. De non marinis, sed de flumalibus, meliores apud nos dicuntur Varoni, Boteli, Temani, Cavedani, Lucioli &c. De lacubus vero, boni sunt Carpiones, Lasche, & Trute.*

Pag. 36. Inter poma meliora recensentur: *Poma dicta Paradisi, de Asti alba, & poma dactalina — Regina — Poma dicta Arancia.* Agitur inde *de natura pomorum citrinorum.*

Pag. ead. b. animadvertenda sunt: *Pira quae apud nos sunt meliora, licet non sint magnae capacitatis, & rotunditatis, sunt, Pira Carpeta, & Mundulla, & Sementina, & sancti Nicolai, & Sachella, & Briolana, & Glacciola, & Regina = de quibus in Libello nostro de conservanda sanitate &c.*

Pag. 44. Cap. *de Tri. Tri vulgariter habet diversa vocabula, a quibusdam enim dicitur Tria, ut a Contanis* (forte *Anconitanis*) *a quibusdam Vermicelli, ut a Tuscis, a quibusdam Oreti, ut a Bononiensibus, a quibusdam Minutelli, ut a Ven.* (forte *Venetis*) *& a quibusdam Formentini, ut a Reg.* (forte *Regiensibus*) *& a quibusdam Pancardelle, ut a Man.* (forte *Mantuanis*).

Pag. 48. habes *Vinum tribianum; quod nascitur in Marchia Anconitana, & in quibusdam confinibus eius &c.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XIV. Constat fol. scriptis 50.

LEXICA VARIA AD VSVM STVDIORVM THEOLOGICORVM.

Cod. CCX.

I. pag. 1. PRimum Lexicon sine ullo titulo, inc. *Abba, interpretatur Pater. Abbas, tis, m. product. interpr. Pater Monasteriorum. Abbatia, tiae, f. g. & penultima prod. interpr. Locus eorum &c.* Des. *Zerobabel est ex integris tribus nominibus, ze dicitur iste, ro magister, babel Babylonia, idest iste magister de Babylonia.*

II. pag. 72. Aliud Lexicon adverbiorum, cum interpretatione Italica. Inc. *Abintestato, idest senza testamento. Abinvicem, idest despartitamente.* Des. *Posthac, idest da quì inanze. Postquam, idest da poi.*

III. pag. 75. Tertium est verborum, quae habentur in Libris sacrae Scripturae, & in eorum Prologis, non quidem alphabetice, sed iuxta Librorum ipsorum seriem digestum. Praemittitur autem sequens Monitum rubrica conscriptum instar brevis Prooemii: *Cupiens breviter insinuare vocabula Mamotreti non valentibus ipsum habere, maxime rudibus, ut cito cognoscant qualiter accentuare debeant dictiones, sive vocabula ipsa, cogitavi cuilibet dictioni quamdam virgulam ponere, ubi poni debet accentus,* Inc. *Perferens, m. corr.* (1) *idest portans. Fidem, idest certitudinem. Necessitudo, idest amicitia, pen. prod. f. g.* (2) *Glutinum, m. corr. idest charitas, quia coniungit animas, sicut glutinum coniungit asseres &c.* Des. *Alpha est prima littera apud Graecos, ω ultima, per quod insinuat se Dominus principium omnium & finem. Kalendae dicuntur primi dies mensis.*

IV. pag. 152. Quartum Lexicon est verborum, quae occurrunt in Officio de Tempore, de Festis, & de Communi Sanctorum. Incipit a Dominica prima de Adventu, & quidem sic: *Stillabunt montes dulcedinem, idest guttando emittent. Stillo, as, idest gutto, as, transitive ponitur hic &c.* Desinit in verbis de Sermone Origenis in vigilia Nativitatis, quorum ultima sunt: *Traducere, idest in domum ducere, vel lapidandum publicare. Supercellit, idest transcendit. Mancipium, idest servus.* Tum subiiciuntur aliquot voces desumptae, ut dicitur, *ex declaratione Regulae Fratrum Minorum*, cum sua explicatione.

V. pag. 292. b. Excerpta quaedam satis bona *de modis exponendi sacram Scripturam, de qualitatibus, de veritate, & de divisione sacrae Scripturae*, ac tandem *de nominibus Dei apud Hebraeos.*

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XV. exeuntis, binis columnis, ac variis manibus exaratus. Constat fol. script. 293.

NICOLAI PAPAE IV. EXPOSITIO SVPER REGVLAM S. FRANCISCI.

Cod. CCXI.

PRaemittitur Prooemium, quod inc. *Nicolaus Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Fratribus, & dilectis in Christo filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Poenitentia, tam praesentibus, quam futuris salutem & Apostolicam benedictionem. Supra montem Catholicae fidei &c.* Des. *aeternae beatitudinis effici possessores.* Regula inc. *Nos igitur Ordinem ipsum opportunis favoribus pro-*

(1) Intellige *media correpta.*

(2) Intellige *penultima producta, feminini generis.*

Digitized by Google

prosequi &c. Des. *se noverit incursurum. Datae Reate* XV. *Kal. Sept. Pontificatus nostri anno secundo.* Claudit Codicem pictura quaedam rudi calamo delineata exhibens sanctum Franciscum quasi scribentem, oculis ad Seraphim in aëre pendentem sublatis. Haec Regula reperitur impressa in T. III. Bullarii Romani, edit. alias cit. an. MDCCXLI. fol. pag. 53. ubi pro XV. *Kal.* legitur XVI. *Kal.* MCCLXXXIX.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XIV. ineuntis, charactere grandiori exaratus. Constat fol. scriptis 16.

FR. HIERONYMI DE SENIS LIBER ASCETICVS.

Cod. CCXII. I. pag. 1. TItulus Operis sequens est: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Incomincia lo Soccorso de' Poveri composto per uno certo Religioso da Siena per nome Frate Geronimo.* Epistola, seu Praefatio inc. *Ad voi karissime sorelle et divote figliuole in Christo Iesu regenerate Frate Geronimo salute, affecto di Dio, dono di timore, carità non ficta, fraternità sincera, dispecto del mondo, fuga de' vitii, et usanza di buoni costumi. Carissime, di mio tardo scrivere non fo scusa &c.* Des. *alla qual cosa riguardando, voglio che questo Tractato doviate Soccorso de' Poveri appellare.* Sequitur deinde Capitum, quibus constat, elenchus. Primum Caput *de Fide* inc. *Ora, carissime in Christo Iesu, attendete quali sono quelle cose che per questa sancta Fede dovete credere et tenere &c.* Vltimum, quod est XLI. *de totius Operis conclusione*, des. *pregando Dio, che dopo la mortalità di questa vita, & figura di questo mondo, ci possiamo insieme nel beato regno trovare.* Tum repetitur Capitum elenchus, ut in principio.

II. pag. 81. Sancti Bernardi Sermo Italice redditus. Inc. *O huomo che d'anima rationale et humana carne se' composto, ripieno di molte miserie, misero et miserabile, povero, a molte necessitadi sottoposto, deh ritorna al cuor tuo ec.* Des. *al quale per sua sanctissima benignità c'induca, della quale egli è il datore. Amen.*

Codex membranaceus MS. Italicus in 8. Saec. XIV. exeuntis, diligenter exaratus. Constat fol. scriptis 89.

OFFICIVM B. MARIAE VIRGINIS &c.

Cod. CCXIII. OFficium B. Virginis Mariae, Defunctorum, Passionis Dominicae, & Spiritus Sancti; necnon septem Psalmi Poenitentiales, & aliae preces devotae, cum Calendario in principio.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XV. cum picturis, quae integram implent paginam, in principio singulorum Officiorum, quarum tamen aliquae fuerunt abscissae, & cum rubricis aureo charactere exaratis, vere pulcherrimus. Constat fol. scriptis 241.

PRECES VARIAE.

Cod. CCXIV. SEptem Psalmi Poenitentiales, Ordo Commendationis animae, & Officium Defunctorum.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIV. in fine mutilus. Constat foliis scriptis 32.

BREVIARIVM ROMANVM.

Cod. CCXV. ORdo Breviarii secundum consuetudinem Romanae Curiae, ad usum Fratrum Minorum S. Francisci, ut apparet ex Calendario, quod praemittitur, & ex insignibus Franciscani Ordinis, quae depicta videntur in margine inferiori primae paginae.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XV. ineuntis, minuto charactere binis columnis exaratus, & picturis exornatus. Constat fol. scriptis 443.

PSALTERIVM ABBREVIATVM A S. HIERONYMO.

Cod. CCXVI. PRaemittuntur huic Psalterio quaedam praeliminaria, nimirum, primo Monitum Italice de modo illud recitandi; secundo Prologus item Italice, in quo narratur, quomodo ad petitionem cuiusdam piae, ac potentis feminae Psalterium hoc ab Angelo dictatum conscripserit Hieronymus; tertio adferuntur *verba beati Augustini in huius sancti Operis laudem, & commendationem;* quarto denique *Orationes devotae* (VI.) *beati Augustini*, ante ipsum legendae. Hisce praemissis sequitur Psalterium cum hoc titulo: *Psalterium a beato Hieronymo breviter compositum, quod quidem mirabiliter ei per Angelum Domini a Spiritu Sancto sub orationum forma dictatum fuit per caussas in Prologo vulgari notatas & contentas, & primo, ut oravit David sic dicendo, videlicet.* Inc. *Deus in adiutorium meum intende &c. Ps. I. Domine Iesu Christe, Altissimi filius, fac me sociari inter viros beatos, qui in lege tua meditantur die ac nocte &c.* Des. *qua per te ab inimicorum iaculis tutus, a praesenti tribulatione ereptus, te Deum vivum in Trinitate, consona voce laudem, qui cum unigenito Filio tuo, Domino nostro, vivis & regnas Domine Deus omnipotens per omnia saecula saeculorum. Amen.* Tum subditur epigraphe: *Explicit beati Hieronymi Psalterium breviatum, atque ab Angelo per Spiritum Sanctum dictatum, in quo sublimis et inclyta laus Dei mirabiliter exprimitur, ac perennis, humilis, & efficax orandi modus iugiter continetur. Deo gratias.* Clauditur tandem Codex quibusdam aliis piis precibus.

Co-

Digitized by Google

Codex membranaceus MS. Latinus praeter pauca Italica, in 8. Saec. XV. exeuntis. Constat fol. scriptis 48.

OFFICIVM PASSIONIS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI &c.

Cod. CCXVII.

I. pag. 1. OFficium Passionis D. N. I. C. a Papa Ioanne XXII. compositum, & in Italicum sermonem conversum, in cuius calce legitur: *Quì finisce l'Officio della Passione della Crocie del nostro Signore Giesù Christo, lo quale fecie & compuose Papa Giovanni a* XXV. *dì di Marzo corrènti gli anni Domini* MCCCXXV.

II. pag. 8. Oratio Latina ad. B. Virginem, & Hymnus SS. Ambrosii & Augustini.

III. pag. 10. Opusculum, cui titulus: *Quì si tracta del die del finale giudicio, et della destructione del mondo, et in quanti dì il mondo si dee disfare.* Inc. *Quando santo Paulo fue ritornato da vedere le pene dello'nferno, fue rapito sue nel Cielo disopra al cielo cristallino &c.* Mutilum in fine est propter defectum quatuor foliorum, ut ex antiqua numeratione paginarum eruitur, in quo periit etiam initium sequentis Opusculi.

IV. pag. 15. Opusculum asceticum acephalum continens normam confitendi peccata commissa adversus Praecepta Decalogi, Sacramenta, Opera Misericordiae &c.

V. pag. 21. Gaudia B. Virginis, Italice.

VI. pag. ead. b. *Orazione compuose & fece Papa Giovanni XXII. et confirmolla nel Consistorio di suoi Cardinali, et diede di perdonanza a ciaschuna persona chella dicesse, o la udisse dire divotamente. M. dì di peccati mortali, et tre anni di veniali per ogni volta a chi è veramente confesso et contrito, et dice così: Salvator del mondo Gesù Cristo salva me etc.*

VII. pag. 22. *Orazione, la quale fu rivelata al sancto Papa Celestino, quando egli era nello eremo, cioè in solitudine, per la quale fece di perdonanza* XL. *dì etc.* Inc.
Vergine gloriosa, madre di pietade &c.
Pregate per lo scrittore in santa karitade,
Sicchè ve lo meriti la santa Trinitade.

VIII. pag. 23. b. Ode Italica valde rudis in laudem S. Francisci. Inc.
Al Monte Sancto Giesù aparia,
Cholle sue piaghe Francescho feria &c.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. min. Saec. XV. in cuius calce legitur: *Questo Libro ene di Giovanni da Milano.* Constat fol. scriptis 24.

GRAMMATICAE GRAECAE RVDIMENTA.

Cod. CCXVIII.

COdex est sine ullo titulo: continet autem Praecepta Grammaticae Graecae in duas Partes divisa, quarum prima initio mutila de Declinationibus Nominum, altera de Verborum Coniugationibus edisserit, per interrogationem & responsionem exposita, auctore Anonymo. Prima Codicis verba sunt ista .... μὲν, οἷον τύπτοι, ἐπιῤῥήματων δὲ, οἷον οἴκοι, πλὴν τοῦ πάλαι. τοῦτο γὰρ ἐπίῤῥημα ὂν βραχυκαταληκτεῖ, καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ πρόπαλαι, κ. τ. λ. Post varias definitiones ac declarationes eorum, quae in genere ad intelligentiam octo Orationis partium pertinent, quaeque usque ad p. 17. progrediuntur, Pars prima de Nominibus inc. Αἵας, ποίου μέρους λόγου ἐστίν; ὀνόματος. ποίου γένους, ἀρσενικοῦ. ποίου εἴδους; παραγώγου. ποίου εἴδους τῶν παραγώγων; ῥηματικοῦ. ποίου σχήματος; ἁπλοῦ. ποίου ἀριθμοῦ; ἑνικοῦ. ποίας πτώσεως; ὀρθῆς καὶ εὐθείας τῶν ἑνικῶν, κ. τ. λ. Des. ἔστι δὲ κατὰ παραγωγὴν τὸ ὠτίον. Pars altera de Verbis pag. 64. inc. Τύπτω, ποίου μέρους λόγου ἐστίν; ῥήματος. ποίας ἐγκλίσεως; ὁριστικῆς. ὁριστικὴ πόθεν γίνεται; ἀπὸ τοῦ ὁρίζομαι, κ. τ. λ. Des. ἡ ἐνεργητικὴ μετοχὴ, ὁ ζευγνύς. ἡ παθητικὴ, ὁ ζευγνύμενος. Tum subiicitur: Τέλος τῶν συζυγιῶν. Deinde a pag. 98. b. usque ad finem sequuntur exempla Declinationum, & Coniugationum tali instructa titulo: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν Ἀρσενικῶν κανόνων. Alia Praecepta Grammaticalia, item in forma Dialogi tradita, habebantur etiam in Cod. CLXXXII. supra p. 177. sed haec multo sunt illis uberiora.

Codex chartaceus MS. Graecus in 8. min. Saec. XV. exeuntis. Constat fol. scriptis 114.

THEODORI GAZAE GRAMMATICA GRAECA.

Cod. CCXIX.

EX quatuor Theodori Gazae Grammaticarum Institutionum Libris, Libri duo posteriores. Integrum Opus habes in Codice CXXV. supra p. 138. & conveniunt cum editione Iuntina anni MDXV. ibi citata.

Codex bombycinus MS. Graecus in 8. min. Saec. XV. optime servatus. Constat fol. scriptis 119.

OFFICIVM B. VIRGINIS MARIAE &c.

Cod. CCXX.

OFficium B. Virginis Mariae, septem Psalmi Poenitentiales, Officium Passionis Dominicae, & Officium Defunctorum, cum Calendario in principio.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XV. cum pictura in principio. Constat fol. scriptis 220.

LEONIS BAPTISTAE ALBERTI TRIVIA SENATORIA.

Cod. CCXXI.

LEonis Baptistae Alberti de Triviis Senatoriis Libellus, in quo de Senatoris officio agitur, praevia Epistola ad Laurentium Medicem, ut in Codice XXIII. Plutei LIII. Biblioth. Laurent. Catalogi nostri Latinorum Codd. Tom. II. pag. 618. §. II. ubi integram Epistolam attulimus.

Digitized by Google

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XV. exeuntis. Constat fol. scriptis 13.

VITA SANCTAE MARGARITAE VIRGINIS.

Cod. CCXXII. Inc. *DOpo la passione et resurrectione del nostro Signore Iesu Christo, et dopo la sua gloriosa ascensione, quando egli salì in cielo a riposarsi coll' onnipotente Padre &c.* Des. *acciocchè abbiate la corona di vita eterna con sancta Susanna, et sancta Margherita, per li quali prieghi sieno scusati dinanzi a Dio nostro Salvatore, il quale vive & regna col Padre &c.* Tum sequuntur Orationes duae, prima ad B. Virginem Mariam, altera ad Iesum Christum Dominum nostrum.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. min. Saec. XV. exeuntis. Constat fol. scriptis 24.

EPISTOLAE MAGNI TVRCI LATINE REDDITAE A LAVDINO &c.

I. pag. 1. Cod. CCXXIII. LAudini Equitis Hierosolymitani Latina versio Epistolarum mutuarum Magni Turci, & aliorum ad ipsum, praevia Epistola Nuncupatoria ad Francinum Beltrandum Comitem, & Argumento earumdem, ut in Codice XC. Plutei XC. super. Biblioth. Gaddianae, Catalogi nostri Tom. III. pag. 675. §. V. cum quo adamussim concordat.

II. pag. 27. b. Libellus ita inscriptus: *Petro Vecturio novello Iurium scholari Ioannes Iacob Can. Iuris utriusque Consultus de modo in Iure studendi Libellum, ac salutem P. mittit.* Praemittitur Opusculo sequens brevis Introductio: *Quoniam bene a Platone prae criptum est, beatas esse Respublicas, quae a sapientibus regerentur, & illis, qui eas caste integreque administrarent, certum fore in caelo dicatum ac definitum locum, ubi Beati cum omnipotente Deo, immortali aevo ac gloria perfruuntur; omnibus planissime indicas, Petre charissime, quantum tuam sanctissimam Rempublicam, & animum tuum generosissimum colas, hoc saltem verissimo infallibilique argumento, quod ad discendum Ius humanum atque divinum, & ad hanc Iurisconsultorum Academiam te contuleris, ut eius documentis a te perceptis, de regenda tua illa illustri patria, orbis terrarum divinissimo domicilio, praestes exemplar; et quum postea ex hoc corpore nobilissimus spiritus dimissus fuerit, in caelum revertatur ad Deum Optimum Maximum, a quo primum ipse defluxerat. Ad desiderium vero tuum adimplendum, licet natura duce, provehi potuisses; attamen doctissimorum omnium, meaque sententia Iuris, utriusque doctrina te melius in tranquillissimo & tutissimo portu constituet. Quum enim in hominibus, sicut etiam in equis, & in iumentis (ut canit Flaccus) eniteat patrum virtus, & tamquam proprium munus ad posteros hereditaria successione mittatur; &, ut quondam accepimus, Scaevolarum domum Iuris scientia, Catonum gentem severitate atque iustitia, Curiones vero & Hortensios eloquentia, aliosque aliis naturae bonis claruisse, sic peculiarem quamdam gubernandae Reipublicae doctrinam, quae continuatis saeculis perpetua serie in Vecturiis maioribus tuis fuit, in te arbitror relucere, eamque per se plurimum tibi ad gloriam praestare praesidii. Ceterum, si eam doctrina & litteris adiuveris, faciliorem tibi aditum pandet ad gloriam properanti, fiesque unus, in quo praecipua tuae Civitatis salus niti videatur. Verumtamen eum, qui Iurisconsultus esse desiderat, oportet, prius esse discipulum, nostrumque morem totis, ut aiunt viribus amplexari, quo non solum optatam fauste metam attingat, sed etiam citatiore gradu ad ipsam facilius, & tutius perducatur, quam labore aut difficultate deterritus, in medio cursu deficere compellatur. Quem quidem morem, Ius divinum, & humanum discere cupientibus scribere adgressi sumus, non tamen, ut te admoneremus, qui etiam sine monitore, ad id vales, & ad percipiendam omnem sapientiam, tuopte ingenio videris esse dispositus, sed ut fidentius, quod in te habes, recognoscas, & ex hac nostra lucubratione alios discendi cupidos per te monere valeamus. In quo, si quid nostra opera te profecisse noveris, nostrae industriae studio gratulabimur; si quid vero remissius dictum, omissumve, tuas aures offenderit, tu quaeso superaccumula, & defectibus nostris benignitatis tuae serenitate precor occurre, qui ut tibi obsequeremur, non recusavimus haec forsan incomptius in medium afferre.* Opusculi Cap. I. inc. *Donum sapientiae ab ipso Deo primum expetendum censemus.* Vltimum des. *verum fortasse laetaberis te fuisse a nobis non mediocriter excitatum, & ob tuum amorem gaudebis, multos in veram semitam adductos, qui forsitan aberrassent. Nos vero pro nostra consuetudine tibi placere prodesseque studuimus. Vale.*

Capita autem, in quae Opusculum dividitur, haec sunt:

I. *Donum sapientiae a Deo primum expetendum ostenditur.*

II. *De vitanda cibi, potusque frequentia, & epularum conditione.*

III. *De vitanda Venere.*

IV. *De vitanda cogitatione rerum a legibus seiunctarum.*

V. *De ira & iocis fugiendis.*

VI. *De Grammatica, Latinaque lingua, Graecaque discendis.*

VII. *De Arte Oratoria, Iurisconsultis necessaria.*

VIII. *Quod Poësis & Dialectica I. C. non est necessaria.*

IX. *Non est necesse I. C. Mathematicas discere disciplinas.*

X. *Quis locus ad studium videatur esse potissimus.*

XI. *De*

Digitized by Google

XI. *De paranda veste, libris, ac praeceptore.*

XII. *De temporis divisione, ac distributione.*

XIII. *Vtrum sit melius praevidere lectionem, an ea lecta, revidere.*

XIV. *De Libris Iuris, a quibus, et quando compositi sint.*

XV. *Quod Ius sit docendum prius, & quare.*

XVI. *Qualiter docendum sit Ius Civile secundum ipsas leges.*

XVII. *Quomodo leges ex usu tradantur in scholis.*

XVIII. *Quomodo docendi sunt Canones.*

XIX. *Quid observare debeant auditores volentes addiscere.*

XX. *De alio documento, per volentes addiscere observando.*

XXI. *De fructu & utilitate discentium Leges & Canones.*

XXII. *Conclusio totius Operis cum excusatione.*

III. pag. 53. b. Elegia, cui titulus: *Salutatio Virginis gloriosae edita per Maphaeum Vegium Laudensem*, ut in Codice XXXIX. Plut. LXXXIX. infer. Biblioth. Gaddianae, Catalogi Tom. cit. pag. 399. §. XIII. num. 1. Inc.

Virgo decus nostrùm, cuius se credidit alvo
Divûm ille aeternus Rex, hominumque Pater.

Des.

Salve, quas dedimus Virgo tibi vota, precesque,
Virgo intercessor nostra fer ante Iesum.

IV. pag. 55. Alia eiusdem Elegia de laudibus sanctae Monicae matris sancti Augustini. Inc.

Salve lux matrum, mater sanctissima salve,
Salve Augustini Monica digna parens.

Des.

O salve aeterna laude canenda parens.

Exstat inter Carmina illustr. Poëtar. Florentinae editionis anni MDCCXX. 8. Tom. X. pag. 323.

V. pag. 56. b. Caroli Arretini pro obitu Leonardi Arretini Elegia. Inc.

Nunc sacrae Musae, sanctos nunc fundite crines,
Nunc grandes lacrymae sancta per ora fluant.

Des.

Ergo omnes dicant meritam, & carmine laudent,
Spes certe studiis una relicta bonis.

Ibid. Tom. VI. pag. 267.

VI. pag. 61. b. Alia Anonymi in laudem beatae Virginis quae sequens est:

Virgo decus caeli, Virgo sanctissima, Virgo,
Quae super Angelicos es veneranda choros.
Tu niveas formosa rosas, tu candida vincis
Lilia, tu vultu vincis & astra tuo.
Pura, columbellae similis, quam lactea vestit
Penna, nec in toto corpore menda sedet.
Quas tu non longe praecellis, Virgo, Sibyllas,
Quae tibi conferri denique Diva potest?
Tu Mater dilecta Dei, tu Sponsa vocaris,
Praecipua tantum virginitate places.
Quae licet ediderís, dictu mirabile, Christum,
Attamen, ut fueras, intemerata manes.
Per te nostra caro, meritis ita femina fulges,
Est immortali conciliata Deo.
Tu sacrum templum, tu fons uberrimus ille es,
Cuius inexhaustam distrahit unda sitim.
Imus ad aethereas te nos interprete sedes.
In caelum per te, Virgo, patescit iter.
Auxilio, Regina, tuo, non ullius arma,
Nullius horremus, te vigilante, minas.
Tu clypeus, tu thorax, tu mortalibus unum
Praesidium miseris, profugiumque pates.
Quum nos adsidue mortales raptor oberret,
Esuriens pavidas ut lupus ambit oves,
Tu facis, insidias eius vincamus & artes,
Tu rapido tutos a Phlegethonte facis,
Tu precibus supplex numquam cessantibus oras,
Vt nati fiat mollior ira tui.
Ni facias (adeo passim crevere nocentes)
Funditus humanum deleat ille genus.
Tu pia sperantes in te non deseris unquam,
Tu vacuas clemens non sinis esse preces.
Tu das optatam languenti saepe salutem,
Eripis a duro carcere saepe reum.
Te vocat in partu mulier, te miles eamdem
Subvenias querulo saucius ore rogat.
Saepe, procelloso iactatis aequore nautis,
Dirigis in portus stella serena ratem.
Erigis afflictos, aegris solatia praebes,
Saepe venis terra, saepe vocata mari.
Tu morbos, diramque famem, bellumque coërces,
Exigis a terris pestis & omne genus.
Hinc votiva tuis ponuntur munera templis,
Quae sita sunt, Virgo, milia multa tibi.
Nemo per haec tutus sine te deserta viator,
Nemo per hoc pelagus te sine sospes erit.
Et quoniam claudis portas, & pandis Olympi,
Et quia tu talis, & quia tanta potes,
Fer precor auxilium, Virgo sanctissima, nobis,
Et servatricem porrige quaeso manum.
Illisa est scopulis, & fundo impacta carina,
Nec sine te navis currere nostra potest.
Nam nisi pro solita tu nos pietate misellos
Foveris, ad cuius confugiemus opem?

VII. pag. 63. Epistola Domini Ioannis Pici Mirandulae Comitis Illustrissimi ad Ioannem Franciscum Nepotem exhortativa ad beate vivendum. Inc. *In eo, qui est vera salus, discedenti tibi a me, plurimas statim ad malum oblatas occasiones, quae te perturbent, & arrepto bene vivendi proposito adversentur, non est, Fili, quod admireris; sed neque quod doleas, aut expavescas, &c.* Des. *ante nullum alium finem praefinire nobis aut debemus, aut possumus, quam ut perpetua utriusque hominis pace, infinito bono, sine fine fruamur. Vale & Deum time.* Exstat inter Opera Io. Pici Mirandulae, Concordiaeque Comitis Basileae apud Seb. Henricpetri MDCI. fol. pag. 231. ubi legitur: *Data Ferrariae* XV. *Maii* MCCCCXCII.

VIII. pag. 68. b. Summarium in Biblia, scilicet in singulos Sacrorum Bibliorum Libros, hoc brevi Prologo praemisso: *Ad evidentiam praesentis Libelli notandum est, quod omnes Libri divinae Scripturae, qui conti-*

Digitized by Google

nentur in Biblia, sunt numero 36. qui licet a quibusdam aliter numerentur & ordinentur, tamen communiter a Doctoribus, & in Bibliis correctis, secundum infrascriptum modum & numerum ordinantur. Incipit autem a Genesi, & desinit in Apocalypsi.

IX. pag. 78. Libellus, cui titulus: *Figurae Veteris Testamenti repraesentantes vitam & passionem Christi, & ipsa vita & passio est Novum Testamentum.* Prima *de conceptione Christi* inc. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Esaias 7. cap. &c.* Vltima *de coronatione matris Iesu* des. *positusque est thronus matri regis, quae sedit ad dexteram eius. 3. Reg. 2. cap.*

X. pag. 84. b. Brevis notitia de generationibus veterum Patrum, ab Adam usque ad filios Iacob; & de annis regnorum veterum Regum Israël, a Salomone scilicet usque ad Sedeciam. Tandem Codex clauditur hoc brevi computo: *Ab Adam vero usque ad tempus praesens, scilicet* 1497. *remotis triginta tribus annis vitae Iesu Christi, fluxerunt anni* 5527.

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XV. exeuntis. Constat fol. scriptis 85.

PRECES VARIAE.

Cod. CCXXIV. Liber precum, cum Calendario in principio. Incipit a Psalmo *Miserere mei Deus &c.* uberius exposito per singulos versiculos. Pag. 54. occurrit prae reliquis Hymnus in laudem S. Bernardi de Vbertis Cardinalis, & Episcopi, cuius initium est:

Sanctus Pontifex Bernardus
Claris natus flagrans nardus,
Ortus de Florentia &c.

& pag. 106. b. alius item Hymnus, seu Sequentia in laudem S. Mariae Magdalenae Poenitentis, quae inc.

O piissima peccatrix,
Pedum Domini lavatrix &c.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XV. ineuntis, varia manu. Constat foliis scriptis 107.

PRECES VARIAE.

Cod. CCXXV. Liber variarum precum, quae sunt partim Italicae, partim Latinae. Pag. 118. occurrit Symbolum Apostolorum, suum cuilibet Articulo Apostoli nomen praemissum exhibens.

Pag. 17. Rubrica adnotatum est: *Questi sono e perdoni della Pietà, essendo sancto Gregorio Papa, et celebrando la Messa gli aparve el nostro Signore Iesu Christo in forma della Pietà, el quale vedendola, commosso a devotione a tutti li viventi contriti et confessi, e quali diranno in ginocchioni le sopradecte Orationi, con cinque Pater noster, et cinque Avemarie, concesse tredicimila anni di perdono, et molti altri Sommi Pontefici alla predicta Indulgentia, agiunsono tanto, che in somma sono in tutte, tre migliaia et trecento sei dì. Et Papa Calisto riconfermò la decta Indulgentia nello anno del Signore mille quattrocento quarantanove, a dì tre di Gennaio, et questo fece a petitione di Frate Cristofano da Friuli de l'Ordine de' Frati Minori della Osservantia in Roma nel palazzo di Sancto Pietro, presente Francesco da Viterbo, et Frate Francesco da Grossoli, et Frate Domenico da Rasia.*

Codex membranaceus MS. partim Latinus, partim Italicus, in 8. min. Saec. XV. Constat fol. scriptis 141.

OFFICIVM B. MARIAE VIRGINIS &c.

Cod. CCXXVI. Officium B. Virginis Mariae, Officium in agenda Mortuorum, Officium Sacratissimae Passionis D. N. I. C. septem Psalmi Poenitentiales, & Officium Crucis parvum. In principio autem Codicis habetur Calendarium.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XV. cum elegantibus picturis in principio singulorum Officiorum. Constat fol. scriptis 237.

AVICENNAE, IOANNIS DAMASCENI, ET AEGIDII QVAEDAM OPERA MEDICA.

Cod. CCXXVII. I. pag. 1. Avicennae de Medicina Canonis IV. Fen prima de Febribus, continens Tractatus quatuor. Primus inc. *Febris est calor extraneus accensus in corde &c.* Tractatus quartus des. *& consilium quidem est, ut in ea non fiat inceptio ad curandum, donec manifestus sit modus aegritudinis; nam secundum plurimum est saeva.* Tum repetitur titulus: *Primae Fen quarti Canonis finis feliciter. III. Kal. Sextiles.*

II. pag. 97. Liber inscriptus: *Praesis Eben Mesue Iohannis filii Regis Damasci usque ad aegritudines cordis*, seu, ut inscribitur in eius Operum editione Veneta anni MDCXXIII. quam citavimus Catalogi nostri Latin. Codd. Tom. III. pag. 66. §. I. *Ioannis Mesue Grabadin, idest Compendii secretorum Medicamentorum Liber secundus, quo propria remedia ad singularum partium corporis morbos docentur.* Inc. *Sanat solus languores Deus &c.* Des. *aut ex balneatione vehementi, aut labore, & similibus.* Exstat etiam in Codice XXXVI. Plutei LXXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tomo cit. pag. 68. §. V. ubi finis diversus, quia in hoc post verba *tenendo sub lingua*, in quibus ille desinit, subsequitur Caput *de aegritudinibus cordis.*

III. pag. 230. Versus Aegidii de Vrinis. Inc.

Dicitur urina quia fit in renibus una,
Vel ab urith graeco, quod demonstratio fertur,

Aut

Digitized by Google

Aut quia quod tangit mordet, desiccat, & urit &c.

Des.

Talis hypostaseos caussam speculatio solvit.

Mutilum est Opus, nam post hunc versiculum sequitur tantum titulus rubricatus *de varietate colorum in eadem* (sc. urina) in quo absolvitur Codex, relictis vacuis aliquot foliis ad ipsum prosequendum. In prima membrana, quae Codicis custodiae inservit, distichon legitur:

Te longinqua petens comitem sibi ferre viator
Non dubitet, parvo pondere multa vehit.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XV. Constat fol. scriptis 231.

BREVIARIVM ROMANVM.

Cod. CCXXVIII. ORdo Breviarii secundum consuetudinem Ecclesiae Romanae, cum Calendario in principio; in fine desunt nonnulla.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum pictura in principio, pluvialibus aquis aliquantum maculatus in margine superiori. Constat fol. scriptis 390.

S. BERNARDI OPERA QVAEDAM.

Cod. CCXXIX. I. pag. 1. POst Calendarium, primum Opus inscribitur: *Meditationes B. Bernardi de cognitione hominis interioris*. Exstat in Codice I. Plut. XVI. Bibloth. Laurent. Catalogi nostri Tom. I. pag. 158. §. VII.

II. pag. 58. Brevis explanatio Symboli Apostolorum, auctore Anonymo. Inc. *Decimo die post Adscensionem discipulis prae timore Iudaeorum congregatis*. Des. *in quibus universitas fidei continetur*.

II. pag. 71. Opus item anepigraphum, sed eius auctor & argumentum deprehenditur ex brevi Prologo, qui ita inc. *Dum adsiderem Perusii iamdiu ego Albertus composui illum parvum Libellum, qui quaedam de ordine Maleficiorum, & plurimas quaestiones ad Maleficia pertinentes continet, & allegat, eumque sumpsi ex lectura Domini Odd. & scriptis responsionibus Domini Guidonis de Suzzaria, aliorumque plurimorum peritorum in iure &c.* Constat autem Capitibus XLII. quorum praemittitur Index rubrica conscriptus. Caput primum inscriptum: *Quid sit accusatio, & quando accusator sit necessarius, & quomodo de Maleficiis cognoscitur per accusationem*, inc. *Accusare nil aliud est, quam deferre aliquem reum criminis in Libello &c.* Vltimum, cui titulus *De multis quaestionibus Maleficiorum provenientibus, & dependentibus a Statutis*, des. *& ad hoc facit quod notatur* XXVII. *quaest.* IV. *Cap. ut. L. continentiae, & Extrav. de Cler. coniugat. C.* 1. *Li. VI. Amen.*

III. In nonnullis foliis vacuis relictis inter primum, & secundum Opus praedictum, ab alia, ut videtur manu, descripta sunt signa duodecim mensium, necnon alia utplurimum superstitiosa de diebus mensium, in quibus non licet minuere sanguinem, iter aggredi, carnes anseris comedere &c. Tum quaedam arbor, seu schema exhibens varias divisiones scientiarum; ac tandem duo circuli, quorum primus quatuor orbis terrarum cardines, alter duodecim menses, & quatuor anni tempestates repraesentat. In ultimis praeterea duobus foliis Codicis habetur Sententia quaedam condemnationis temporalis, lata *per Pallam Onuphrii Pallae de Strozzis Capitaneum Custodiae & Baliae Civitatis Pisarum &c.* Tandem in ultima pagina intricatis litteris legitur hoc monumentum: *In nomine Domini. Amen. Anno Domini eius salutiferae Incarnationis millesimo quatuorcentesimo quartodecimo, indictione septima, die* XIV. *mensis Augusti, tempore SSmi in Christo Patris, & D. D. Iohannis divina providentia Papae vigesimitertii, omnibus evidenter pateat, qualiter ego Dominicus olim Francischini de Vergareto, partium Romandiolae, emi praesentem Librum, scilicet Gadinum, a Domina Filippa, uxore olim ser Francisci de Sotio, pro pretio & nomine pretii librarum quinque fl. quae numeratae fuerunt sibi per Balduccium Bonini de Balbiano nuntium Curiae Domini Comitis Francisci* (forte de Puppio). *Et ad fidem omnium legentium praesentem paginam, sive scripturam scripsi manibus meis propriis, praesentibus testibus infrascriptis, videlicet Ser Conte Nerotii Domini Lapi de Melioratis de Prato, Ser Antonio Centis de Florentia, & Iohanne Lapi de Fronzole.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XIV. exeuntis, aquis pluvialibus aliquantum madefactus. Constat fol. scriptis 103.

PETRI DE VNZOLA COMMENT. IN SVMMAM ROLANDINI DE ARTE NOTARIORVM.

Cod. V.

I. pag. 1. TItulus Operis in Codice ita habet: *Incipit Apparatus Iudiciorum super nono Capitulo Summae Domini Rolandini compositus per Dominum Petrum de Vnzola Doctorem excellentissimum, prout in lecturis eius apparet*. Post Prooemium, quod inc. *Fecit Deus ab initio hominem simplicem, & rectum, & multis donis, & virtutibus dotatum &c.* Rubrica prima *De divisione Artis Notariae* inc. *Officium Notariae tripliciter constat esse divisum &c.* Vltima *De Extraordinariis* des. *& facit ad praedicta C. de accusat. l. sigilli, & ff. de cus. re. l. divus. Deo gratias.* Tum subditur: *Explicit nobilissimus Apparatus Iudiciorum, secundum Dominum Petrum de Vnzola Doctorem excellentissimum, ut in lectura apparet, & scriptus, videlicet pro dimidia versus finem, per me Franciscum condam alterius Francisci de Castrofranco inferiori, Notarium Florentinum, in Castro sancti Ioannis anno ab Incarnatione Domini* MCCCCXVIIII. *Indict.* XIII. *& die*

Digitized by Google

die XV. *Februarii. Cui altissimo laus semper sit & gloria per infinita saecula saeculorum. Amen.* De Rolandino, itemque de Petro de Vnzola, Bononiensibus Iurisconsultis, mentionem facit Fabricius Biblioth. Lat. med. & inf. aetatis Tom. V. pag. 285. & Tom. VI. pag. 122. quem consule.

II. pag. 244. Occurrunt Rubricae tantummodo Tractatus de Regulis Iuris in Iure Canonico Libro VI. Decretalium per Bonifacium VIII.

III. pag. 245. b. Expositio, seu Lectura Domini Bartholi de Saxoferrato super L. si Librarius ff. de Reg. Iur. ubi tractatur de errore Notarii, & qualiter probetur, & qualiter corrigatur. Inc. *Si Librarius &c. Vides quod error Notarii non nocet, ut hic &c.* Des. *ut si testator adhuc vivens diceret Notario in suo instrumento errasse.*

IV. pag. 246. Repetitio, seu Tractatus excellentissimi Legum Doctoris Domini Agneli (*sic*) de Perusio, germani Domini Baldi, ubi examinat errores & defectus Instrumentorum. Inc. *Imperator &c. Lex ista situata est sub titulo ff. de stat. hom. &c.* Des. *& ista lex repetita fuit per Dominum Baldum de Perusio germanum meum. Deo gratias. Amen.* In ultimo tandem Codicis folio habetur Tabula Capitum, seu Rubricarum LV. Apparatus Petri de Vnzola, de quo supra §. I.

Codex chartaceus MS. Latinus, & in ultimis foliis membranaceus in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus. Constat foliis scriptis 249.

VARIA OPERA ASCETICA.

Cod. VI.

I. pag. 1. *QVi comincia la meditazione della vita di Messere Iesu Christo ordinata da Frate Giacob dell' Ordine de' Frati Minori.* Inc. *Infr' all' altre virtù che si legie di santa Cicillia Vergine si è questa una grandissima, cioè ch' ella portava sempre scritto nel suo cuore lo santo sacrato Vangelo di Messere Iesu Christo, vero Iddio, nostro Signiore ec.* Des. *gli santi discepoli rimasono al mondo con Messere Iesu Christo, dal quale furono assai meglio amaestrati della vera fede eglino non erano in prima da Messer santo Giovanni Battista; ma lo meglio cognobono la santità di Messer santo Giovanni Battista.*

II. pag. 68. b. *Vno Sermone di Messer santo Bernardo tratta di Messere santo Giovanni.* Inc. *Quella nostra madre di tutte le Chiese, cioè la Chiesa Romana, degnamente si debbe lauldare, honorare. Sancto Piero primo Pastore, fatto dallaltissimo figliuolo d' Iddio Messer Iesu Christo per dare a ciò fondamento vero ec.* Des. *Al nostro Signore Messere Iesu Christo per la sua misericordia accettare ogni nostra orazione si gli piaccia, e farci degni della sua gratia.*

III. pag. 72. b. Explanationes rudimentorum Catholicae Fidei, nimirum Decalogi, & Symboli Apostolorum, quarum initium est: *Questi sono gli diesci comandamenti della leggie, gli qualli diè Iddio padre a Moise in monte Sinai. Lo primo adorare solamente uno Iddio etc.*

IV. pag. 83. Fragmentum vitae, seu passionis sanctae Catharinae Virginis, & Martyris, quod inc. *Vn dì la moglie dello Imperadore rimase nello palazo con grande dissidero di favellare a sancta Katerina etc.*

V. pag. 85. Vita S. Mariae Magdalenae. Inc. *Santa Maria Madalena si fu di nobile gentile ischiatta, disciese di Rè. Lo padre suo si ebe nome Syro, la madre sua ebe nome Vcharia, ela fu chiamata Madalena.* Des. *e quando egli morì ordinò d' esser seppellito a lato a lei, così fu. A onore e gloria della Santa Trinità. Amen.*

VI. pag. 87. b. Redeunt aliae explanationes rudimentorum Catholicae Fidei, scilicet Symboli Apostolorum, ut supra, sed multo breviores, septem vitiorum Capitalium, totidemque virtutum, quae ipsis opponuntur; quatuor virtutum Cardinalium, & trium Theologalium; septem Operum Misericordiae &c. in fine tamen mutilae.

VII. pag. 89. Opus asceticum, principio carens, sed videtur esse pars illius, quod habetur in Cod. CXX. Gaddiano supra p. 133. §. I. & inscribitur: *Meditazioni della Vita di Gesù Cristo nostro Signore, e Redentore,* & progreditur usque ad finem Codicis.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. exeuntis. Constat fol. scriptis 124.

VARIA OPERA ASCETICA.

Cod. VII.

I. pag. 1. *PIae quaedam meditationes de doloribus B. Virginis Mariae,* ita enim inscribuntur: *Contemplazione e contemplative parole, et ordinate e dette sopra ai dolori e afflizioni, che la Nostra Donna Vergine Maria ebbe del suo figliuolo Gesù Christo, a petizione d' una Eremita della Città di Siena ec.* auctore anonymo. Inc. *Charissima ed intima in Christo crocifisso figliuola. Ami preghato strettamente ch' io ti dovessi iscrivere gli dolori, e l' aflizione, e le tristizie, e l' anghoscie ch' ebe la Nostra Donna dolcie Vergine Maria del suo Figliuolo Giesù Christo ec.* Des. *et coloro di cui noi abiamo ragionato, sì ci faciano grazia d' avere sempre dolore e compassione di quella dolorosa morte di Giesù Christo, e del dolore di quella afaticata sua Madre, sichè alla fine abiamo vita etterna. Amen. Deo gratias.*

II. pag. 25. Vita S. Hieronymi, in Capita XXXIII. distributa. Caput I. inc. *Il beato Messere santo Girolamo, secondo che dice in uno suo Libro nella fine intitolato* de Viris Inlustribus, *fu figliuolo d' uno nobile uomo che ebe nome Eusebio, d' una terra chiamata Stido nel Vescovado Dittenestri della Provincia Ancaria; et essendo Ieronimo ancora*

Digitized by Google

cora fanciulo partissi della terra sua, e andone a Roma ec. Vltimum des. *preghiamo l' altissimo Dio col suo unico Figliolo Iesu Christo benedetto, et collo Santo Spirito per li meriti di santo Gieronimo ci facia sì vivere in questo mondo, che alla nostra fine per la grazia sua ci dia vita eterna. Amen. Deo gratias.*

III. pag. 65. Oratio S. Augustini ad Dominum Iesum Christum, Inc. *Dolcissimo Signor mio Iesu Christo, vero Idio, che del seno del Padre onnipotente fusti mandato nel mondo ec.* Latinam habes in Codice III. Plutei XVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 334. §. XVII.

IV. pag. 67. Alia Oratio ad B. Virginem Mariam. Inc. *Madonna Santa Maria perpetua Vergine, specolo et forma di tutte le Vergini ec.*

V. pag. 69. Liber asceticus, cuius titulus ob evanidum characterem minime legi potest, sed est *de interiori domo aedificanda*, S. Bernardo perperam adscriptus, licet inter eius Opera recenseatur. Inc. *Questa casa, nella quale noi abitiamo da ogni parte ci minaccia di rovinare*. Des. *e piuttosto la contemplazione delle cose celestiali, che l' occupazione delle cose terrene. Deo gratias.* Latinum habes in Codice I. Plutei XVI. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. cit. p. 160. §. XX.

VI. pag. 112. b. Excerptum quoddam inscriptum: *Come s' acquistano le lagrime e gli dolori degli peccati*. Inc. *Le lagrime e lo dolore degli peccati sono lo secondo battesimo ec.* Des. *quando lo piatoso (Iddio) la vedrà humiliata, costretto le dara dolore de' peccati, o almeno dolore, perchè non può avere dolore*. Tum subiiciuntur quaedam pauca ad Passionem D. N. I. C. meditandam adcommodata.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. exeuntis, aquis pluvialibus ita maculatus, & corruptus, ut multis in locis scriptura prorsus evanuerit. Constat fol. scriptis 114.

FR. IOANNIS DOMINICI DE CHARITATE LIBER.

Cod. VIII. COdex est initio, ac fine mutilus, sed continet Fr. Ioannis Dominici S. R. E. Cardinalis Librum de Amore Charitatis, In principio multa desunt, quum priora octo folia, ut ex antiqua paginarum numeratione eruitur, sint deperdita; in fine vero pauca. Integrum exhibet Codex XCI. Plutei LXXXIX. super. Biblioth. Gaddianae, Catalogi nostri Tom. V. pag. 326.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. Constat foliis scriptis 134.

RASIS DOCTRINA MEDICINALIS.

Cod. IX. RAsis, filii Zachariae, Opus de Doctrina Medicinali, in Libros X. distributum, Italice, interprete forsan Zuchero Bencivennio; concordat enim cum alio Exemplari, quod habetur in Codice XLIII. Plutei LXXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. V. pag. 281. §. I. Praecedit Prologus, cuius initium est: *Comincia illibro Abuberti de Rasis figluolo di Zacheria, traslatato da Maestro Gherardo Cremonese in collecta d'Arabico in Latino, il quale dallui è chiamato: Il Libro al Rè, la vita del quale Idio prolunga. Io ragunerò le somme, ellagregationi e Libri della doctrina di Medicina etc.* Caput primum Libri I. *Della figura et della forma de' membri*, inc. *Il creatore di tutte le cose Idio fece, et compose l'ossa, acciochè per loro il corpo fosse sostentato*. Libri X. Caput ultimum *De' convalescenti, cioè degli scampaticci*, des. *abbiamo dunque tutto compiuto, per la quale cosa a Iddio, per lo beneficio del quale, et per lo cui aiuto noi menammo questo afine, gratie sono infinite. Deo gratias. Amen.* De hac Italica versione consule notam (a) in Biblioth. Italicor. Interpr. Phil. Argelati cum additionibus Ang. Theodori Villae, Mediolani per Frid. Agnellum MDCCLXXVII. 4. Tom. III. pag. 313.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. exeuntis, Constat fol. scriptis 185.

VARIORVM OPERA MEDICA.

I. pag. 1. PRimi Operis, utpote anepigraphi, auctor ex subscriptione in ipsius calce apposita eruitur, & est Nicolaus Falcuccius, Medicus Florentinus, vergente saeculo XIV. clarus. Continetur autem in hoc Codice ex eius Sermonibus VII. Medicinalibus Sermo quartus, qui agit de dispositionibus membrorum spiritualium, & in quatuor Tractatus dividitur, quorum primus de dispositionibus gutturis, secundus de dispositionibus pulmonis, & cannae eius, tertius de dispositionibus cordis, & operimentis eius, & quartus de dispositionibus venenorum edisserit. Post brevem Prologum, qui inc. *Expeditus a Sermone tertio gratia Salvatoris nostri, quartum aggrediar Sermonem &c.* Tractatus primus inc. *Anatomiam harum partium, earum maxime, quae sunt in ore, reservavi ad Sermonis VII. Tractatum primum, in quo anatomiam externorum membrorum sufficienter exposui &c.* Tractatus quartus des. *quoniam sic tollit nocumentum frigiditatis ipsius*. Tum subiicitur in rubrica: *Et sic explicit Tractatus de venenis secundum Magistrum Niccolum de Falcuccis de Florentia. Deo gratias, Amen.* Meminit huius Auctoris Fabricius Biblioth. Latin. med. & inf. aetat. Tom. V. pag. 110. col. 2. *Cod. X.*

II. pag. 158. Magistri Christophori de Honestis de Bononia, Artium, & Medicinae Doctoris eximii, Tractatus de Venenis, in quatuor Partes, quae itidem Tractatus vocantur, distributus, & per Problemata

Digitized by Google

mata digestus, quorum praemittitur exactissimus Index. Prologus inc. *Excelsus Deus mentem inspiravit Apollinis Graeci, primi Medicinae repertoris, ut longa & vigili sollicitudine diversarum aegritudinum curas inveniens, Libros componeret, in quibus varios exponendi morbos documenta monstravit = & alii quidam, ad quos per veterum successores Doctorum pervenit notitia medicinae, multas partium coadunationes, Tractatus, & Libros varios ediderunt, inter quos varios de Venenis Libros, & Tractatus condiderunt, ut venenorum insidias humano generi obnoxias sciamus effugere, & eorum, si qua sint utilitatis eligere; unde ego Christophorus de Honestis, eorum documenta percurrens, aliquid sub forma Problematum in scientia venenorum compilabo etc.* Des. *ultima, si qua dubia cadent supra praedicta, movebo, & ponam problemata communiora, deinde specialiora.* Tractatus primi Problema primum inc. *Propter quid est, quod venenum ex toto genere contrariatur conditioni humanae, sic quod in parva quantitate occidit hominem? Respondeo praemittens, quod per venenum intelligo venenum proprie dictum, operans principalius per formam occultam, quam per qualitatem manifestam &c.* Tractatus quarti Problema ultimum *De Arsenico & Realgal*, des. *bezoar horum venenorum est oleum de nucleis pini statim, vel prima die datum in potu. Dosis est* ʒ III. *&c.* Tum sequitur subscriptio hoc pacto: *Expliciunt Problemata Magistri Christophori de Honestis de Bononia compilata in Studio Bononiensi per eum* MCCCXCI. *Deo gratias. Amen.* Nihil de hoc Opere apud Fabricium.

III. pag. 184. b. Galeni parvus Libellus de passionibus puerorum. Inc. *Ut testatur Hippocrates in Aphorismis, pueris noviter genitis multae passiones emergunt, ut tusses, vomitus, vigiliae, febres, diariae, tremores &c.* Des. *item radix cucumeris agrestis trita & distemperata cum oleo viol. moderate laxat ventrem, & lumbricos mirifice interficit.* Tum subiungitur: *Explicit Practica Galieni de passionibus puerorum. Ita ego inveni in quodam volumine Librorum Galieni, in quo computabatur Libellus praescriptus, & connumerabatur.*

Codex partim membranaceus, partim chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, in cuius principio ob laceratum marginem interiorem non pauca perierunt. Constat fol. scriptis 184.

VARIA OPVSCVLA MEDICA,

Cod. XI.

I. pag. 1. BRevis Tractatus de quatuor Humoribus, auctore anonymo. Inc. *Acciochè tu meglio intenda, de' sapere che 'l corpo del uomo sta composto et ordinato di quattro humori, cioè sangue, colera rubea, flemma, e colera nera, cioè malanconia &c.* Des. *et così similmente gli quattro tempi dell' anno, la primavera calda et humida, la state calda et secca, l' autunno freddo et secco, lo verno freddo et humido.*

II. pag. 2. b. Alter brevis Tractatus de Vrinis, item anonymi. Inc. *A volere cognoscere del Vrine primamente è da sapere, che è urina; secondo è da sapere che cose et quante cose siano da considerare in quella ec.* Des. *se la renella è rossa; et se è bianca, significa vitia di pietra in della vesica.*

III. pag. 4. Tractatus de Febribus, item anonymi. Inc. *Seçondo che 'l corpo humano è composto di tre principali cose, cioè spirito per lo quale vive, humori per li quali si nutrica, membra per le quali si sostenta ec.* Des. *et queste cose dette de le febri bastino al presente. Laudetur Deus.*

IV. pag. 26. b. Alter Tractatus de curis particularibus, in varia Capita digestus, Primum Caput inscriptum *Del dolore del capo che interviene per cagione d' alcuna superfluità d' umori*, inc. *Se lo dolore del capo avenga per cagione di sangue, o di colera rubea, farai trarre sangue de la vena &c.* Vltimum *De podagra* des. *recipe malve farine ordei.*

V. pag. 58. *Alquante pronosticationi tutte de libra de la Pronostica d' Ipocrato.* Inc. *In primamente dice lo savio Ipocrato, che lo Medico in delle acute infertadi dee considerare e tener mente a la faccia del malato, et vedere se è simile a quando era sano, la qual cosa se così sia, è ottimo segno; el contrario è pessimo.* Des. *et li segni, li quali dimostrano le variole dovere venire, si è prurito in de le nare, apparimento di lampade, in sonno paura, rossura in de la faccia, puntura in tutto lo corpo: questi sono segni da escire fuore variole.*

VI. pag. 61. b. *Pratica di Medicine semplici et composte, da Maestro Giovanni da Parma ordinata ad utilitade degli scolari, che vogliono incominciare a praticare in medicina.* Inc. *Alcuni de' migliori amici che io avesse mi pregorno caramente che io dovesse recare in scripta le medicine digestive, evacuative, semplici, et composte ec.* Des. *et di questo darai in custidiana.* Tum in rubrica subiungitur: *Explicit Liber Viatici Advicenne. Deo gratias. Amen,* & paullo infra: *Anno Domini* M.CCCC.XIII. *in nomine Domini. Amen.... in Pisa....*

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, & aquis pluvialibus in principio aliquantum maculatus. Constat foliis scriptis 67.

GVILLELMI DE SALICETO CHIRVRGIA &c.

Cod. XII.

I. pag. 1. MAgistri Guglielmi Placentini de Salico (1) Opus de Chirurgia in Tractatus V. divisum. Mutilum

(1) Ita habet Codex in calce Operis, unde titulum desumpsimus, pro *Saliceto*.

Digitized by Google

filum est autem in principio propter defectum priorum duodecim foliorum in Codice, & prima verba quae leguntur, sunt ista: *qui remanere debet in membro, pars illa quae extracta est, incidatur, & ligatio cum filo remaneat &c.* quae pertinent ad Caput LIV. Tractatus I. Tractatus V. des. *eius oleum resolvit laxitudines, & quum bibitur cum vino, confert spasmo, & contritioni lacertorum. Explicit Cyrurgia Magistri Guglielmi Placentini de* Salico. *Deo refero gratias. Amen.*

II. pag. 35. Anonymi Opus Medico-Chirurgicum, in sex Libros distributum, ut apparet ex Praefatione, quae inc. *Rogaverunt me socii mei, ut secundum quod legerem tertiam & quartam Fen Canonis Avicennae, receptas ordinarem, quae saepe satis inordinatae sunt; & quia amicus est alter ego, compellor & cogor eis complacere in hoc &c.* Des. *stans correctioni, & in omnibus aliis, magistrorum meorum amicorum.* Liber primus inc. *Flemon capitur duobus modis, uno modo communiter pro omni inflatione particulari, ut hic voluit Avicenna, quum dixit: Et scias per nomen flemonis in lingua Graecorum est absolutum semper omne quod est inflatum &c.* Liber VI. des. *& loco bene mundificato reducatur iunctura, & si sanata esset, sed motus esset difficilis, curetur, ut dicunt Physici, in curatione artetice, & passionibus iuncturarum,*

III. pag. 181. Anonymi de Febribus, & earum curationibus Tractatus valde diffusus. Inc. *Quum, teste Galieno septimo Therapeuticae, & tertio .... & adfirmante Philosopho Physicorum secundo, ab universalibus ad singularia via doctrinae processus exsistat, primo igitur generalia quaedam in cura putridarum convenientia praemittam, &c.* Des. *& trocisci descripti ab Avicenna in Capitulo proprio de cura hemitritei. Et sufficiant ista pro curatione hemitritei. Sequens sermo est de morbillis.* Videtur imperfectus.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. binis columnis exaratus. Constat foliis scriptis 284.

& inflammatione, quantum ad sensum aegrotantis &c. Tractatus quartus des. *sit ergo gratia brevitatis nunc finis huic Tractatui de adspectibus, compilatum, & in hac forma abbreviationis deductum per Leonardum de Bertapalea Paduanum anno millesimo* CCCC. XXIIII. *de mense Martii.* Tum sequitur amanuensis subscriptio hoc pacto: *Expletum est hoc Opus compositum Paduae anno* MCCCCXXIV. *per excellentissimum Professorem Cirurgiae Magistrum Leonardum de Bertapalea, qui numquam voluit graduari propter* (sic) *excusare vituperium multorum Doctorum ignorantium; nam potius voluit esse bonus scutifer, quam malus miles; scriptum & completum per me Iohannem Andream de Faldis de Mantua anno mill.* CCCCLXXI. *die* III. *mensis Augusti in die sabbati ad laudem omnipotentis Dei, suaeque beatissimae matris Virginis Mariae, omnisque Curiae suae caelestis.* Auctorem hunc memorat Fabricius Biblioth. Latin. med. & inf. aetat. Tom. IV. pag. 265. eiusque Chirurgiam non una vice editam Venetiis adfirmat.

II. pag. 69. Brevis Libellus de duodecim signis Zodiaci, seu de ipsorum observatione facienda in curationibus infirmorum, ex Hippocrate. Inc. *Sapientissimus Hippocras omnium Medicorum peritissimus ait, quod Medicus, qui Astronomiam ignorat, nemo quidem in manus illius se committere debet &c.* Des. *& quidquid dederint, dabunt cum labore & difficultate.* Tum subiicitur: *Explicit Astronomia elegantissimi Hippocratis.*

III. pag. 71. b. Alius similis Libellus de septem Planetis ad eorum, qui nascuntur bonos, vel malos eventus praenoscendos. Inc. *Primus Planeta est Saturnus, cuius inimicus est Sol, cuius amicus est Mars &c.* Des. *unde in factis nostris debemus multum attendere ad Lunam.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XV. in cuius primo folio possessoris nomen legitur ita: *Di me Piero Carmassi Cirurgo alle Bertucie in Firenze il dì primo di Maggio* MDLV. *e sua Eredi.* Constat fol. scriptis 72.

LEONARDI DE BERTAPALEA CHIRVRGIA.

Cod. XIII. I. pag. 1. OPus Chirurgicum, quod in Codice ita exprimitur: *Hae sunt Receptae datae per Magistrum Leonardum de Bertapalea anno Domini millesimo &c. in Studio Paduano, & haec super tertiam, quartam, & quintam Fen quarti Canonis Avicennae.* Dividitur autem in quatuor Tractatus, cum brevi Prologo, qui inc. *Incipiamus ergo in Nomine Domini nostri Iesu Christi, & gloriosae Virginis Mariae eius matris, qui me, & vos omnes discentes confirmet in via cognoscendi semitam veritatis, & virtutis &c.* Tractatus primus inc. *Flegmon est apostema sanguineum rubei coloris cum caliditate, intellige ad tactum Medici,*

DICTYS CRETENSIS DE BELLO TROIANO.

Cod. XIV. DIctys Gnosii Cretensis Ephemeridos de Bello Troiano Libri VI. cum Prologo, qui inc. *Dictys Cretensis genere, Gnosio civitate, iisdem temporibus, quibus & Atrides fuit, peritus iocis ac litteris Phoenicum, quae a captiva cilla* (sic) *fuerant delatae &c.* Des. *annales vero nomine Dictys inscriptos in graecam bibliothecam recepit, quorum qui sequitur textus ostendit.* Liber I. inc. *Cuncti Reges, qui Minoris Iove geniti pronepotes Graeciae imperitabant &c.* Liber VI. des. *obiit senior iam provectaeque aetatis, neque tamen invalidus virium.* Aliud exemplar habes in Codice I. Plutei LXVII. Biblioth. Laurent. (Catalogi Tom. II. pag. 815. §. II.) cum quo con-

Digitized by Google

concordat noster Codex quoad initium & finem Operis, sed Prologum exhibet ab illo diversum, diversamque Librorum divisionem.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. nitidissimus, cum litteris initialibus singulorum Librorum aureis, & coloratis, & pictura ornatus in prima pagina, una cum stemmate quodam gentilicio, in cuius postremo folio legitur: *Presbyteri Iacobi Dutii Pistoriensis*, Constat foliis scriptis 202.

LEONARDVS ARRETINVS DE PRIMO BELLO PVNICO.

Cod. XV. LEonardi Arretini de primo Bello Punico Libri II. cum Prologo, qui inc. *E' parrà forse a molti che io vada drieto a cose troppo antiche havendo per materia preso a scrivere della prima guerra Punicha, la quale per lungheza era già dimentichata et spenta ec.* Des. *et prima combatterono per mare, che per lacune.* Liber I. inc. *La prima guerra Punica, cioè la prima guerra che nacque e fu tra 'l popolo Romano, e 'l popolo Cartaginese, fu grandissima per mare et per terra, et hebbe principio et origine da certe novità di Missina, delle quali contaremo al presente, faciendoci alquanto adrieto per magiore et più chiara notitia ec.* Liber II. des. *che mai per alcuno tempo con forza pari in mare non fu guerreggiato.* Tum subditur: *Finita la prima Guerra Punica, la quale* XXIV. *anni continui per mare et per terra era durata; scripta per me Giovanni di Chardinale del Bulletta.*

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. Saec. XV. Constat foliis scriptis 79.

LEONARDI ARRETINI OPERA VARIA.

Cod. XVI. I. pag. 1. LEonardi Arretini de Bello Italico contra Gothos Libri IV. quibus hic praemittitur titulus: *Questa Opera à ritratta di greco in latino Messere Lionardo da Rezo, la quale tratta la venuta di Gotti in Italia, et prima il Proemio, volgarezata per .....* nomen Italici interpretis in lacuna relictum est. Concordat cum alio exemplari, quod habetur in Codice I. Plutei LXI. Bibliothecae Laurent. (Catalogi Tom. V. p. 235.) nisi quod pauca quaedam, quae in illo initium faciunt Libri I. in hoc, Prologo adnectuntur. Clauditur autem Opus hac subscriptione: *Finito è la presente Opera scripta di mano di Bonaccorso di Filippo Adimari da Firenze in anno mille quatrocento sessanta due, e secondo ò sentito, la venuta di questi Gotti fu dalla Natività di Christo anni* CCCCXIII. *o poco più, o poco mancho. Idio sia sempre laudato.*

II. pag. 130. Liber anepigraphus, sed est Leonardi Arretini de Temporibus suis, in Italicam linguam translatus ab anonymo, cuius praemittitur Epistola brevis nuncupatoria, quae inc. *Solevano, prestantissimo A. li antichi autori l' Opere delle loro fatiche a huomini excellentissimi dedicare, acciochè a loro in cose degne et gravi satisfacessino, et alle loro Opere quindi provenisse alcuna autorità = ti mando una Operetta già in latino composta dallo eruditissimo huomo, et degnissimo storiografo Leonardo Aretino, et nuovamente da me in toscano idioma tradutta = la quale a te dirizai, sì acciò che di mia giovenili exercitii avessi alcun piacere, sì acciò ch'el tuo nome degno, a essa agiugnesi alcuna ornamento. La qual cosa se meritamente sperai, et mi promisi, colui il giudichi che te conosce, nato da genitore preclarissimo, che al età nostra nella patria et fuori con consiglio, e con opere gloriosamente si exercitò = Ai quali agiunta la tua nota virtù, quella oppinione che di te infino da pueritia, tutta la Città nostra avea, et sperava con somma expectatione, incredibilmente ai adempiuta, et superata. Il che non solo le pubbliche dignità et le private amicitie chiaramente dimostrano, ma quello amore testimonia, che continovamente fuori d' alcuno exemplo t' à portato lo illustrissimo Cosimo de' Medici, di cui, come di sua gloria immortale Firenze si rallegra ec.* Des. *ardirò tentare cose maggiori, et la mia barca commettere a più validi venti in alto mare.* Prooemium auctoris inc. *Perochè obligatà mi pare essere a' tempi mia, che quali e' sieno stati di loro a' discendenti dia notitia, m' è piaciuto in questo Libretto con brieve discorso raccontare quali huomini per Italia sieno alla mia età stati excellenti, quale delle Signorie la conditione, et che cura sia stata delli studii ec.* Des. *noi adunque quello che da altri desideriamo, ci sforzaremo di dare a' discendenti, acciochè se alcuni forse hanno voglia di leggiere, non manchi loro la cognizione de' nostri tempi.* Lib. inc. *Al tempo della pueritia mia due Pontefici Romani creati per discordia havevano i popoli a diverso favore divisi, perchè alcuni Vrbano, alcuni Clemente, che così erano nominati, affermavano essere vero Ponteficie.* Des. *così di oscurissima tempesta, nella quale fumo creati, prospera et lieta fortuna poi seguì, con gloria grandissima et exaltatione della Città. Deo gratias. Amen.* Non memoratur haec Italica versio ab Argelato in Biblioth. Italicorum interpretum.

III. pag. 170. Leonardi Arretini Epistola de origine urbis Mantuae, interprete item anonymo; hunc autem praefert titulum rubrica conscriptum: *Pistola, la quale Messer Lionardo d' Arezzo mandò, al S. di Mantova, notificandoli onde diriva che Mantova sia così chiamata.* Inc. *Non m' è ignoto, generosissimo Signore, questa essere consuetudine delli huomini litterati, quando richiesti sono che con loro scrivare alcuna quistione explicare debbono; suole essere loro usanza la povertà del loro ingegno, et la difficultà delle cose adomandate allegare &c.* Des. *finalmen-*

Digitized by Google

mente questa medesima gente ancora oggi non è la postrema gente d' Italia, ma per splendore et bellezza di Città, et per grandezza d' ingegni, et per ricchezze, et potentia a niuna gente d' Italia è d' aguagliare, acciocchè io sanza invidia parli in Firenze. Ne verbum quidem habes de hac versione apud Argelatum.

IV. pag. 182. Orationes quaedam Italicae ad Dominum nostrum Iesum Christum, & ad beatam Virginem Mariam &c.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. Saec. XV. Constat foliis scriptis 187.

DE ARTE NOTARIORVM.

Cod. XVII. COdex est anepigraphus, sed continet praecepta Artis Notariorum in compendium redacta, auctore anonymo. Inc. *Volens Artem Notariorum sub breviloquio edocere ad quorumdam sociorum doctrinam, & maxime Vitaluccii Vitalis, quamdam Summam exinde ad contractus materiam pertinentem proposui compilare &c.* Finem dare praetermittimus ob scripturam prorsus evanidam.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XII. Constat fol. scriptis 40.

S. AVGVSTINI SERMONES VARII.

Cod. XVIII. I. pag. 1. *COmincia il Libro de' Sermoni di sancto Agostino, i quali mandò ai suoi Frati, che stavano nell' Eremo in vita solitaria admaestrandoli, et confortandoli nella virtù.* Sunt Sermones XX. Primus inc. *Fratelli miei, et letitia del cuore mio, corona, et allegrezza mia, siete voi la pace et l' amore di Dio.* Vltimus des. *et che ci liberi dal male, et che ci conceda il bene, et che ci perdoni i peccati commessi. Le prime pitizioni s' appartengono alla Trinità, le altre quattro s' appartengono a questa vita temporale.* Horum initium, & finis concordant cum alio exemplari, quod habetur in Codice XV. Plutei XXVII. Biblioth. Laurent. Catalogi nostri Tom. V. pag. 11. §. I. ubi ita inscribuntur; *Gli ammaestrevoli Sermoni di Messer S. Agostino recati di latino in volgare dal Reverendissimo, et divoto Religioso Frate Agostino della Scarperia dell' Ordine de' Frati Romitani a divotione, et consolatione di alquanti divoti giovani ec.* de quibus vide notam (1). In nostro autem Codice ita clauduntur: *Finiti sono i Sermoni XX. del glorioso Vescovo, et Doctore di sancta Chiesa Messere sancto Agostino.* Horum Sermonum interpretem fuisse Fratrem Augustinum a Scarparia adfirmat Dominicus Maria Mannius in ipsorum editione Florentina anni MDCCXXXI. 4. Vide Argelatum in cit. Biblioth. Tom. I. pag. 12.

II. pag. 58. b. *Sermone del sopradetto santo Agostino della Morte.* Inc. *Fratelli miei carissimi, chi è colui in questa vita, che la morte non guasti? Vengano tutti gli uomini fortissimi, tutti e feroci favellino, tutti e Principi et Baroni che anno facte le terre, et anno voluto componere le Ciptà. Suonisi la tromba, et congreghinsi tutti in uno.* Des. *acciochè mai non pecchiate mortalmente, et in questo sì ci aiuti il Salvatore, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.*

III. pag. 63. b. *Sermone del medesimo della vanità, et miseria di questo mondo.* Inc. *Scripto è, fratelli miei carissimi, che 'l mondo noi al postucto non amiamo, imperochè 'l mondo passa, et la concupiscentia sua. O mondo d' ogni bene mondo, et privato, il quale non lasci mai, che gli uomini atte non allacci ec.* Des. *et se così non farai, viverai con miseria, et morrai con angoscia. Praestante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.* Tum sequitur haec subscriptio: *Finiti i soprascripti Sermoni a dì* XIII. *di Novembre in venerdì a ore* VI., *e mezzo di nocte. A. V. Ciptadino Fiorentino correndo gli anni Domini* MCCCCLXXII. *Deo gratias. Amen.*

IV. pag. 68. Liber Soliloquiorum eiusdem sancti Augustini Italice redditus ab anonymo, in Capita XXXIV. distributus, cum Prologo interpretis, cuius initium est; *Imperciochè fra tucti i divoti Libri che si scrivono; lo Libro de' Soliloqui di sancto Agostino mi pare di singulare divotione ec. Addì* XVI. *di Novembre* MCCCCLXXII. *finito il Prolago del Soliloquio del glorioso Doctore di sancta Madre Ecclesia Messere sancto Agostino*, ut in Codice XV. praedicto, Catalogi Tom. cit. pag. 12. §. III. cum quo tam Prologus, quam Liber, quoad initium, & finem mirifice concordat. Clauditur autem Codex hac epigraphe: *Finiti sono i Soliloqui di sancto Agostino per me. A. V. a dì* VIII. *di Gennaio* MCCCCLXXII.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XV. optime servatus, cum initiali primi Operis littera inaurata, ac pictura exornata, in cuius fronte legitur nomen possessoris, scilicet *Pierantonio dell' Ancisa* MDCXLIX. Constat foliis scriptis 116.

OPERA VARIA ASCETICA.

Cod. XIX. I. pag. 1. QVaedam preces in honorem sancti Raphaëlis Archangeli, quae hunc praeferunt titulum: *Questo è l' ordine, e 'l modo si debba tenere a dire i Salmi di sancto Rafaello, cioè diconsi nove dì, et nove volte per dì sanza restare con nove candele bianche accese.* Tum subiungitur brevis narratio de institutione recitandi eiusmodi preces, quae inc. *Come el beato Angelo Rafaello aparve alle Monache del presente Monasterio negli anni del Signore* MCCCCXXIII. *&c.* des. *et la predecta orazione de' Salmi d' allora infino al presente giorno s' è facta et fa in Convento, per la quale abbiamo conseguite infinite gratie. Laude sia*

allo

Digitized by Google

allo omnipotente Iddio, e al beato Angelo Rafaello. Finis. Amen:

II. pag. 3. Opus anonymi inscriptum: *La Mistica Teologia dell' Amore divino*. Inc. *Le vie di Sion piangono, perchè non è chi venga al solenne amore. Avegnachè le predecte parole dicesse Ieremia Profeta, piangendo la presura del popolo suo; questo medesimo può dire ciascuno amadore di Christo, et piangere tanta fredura dell' anime, et tanto spartimento della via dell' amore ec.* Des. *et così a grado a grado l' anima per divina gratia perverrà al levamento dell' affecto amoroso, et così nella presente vita colla divina gratia meriterà di ricevere la gloria, alla quale tucti ci conduca Dio, il quale vive, et regna in saecula saeculorum. Amen.* Tum sequitur: *Finisce la Mistica Teologia del divino Amore tracta in questo modo da uno venerabile Maestro, et Frate dell' Ordine.....* auctoris nomen erasum penitus fuit.

III. pag. 86. Declarationes quaedam in aliquot loca S. Dionysii Areopagitae, ut videtur, de Mystica Theologia. Inc. *Dio si manifesta non velato, solamente a coloro, che trapassano le cose monde et immonde, et pervengono sopra l' altezza di tutte le estremità di sancte.* Des. *et d' ogni altro sia ringraziato lo superno donatore per l' infiniti secoli. Amen.*

IV. pag. 92. Liber Soliloquiorum sancti Augustini cum Prologo, & Capitum Indice, ut in Codice superiori §. IV.

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. nitide exaratus, & cum initiali littera Operis de Mystica Theologia inscripti inaurata, variisque coloribus exornata, in qua videre est effigiem quamdam pontificali habitu indutam. Constat foliis scriptis 125.

S. AVGVSTINI SERMONES.

Cod. XX. S. Augustini Sermones XX. de regula, et vita Monachorum Italice versi, iidemque cum illis, quos recensuimus supra in Codice XVIII. §. I.

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. Constat foliis scriptis 69.

S. CATHARINAE SENENSIS LIBER DE DIVINA DOCTRINA.

Cod. XXI. IL *Libro della Divina Doctrina data per la persona di Dio Padre parlando allo 'ntellecto della gloriosa Vergine beata Catherina da Siena dell' abito de' Frati Predicatori di sancto Domenico*, praevio Capitum CLXV. indice. Inc. *Levandosi una anima ansietata di grandissimo desiderio verso l' onore di Dio.* Des. *del quale lume pare che dì nuovo inebri l' anima mia.* Opus autem concordat, quoad initium, & finem, cum illo, quod exhibet Codex C. Biblioth. Gaddian. Plut. LXXXIX. super. Catalogi Tom. V. pag. 334. Claditur heic sequenti subscriptione: *Qui finisce il Libro facto, et compilato per la venerabilissima Vergine fedelissima, et Sposa di Iesu Christo Crucifixo Katherina da Siena dell' abito di sancto Domenico socto gli anni Domini* MCCCLXXVIII. *del mese d' Octobre, il quale è del Monasterio di sancto Lorenzo decto Monte Aguto dell' Ordine della Certosa d' apresso ad Firenze, il quale iscripse Don Francesco da Pisa Monacho, et Professo di decto Monasterio a dì* XI. *di Giugno* MCCCCLXXIII., *e finissi a dì* VII. *di Novembre in decto millesimo. Deo gratias.* Tum subiungitur Responsum, & Oratio in honorem dictae sanctae Virginis.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. optime servatus. Constat fol. scriptis 226.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. XXII. ALiud exemplar Operis superioris, sed non integrum; continet enim Capita tantum priora CVIII. quorum praemittitur Index; ultimum vero inscribitur: *Come Iddio non è ispregiatore de' sancti suoi desiderii, et come molto gli piace chi gli domanda giustamente, et bussa alla porta di sua misericordia, di sua verità, et con perseverantia di sancte opere, e buoni conoscimenti;* & desinit in verbis: *et questo mi sarà segno che loro in verità m' amino, et io non sarò ispregiatore de' loro desiderii, sicome in questo Libro, et parlare detto io t' ò.* Inde sequitur subscriptio: *Explicit Liber beatae Catharinae de Senis sub numero Capitulorum centum et octo. Scriptum fuit anno* MCCCCLIV. *per manum Presbyteri Andreae Laurentii de Buonganellis de Florentia sub Pontificatu sanctissimi Domini nostri Papae Nicolai Papae IV. anno millesimo suprascripto, Archiepiscopo Florentino Domino Antonino divina providentia de Ordine Praedicatorum.* Claditur Codex Symbolo, quod tribuitur sancto Athanasio, & aliis quinque Orationibus.

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. Constat fol. scriptis 192.

S. ANTONINI SVMMA CONFESSIONALIS.

Cod. XXIII. I. pag. 1 PRaesentis Operis titulus ita habet: *Questo Tractatello del modo del confessare è stato composto per Reverendiss. Padre Fr. Antonio dell' Ordine de' Frati Predicatori, cioè di S. Marcho dell' Osservanza di S. Maria Novella, idest di S. Domenico, et Arcivescovo di Firenze.* Post duplicem Praefationem inc. *In prima quando alcuno si viene a confessare, o huomo, o donna che si sia, se 'l Confessore non à licentia generale d' udire tucti quelgli del Vescovado, dove si truova, se non è della Parrochia sua, lo debba domandare, se à licentia del Veschovo, o suo Vicario &c.* Des. *perochè exercitandosi in queste beatitudini, le quali sono acti di perfecta virtù,* se-

guita

Digitized by Google

guita, che abbi delle persecutioni dal mondo, dal Dimonio, et dalla carne: ma ipsorum est regnum caelorum. Aliud exemplar occurrit in Cod. Gaddiano CXXXV. supra pag. 150. cum quo concordat, praeterquam in fine; ibi enim multo longius progreditur.

II. pag. 90. S. Augustini Epistola de Sacerdotis dignitate. Inc. *O dignità grande del Sacerdote, nelle cui mano el figliuol di Dio, come del ventre della Vergine è incarnato!* Des. *e le mani, con le quale giungete al sangue di Christo siano pollute, e maculate nel sangue del peccato: Questo dice Agostino.*

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. exeuntis, nitide exaratus cum prima pagina perpulcra pictura exornata, initiali littera inaurata, in qua videre est effigiem S. Antonini Pontificia veste induti, necnon cum gentilitio stemmate possessoris. Constat fol. scriptis 90.

HIPPOCRATIS APHORISMI.

Cod. XXIV. HIppocratis Aphorismi latine redditi ab anonymo versibus elegis. Inc.

Vita brevis nostra est: longa ars, breve tempus & exstat:
Quaeque etiam fallunt experimenta nocent,
Difficilis ratio est curandi corporis: ergo
Perbrevibus monitis instituisse opus est.
Sic quae iam veteres multos didicere per annos,
Quaeque quidem solus discere nemo potest,
Haec eadem postquam citius cognoverit, artem
Phoebeam assiduus lector adeptus erit.
Perbrevibus vero monitis doceatur oportet,
Vt sit vita satis, si didicisse volet.
Nec mox desperet, si longa volumina pangat,
Aut solum fiat doctus in arte senex.
At Medicus nostris doctus curare libellis
Non opus est, debet qualia solus agat.
Sed Medico aegrotos etiam parere necesse est,
Et facere adstantes quae iubet ille suos.
Sit quoque conveniens cibus, aër, somnus oportet,
Si quae praecipiam, cuncta tenere volet.
Si vomat, aut ventrem purget natura gravatum.
Qualiaque ex illo debeat, evacuet.
Vtilis aegroto certe purgatio confert,
Et facile hanc tolerat, nec gravis illa sibi est.
Sic quoque quum Medicus, quaevis sint corpora, purgat,
Quale opportunum est, si vomat, aut vacuet.
Vtilis infirmo purgatio fiet, & illam
Ille feret, si non, oppositum eveniet.
Inspexisse igitur morbos, loca, tempus oportet,
Aetatem, & mores qui vacuare docent.
Des.
Quum rigor, atque alices fuerint, quumque oscitat aeger,
Cura est, lymphatum si bibat ille merum.
Si cerebrum casus, vel si fortuna movebit,
Est opus, ut fiat mox sine voce caput.
Humida si caro sit, tolerare famemque, sitimque
Expedit; exsiccat corpora namque fames.
Si quem nec ferrum, nec potio sanat, & ignis,
Curari humano non valet ingenio.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. optime servatus. Constat foliis scriptis 33.

BENEDICTVS REGVARDATVS DE SANITATIS CONSERVATIONE.

I. pag. 1, OPus Medicum hoc titulo insignitum: *De sanitatis conservatione ad Reverendissimum in Christo Patrem, & praecolendissimum Dominum, D. Astorgium Agnensem Neapolitanum, Anconitanae Marchiae Gubernatorem, per Benedictum Reguardatum de Nursia.* Inc. *Summo decet studio emergentes morborum insidias deprimi, ut propria temperie, & proportionali harmonia sanitas conservetur, qua nihil praeter animorum virtutes melius, aut optabilius humano generi a natura tributum est &c.* Des. *aut nos ipsi experti sumus, aut apud otiosa colloquia ab expertis audivimus, quod immoderatus, & superfluus eius usus proprie subito post stomachi repletionem, aut crapulam magnum nocumentum infert; moderatus vero ad sanitatis conservationem iuvamentum praestat. Finis.* Observanda sunt haec, quae auctor narrat pag. 4. *Diligenti insuper attentione cavendum est, si temporibus frigidis contingeret dormire vel habitare in camera, aut mansione testudinosa, & undique intranspirabiliter obserata, ne permittatur ignis carbonum intus accendi; quoniam temporibus nostris aliqui fumo, & venenosis carbonum vaporibus, in locis prohibitae transpirationis, periere; & plurimi propter celerem succursum, mortis periculum evasere. Contigit, dum essem Perusii, quidam scolares mei, me ad eorum socium celeriter conduxerunt, quem absque sensu & loquela dimiserant, ob id, quod in testudinosa sui studii mansione ignem carbonum habuerat, qui in aëre eventato, fricationibus extremorum, & odoribus cerebrum confortantibus, illico sensum, & loquelam recuperavit. Eadem hieme apud carcerem Officii Mercantiarum Florentiae omnes carcerati iam soporati periissent, nisi unus illorum minus a venenoso fumo laesus, propter esse iuxta carceris ostium, miserabili clamore auxilium convocasset. Quod si opportunitas ad necessitatem ignis carbonum induceret, aperiendae sunt fenestrae frequenter, aut ostium, ut venenosi fumi valeant exspirare. Nam vitrum, quod ex consuetudine inter carbones imponitur, parum prodest.* Cod. XXV.

II. pag. 19. legitur sequens Epistola: *Ad Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani per Dominum Augustinum Rubeum.*

Illustriss. Signore mio. Post scriptas alias litteras, che fanno mentione dela infrascripta recetta, inante che fornisse la presente cavalchata, la Santità de N. S. essa stessa me mandò

Digitized by Google

mandò adomandare, et me diede la inclusa recetta per quella passione de la Ill. nostra Madonna, dicendomi circa di ciò, primo chel male hebe sua Beatitudine era difficultà de hanelito, et non poteva havere il fiato, senza gran fatica, quale gli durò nove misi, vel circha, et usò il remedio, secundo la inserta recetta, de la quale ne tolse sette mattine l'una drieto al'altra, uncie cinque così tiepida, non troppo calda, et li dormiva drieto uno poco, et dapoi non tolse altro, nè fece altra abstinentia de cosa alchuna; ma la septima volta che la tolse, se liberò, et rimase cusì netto de quella cosa, che mai più non à sentito altro. Et dice, che la felice memoria de Papa Pio haveva simile infirmità, et usò questo medesimo remedio, et guaritte. Ma perchè ad receverla è un poco agra, per adolcirla li fecie agiongere uno poco di zucharo, onde per averlo alterato con quello, ne tolse uno mese continuo, perchè non haveva tanta efficatia; nientedimeno rimasse libero de quella passione lui anchora, sichè conforta molto la prefata Ill. Madona ad usarla; et li dole in verità grandemente del malo di sua Signoria. Non altro. Romae die XIX. *Maii* MCCCCLXV. Tum subiiciuntur variae rationes circa diversas pillularum, oleorum, & pulverum confectiones.

Codex bombycinus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. charactere aliquantum evanido. Constat foliis scriptis 112.

BRVNI LONGOB. CHIRVRGIA.

Cod. XXVI.

I. pag. 1. BRuni Longoburgensis Chirurgia minor Italice versa ab anonymo, in principio tamen valde confusa propter primum Codicis quaternionem a bibliopego male compactum, incipit enim a verbis.... *e specialmente quando la fessa è lunga: ma levane dall' una parte ch'è più pendente tanto, quanto basta a mundificare lo cerebro, e l'altra fessura, che rimane, la natura la curerà ec.* quae pertinent ad Caput IX. Des. *a cessare lo rovore del naso, e del volto ponvi suso el succhio della bieca.* Tum sequitur: *iste liber est scriptus per manus Petri Ordinis Fratrum Praedicatorum de Florentia. Scripsit in Massa anno Domini* MCCCCXXXXIV. *die* VII. *Martii.* Huius Operis aliud exemplar occurrit in Codice XLVI. Plutei LXXIII. Biblioth. Laurent. ut videre est Catalogi nostri Tom. V. p. 285. §. III.

II. pag. 68. Sequuntur variae unguentorum confectiones pro variis morbis curandis.

III. pag. 79. Tractatus brevis de Vrinis. Inc. *Vrina non è niun' altra cosa, che colamento di sangue ec.*

IV. pag. 85. Redeunt alia medicamenta, quae progrediuntur usque ad finem Codicis.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XV. duplici manu exaratus, & in fine mutilus. Constat foliis scriptis 109.

P. VEGETII ARS VETERINARIA.

Cod. XXVII.

I. pag. 1. PVegetii Artis Veterinariae Libri quatuor in Italicum sermonem translati ab anonymo. Prologus inc. *L'Arte de la medicina de le bestie non è la più vile, che sia: ma secondo che l'uomo è la più nobile cosa del mondo, così la medicina è la più nobile del mondo, e secondo al' omo sono le bestie grandi la più utile cosa al mondo, cioè ali omini, et imperciò l'arte de la medicina de le bestie e la più utile depò de la medicina de li omini grandi, e molte utilità fanno le grande bestie ali omini, zoè cavali, e muli, e somari molto utile a tempo di guera, e ad tempo de pace fano grande ornamento.* Des. *Imperochè quando lo riguardatore, che spesso la riguarda è savio tostamente conoscie l'avviamento de la Infermità.* Caput I. Libri I. inc. *L'infermità malea, zoè pestilentia appiccase, et de molte bailie, zoè un spetie humido seco suto articulare ec.* Finem Libri IV. non damus, quum Opus hoc bibliopegi vitio male compactum sit; sciendum est enim Prologi initium, quod mox retulimus, in Codicis paginam 28. incidere, & in foliis praecedentibus multa contineri, quae ad IV. Librum pertinent. Diversa est haec versio ab aliis memoratis ab Argelato cum additionibus Ang. Theodori Villae Mediolani MDCCLVII. Tom. IV. pag. 97. seqq.

II. pag. 105. Iordani Rufi de Medicina equorum Liber, item ab anonymo Italice redditus. Praecedit Prologus, cuius initium est: *Conciosiacosachè tra tucti gli animali, che creati da Dio sicondo che senza altro mezo soctomesso all' uso dell' uomo, niuno non sia più nobile del Cavallo &c.* Finis: *et poi delle medicine, e de' rimedii contra l'infermità.* Dividitur Opus in varia Capita, quorum primum de generatione, & natura equorum inc. *Primamente dunque scrivendo della generatione, et della natura del Cavallo dico, che deve essere ingenerato diguaragno studiosamente, et continuamente guardato che non sia cavalcato da altri, overo poco, et che sia cavalcato cola men fatica, che si può ec.* Desinit in Capite inscripto: *Al cavallo, che à i dolori*, in quo tamen praescribitur medicamentum quoddam superstitiosum. Aliud exemplar occurrit in Cod. Gaddiano CCII. supra pag. 198. cum quo concordat quoad initium Prologi, sed in reliquis discrepat.

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XV. in fine vetustate valde corruptus. Constat foliis scriptis 175.

PETRARCHA.

Cod. XXVIII.

FRancisci Petrarchae Triumphorum exemplar nitidissimum, cuiusmodi alia multa superius occurrerunt.

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. eleganter exaratus, cum initiali-

Digitized by Google

tialibus litteris singulorum Triumphorum auro pictis, & coloratis, & stemmate quodam gentilitio in prima pagina, ac nomine possessoris ad calcem, ubi legitur: *Hic Liber est Andreae gnati Pauli de Carnesechis*. Constat foliis scriptis 45.

PETRARCHA.

Cod. XXIX. ALiud exemplar Triumphorum Francisci Petrarchae superiori simile.

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. cum initiali tantum littera Triumphi primi inaurata, & picta, in quo abscissum fuit stemma possessoris gentilitium, quod in prima pagina erat depictum. Constat foliis scriptis 45.

CICERO DE ORATORE.

Cod. XXX. I. pag. 1. MT. Ciceronis ad Quintum Fratrem de Oratore Libri tres, ut in editionibus.

II. pag. 190. Anonymi Epistola quaedam, quae incipit: *Quanto studio, & amore contenderim, ut pariter in eremo moraremur, conscium mutuae charitatis tuae pectus agnoscit. Quibus lamentis, quo dolore, quo gemitu te abeuntem prosequutus sim, litterae istae quoque testes sunt, quas lacrymis cernis interlitas. Verum tu quasi parvulus delicatus, contemptum rogantis per blandimenta fovisti, & incautus ego quid agerem, nesciebam &c.* Desinit imperfecte: *Non est in eo tantum servitus idoli, si quis duobus digitulis thura comprehensa in bustum arae iaciat, aut haustum patera fundat merum. Neget avaritiam esse idololatriam, qui potest triginta argenteis...* Hanc Epistolam putavi esse Ambrosii Camaldulensium Generalis, sed non occurrit inter editas Florentiae Anno MDCCLIX. fol.

III. In primo folio, quod pro Codicis custodia inservit, habentur ab alia manu descripta quaedam parvi momenti, videlicet:

I. Epitaphium Alexandri, quod est,

Sufficit hic tumulus, cui non sufficerat orbis:
Res brevis ampla fuit, cui fuit ampla brevis.

II. Initium Epistolae cuiusdam anepigraphae ad Pontificem, quae inc. *Quantus Beatitudinis tuae rumor diversa populorum ora compleverit etc.*

III. Monumentum de quodam Boëthii libro commodato Mariotto Arretino a quodam Fabritio Iacobi Lippio die Iunii XXVII. MCCCCLVIII.

IV. Tandem in aversa, quae subsequitur pagina Epistola adest cum hoc titulo rubricato: *Hieronymus de diversis nominibus hebraicis, quae in usu habentur.* Inc. *Nuper quum pariter essemus, non per epistolam, ut ante consueveras, sed praesens ipsa quaesisti, quid ea verba, quae ex hebraeo in latinum non habemus expressa, apud suos sonarent &c.* Des. *unde & nos de industria dicenda reticebimus, ut avidius velis audire, quae tacita sunt.*

V. In calce vero item ab alia manu legitur exaratum hoc Epigramma:

Pastor eram in silvis, nunc sum tibi civis in urbe,
Et pater haec mecum munera ferre iubet.
Quintus ego hic Fabius cunctando Maximus olim
Romae inclinatum sustinui imperium.

Codex chart. MS. Latinus in 4. oblongo Saec. XIV. Constat fol. scriptis 192.

BRVTI ET ALIORVM EPISTOLAE MVTVAE, LATINE REDDITAE.

I. pag. 1. *Cod. XXXI.* BRuti & aliorum ad ipsum Epistolae e Graeco in Latinum sermonem conversae, interprete Lampo Birago (1). Praecedit sequens Epistola nuncupatoria ita inscripta: *Clarissimo Principi Alphonso Aragonum, & Siciliae Regi Lampus Biragus. Non spernes, puto, Rex clarissime, qua es humanitate, quibusque moribus, hoc munus exiguum, quod ipsum tamen, sive Bruti nomine, cuius sunt hae Epistolae Graecae, sive tuo, cui inscribuntur Latinae, videri potest in parvo corpore nequaquam parvum. Cogitaram enim, nunc quae etiam cogito, non has tantum, sed aliorum quoque nonnullorum virorum illustrium Epistolas tibi convertere; sed quum otium defuisset, variis molestiis interpellatum, has interim tradere, quam nihil, malui, quasi praegustationem quamdam, ut si rem dignam iudices, tuo nomine prosequamur, & si minus, ne has quidem paucas edamus. Nam quae etiam afferri potuit parvitatis huius munusculi excusatio, quod distento tibi hoc tempore tantis negotiis, atque isti expeditioni pulcherrimae, orbique salutari intento, brevissima quaeque lectio videri debet maxime idonea, ea mihi apud industriam tuam locum haud visa est habere, qui nec inter bellicos tumultus tua studia suo tempore fraudanda existimes, solus, quantum arbitror, huius aetatis Principum, veteres aemulatus, rem militarem colens simul, & litteras; sed hic sane de te dicendi locus perangustus esset. Brutum vero scribit Plutarchus affectasse in graecis litteris laconicam brevitatem, quod tu genus, in latinis praecipue, tua manu scribens, visus es imitari, breve, pressum, acutum, ac vi potius sententiarum, quam verborum apparatu nitens. Quum igitur his Epistolulis, quasi quodam declamatorio, nec incongruo, ut videbis, more respondeat Mithridates, eas nunc in honorem tuum interpretatus, Brutum latinis reddidi, tamquam suum Mithridatem addidi, non*

(1) Lampus hic Biragus patria Mediolanensis, maxima cum Francisco Philelpho familiaritate coniunctus, quem Fabricius Biblioth. Lat. med. & inf. aetatis Tom. IV. pag. 244. & alii confundunt perperam cum Lapo Castelliunculo, fuit graece & latine doctus, de quo consule cl. Io. Mar. Mazzuchellium Biblioth. Scriptor. Italic. Tom. II. Part. II. p. 1259. qui tamen nullam de huiusmodi Codicis nostri versione notitiam habuit.

Digitized by Google

non ut per se rem magnam hanc ducens, sed illius saeculi dignitatem admiratus, & nostrorum hominum ingenia, qui disciplina patria, domesticaque eloquentia, nequaquam contenti, peregrinae quoque laudem sibi vendicarent. Vnam etiam, quae mihi occurrit extra ordinem, adiunxi Phalaridis Epistolam, ex qua, & illius viri ingenium satis perspici, atque illud etiam animadverti licet, non visam esse crudelem, ut ita dicam, sed laudabilem aliquando crudelitatem, quam ille sibi velut talis muneris testimonio exprobratam, aegre, ut videtur, ferens, munus dantis ultus est supplicio. Sed iam hos omnes audies, ac Mithridatem primum. Sequitur Mithridatis Epistola ad Mithridatem consobrinum suum, quae Prologi vicem gerit in sequentes Bruti epistolas, quaeque inc. *Bruti Epistolas saepenumero sum admiratus &c.* Concordat latina interpretatio, tam huius Prologi, quam sequentium Bruti, & aliorum Epistolarum, cum illa, quam exhibet Codex II. Biblioth. Gaddianae Plut. XC. super. Catalogi nostri Tom. III. pag. 423. §. II. ubi nomen interpretis deerat. Haec autem nostrorum Codicum versio ignota fuit Fabricio Biblioth. Gr. Tom. I. pag. 414. ubi Bruti Epistolarum interpretes recenset.

II. pag. 16. b. Phalaridis Epistola ad Athenienses, eodem Lampo Birago interprete. Inc. *Venit ad nos Perilaus fictor vester, Athenienses, opera afferens, structura & artificio insignia &c.* Des. *sed si tamen est aliquis, cui mors non placuerit, is sciat, quod nec etiam Perilao iucundissima efficiamus.* Τέλος.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. exeuntis, in cuius integumento legitur: *Liber Iohannis de Bosis*. Constat foliis scriptis 19.

SENECAE DECLAMATIONES.

Cod. XXXII. M. Annaei Senecae Rhetoris Declamationum Libri X. in Italicam linguam translati ab anonymo. Declamatio I. Libri I. inscribitur: *Nella prima Sclamazione pone questa legge: I figliuoli debbono in caso di necessità sovenire ai lor padri sotto pena dell' essere privati della heredità patrimoniale, e d' essere incarcerati, e tenuti stretti. Posta questa legge, pone questo caso: Due fratelli hanno discordia insieme, e l' uno di loro avea uno figliuolo, l' altro fratello, zio del garzone, viene in istato di grande povertà.* Inc. *El padre comanda al suo figliuolo per la discordia, la quale à col fratello, che benchè sia in necessità, di niente lo proveggia &c.* Vltimae Declamationis Libri X. hoc est argumentum: *In la sesta Declamazione Seneca pone due leggi; la prima si è, che qualunque persona facesse altrui ingiuria potessi essere accusato, et fatto di lui giustitia: la seconda legge si è, che qualunque persona fusse compreso in furto, e fusse sospetto, che avesse furato, fusse cacciato del Consiglio del Comune. Secondo questa legge Seneca pone un cotal caso.* Huius Declamationis finis est: *Onde tu non se' scusato, et se' sospetto di furto, et di sforzamento: il perchè noi non ti facciamo ingiuria a cacciarti del Consiglio, et così rimane la questione inditerminata.* Tum sequitur scriptoris notitia hoc pacto: *Questo libretto è fornito di scrivere di mano di Bonaccorso di Filippo Adimari in anno* MCCCCLXIII. *a honore di Iesu Christo, il qual sia sempre laudato.* De hisce Declamationibus vide, quae adnotavimus ex Fabricio in recensione Codicis XXXV. Plutei LXXVI. Biblioth. Laurent. Catalogi nostri Tom. III. pag. 107. §. XII. ubi eiusdem Operis latinum exemplar occurrit. Italicae autem huiusce Operis versiones uti Mss. memorantur a Ph. Mar. Argelato in Bibliotheca Italicorum Interpretum, V. Negr. 539. cum additionibus Angeli Theodori Villae, Mediolani MDCCLXVII. Tom. III. pag. 364.

Codex chartaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. cum titulis Declamationum rubricatis. Constat fol. scriptis 133.

(1) Edita est inter eius Opera Venetiis MDI. fol. pag. 55. b., ut videre est apud Fabricium Biblioth. Latinae med. & inf. aetatis Tom. I. pag. 327.

IO. ANT. CAMPANI EPISTOLA.

Cod. XXXIII. IOannis Antonii Campani Consolatio ad Iacobum Cardinalem Papiensem de morte fratris interfecti in praelio. Inc. *Si mihi eadem essent tecum vincula benevolentiae &c.* Des. *& frater apud nos, & vivere videbitur, et versari iucundissime* (1). Subiungitur deinde sequens Epitaphium versibus elegis:

Luca ortu, Sena lege fuit mihi patria quondam,
Andreas nomen, Picolomina domus.
Sub duce Malphiti, turmae praefectus equestri,
Occubui Ecclesiae, Pontificique Pio.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XV. exeuntis, elegantissime grandiori charactere exaratus, cum initiali picta, & inaurata. Constat fol. scriptis 65.

RABBI DAVID KIMCHI RADICES VERBORVM SACRAE SCRIPTVRAE.

Cod. XXXIV. R. David Kimchì Liber Scarascim, seu Radicum, seu potius Lexicon Hebraeo-Biblicum, charactere Rabbinico. Ad calcem adduntur voces Chaldaicae, quae in sacris Libris occurrunt. Explicitque Codex hac epigraphe: *Perfectus et absolutus Deo opitulante, feria quinta hebdomadae, die* 11. *mensis Marchesvan anno, & ascenderunt salvati in montem Sion, videlicet* 207. *minoris Iudaeorum supputationis,* (*Christi* MCCCCXLVII.)

Digitized by Google

Cod. membran. MS. Hebraic. in 4. min. exaratus an. MCCCCXLVII. Const. fol. scr. 292.

ALCORANVS MAHOMETIS.

Cod. XXXV. ALcoranus Mahometis, seu sine articulo *Coranus*, idest *Lectio*, sive *Liber lectionis*, ita dictus, quod in eo Mahometicae sectae Sanctiones leguntur; siue *Collectio*, eo quod in ipso collecta sint, quae sparsim Mahometi Pseudoprophetae vigintitrium annorum spatio revelata esse finguntur. Vocatur etiam *Alphorcan*, a verbo Arabico *pharac*, idest *distinguere*, quasi distinguat vera a falsis, & licita ab illicitis. Dicitur praeterea *Al-Dhecr*, idest *Commemoratio*, seu *Commonitio*, quod in eo verba Dei commemorentur, atque homines per illa commoneantur; unde aliis quoque nominibus, ac titulis distinguitur. Dividitur hic Alcoranus in *Suras*, seu Capita CXIV. & haec in varios versiculos, quos Mahometani *Aiat*, idest *Signa* adpellant; ac si versiculus quilibet signum sit, vel miraculum. Surae, seu Capita inscribuntur, vel a materie, quae in iis tractatur, vel a prima ipsarum dictione, iuxta morem Hebraeorum. Quaedam autem ex Suris vocantur *Machiiat*, idest *Meccenses*, seu *Meccanae*, quia Mahometi Meccae finguntur revelatae; quaedam vero *Medniiat*, idest *Medinenses*, quod Medinae traditae sint Pseudoprophetae. Quaedam ex parte Meccanae sunt, & ex parte Medinenses, quod pars earum Meccae, pars Medinae revelata feratur. Aliae dubiae habentur, quas notant Interpretes hisce verbis: *Mochtalaph filia*, idest varia est de illius revelationis loco Auctorum sententia; utrum scilicet Meccae, an Medinae eas acceperit, Auctor Mashudius, aliique vulgo adfirmant, revelatas fuisse Mahometi duas ac triginta Suras Medinae, reliquas vero Meccae. *Surarum*, seu Capitum, & *Aiatarum*, seu versiculorum Alcorani ordinem, & numerum habet Postellius Lib. II. de Concordia Orbis pag. 125. & ex eo Hottingerus Biblioth. Orient. Lib. III. P. II. quem vide.

Codex MS. bombycinus in 4. Saec. XVI. cum titulis rubricatis. Constat fol. scr. 390.

VARIORVM OPERA ASCETICA.

Cod. XXXVI. I. pag. 1. PIstola *del Venerabile Maestro Andrea d' Alexandria mandata alle Suore di santo Gaggio*. Inc. *Precordialissime in Christo figliuole dopo le molte salute &c. Ancora perinfino a quì non habbiate avuto mie lettere &c.* Des. *& come io non cesso pregare per voi, così voi facciate per me. In Empoli a dì* VII. *di Marzo* MCCCCLXXXI.

II. pag. 3. b. *Predicazione del medesimo facta a tre Suore, che si sagrorono*. Inc. *Dicite filiae Sion, ecce Salvator tuus venit. Isaia Cap. 3. Sbigottito parte pel grave, et al mio piccolo ingegno insopportabile pondo della predicazione &c.* Des. *che solo cerca la gloria in cospecto di Dio. Finis.*

III. pag. 31. Alia Epistola eiusdem anepigrapha, sed fortasse est ad easdem Moniales sancti Caii. Inc. *Precordialissime in Christo figliuole etc. Non ostante ch'el Profeta Esaia.* Des. *visiti per grazia el mio, et i vostri cuori, et nell' altro Regno per gloria etc.*

IV. pag. 34. *Collatione del medesimo nella velatione delle Sanctimoniali di sancto Gaggio Suora Dianora de' Lotti, Suora Laudemina de' Medici, Suora Marietta degli Strozzi, Suora Felice degli Alessandri nell'anno* MCCCCLXXXIII. *a dì 2. di Giugno*. Inc. *Non est similis tui in diis Domine. Ps. 84. Diverse nazioni occecate in diversi, et orrendi errori etc.* Des. *el che bene mostra el morale Greg. quando dice: Nihil enim nasci profuit, nisi redimi profuisset.*

V. pag. 58. *Epistola mandata dal medesimo alle dette Suore facta in Roma nel* 1485. *a dì 8. di Gennaio*. Inc. *In Iesu dilectissime figliuole dopo la paterna benedictione ec. Essendosi per la voce angelica annunziato il gaudio universale etc.* Des. *come el padre debbe essere alle figliuole primogenite, et ogni dì benedette.*

VI. pag. 68. *Predica del Venerabile Maestro Mariano* (da Genazzano) *de' Frati Heremitani dell' Ordine di sancto Agostino facta alle Murate a dì octo di Dicembre* 1484. *la sera della sacratissima Conceptione di Nostra Donna*. Inc. *Non pro te instituta est lex ista. Hester Cap. 8. Fortis ut mors dilectio. Vergini Sacre a Dio dicate, forte è l' amore sicome la morte*. Des. *et di là l' infinita eterna gloria: ad quam ille nos perducat, qui est benedictus &c.*

VII. pag. 73. *Predica del medesimo nel dì di S. Girolamo*. Inc. *Admirabile est nomen tuum in universa terra. Ps. 8. Se mai mi furon duri gli miei fatti &c.* Des. *preghiamlo ci vogli impetrare di quà la gratia, e di là la infinita eterna gloria, ad quam nos perducat ec.*

VIII. pag. 84. *Pistola mandata dal memedesimo alle Suore di sancto Gaggio*. Inc. *Pax Dei, & charitas Domini nostri Iesu Christi sit semper vobiscum. Amen. Più volte pel vostro, anzi più rectamente nostro Ser Michele pregar m' avete facto &c.* Des. *dove ogni sacro spirito riposar si spera. Surgite igitur meae filiae, & ambulate*. Tum sequitur subscriptio *Licceti 21. Ianuar.* MCCCCLXXXV. *Heremita Marianus inter peccatores primus, Christi Iesu Servus inutilis.*

IX. pag. 89. Initium tantummodo cuiusdam concionis habita a Magistro Andrea de Fivizano in vestitione sororum Helenae de Bonsis, & Dorotheae Ioannis de Strata anno MCCCCLXXVI.

X. pag. 90. Meditatio Italica super Psalmum 6. *Domine ne in furore tuo arguas me &c.*

Codex chartaceus MS. Italicus in 8. maiori Saec. XV. exeuntis. Constat foliis scriptis 93.

BI-

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE STROZZIANAE NVNC LAVRENTIANAE CODICES.

CODEX I.

PASSIONALE SANCTORVM PARS I.

VOlumen continens Acta Sanctorum, de quibus anniversaria celebritate commemoratio agebatur in Ecclesiis ab ultima die Novembris usque ad Kal. Iunii, quaeque in eorum natalitiis legebantur, & a vulgo Passionalia, seu Sanctoralia dicebantur. Horum vero series ita habet:

I. pag. 1. Passio sancti Andreae Apostoli. Inc. *Passionem sancti Andreae Apostoli &c.* Vt in Tomo superiore pag. 338. §. I.

II. pag. 3. b. Passio sanctorum Martyrum Chrysanthi, & Dariae cum Prologo. Inc. *Historiam priorum sanctorum ad aedificationem nostram Deus voluit pervenire.* Des. *in triumpho martyrii & gloria perpetuae coronae suscepit.* Ibidem pag. 261. §. LIII. heic tamen Prologus cum Passione coniungitur.

III. pag. 6. b. Sermo inscriptus: *Item de translatione eorum.* Inc. *Gloriosissimorum Martyrum triumphos venerari piae devotionis est.* Des. *ut caelica demum gaudia eorum suffragiis cum supernis civibus percipere mereamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum &c.* Ibid. pag. 364. §. II.

IV. pag. 7. b. Alius Sermo inscriptus: *Item de miraculis eorumdem.* Inc. *Sanctorum Diodori & Mariani, sociorumque eorum revelationis tempore, quae Deus dignatus est miracula ostendere &c.* Des. *et post paucos dies pristinae sanitati est redditus.* Huic subiicitur Carmen elegiacum versuum quinquaginta quatuor, cui titulus: *Item in laude eorum paractericum Carmen*, quod incipit:

Stephane sancte Papa, mea carmina suscipe laetus &c.

ut ibid. §. eodem.

V. pag. 9. Passio sanctae Barbarae Virginis, & Martyris. Inc. *In diebus illis sub Imperatore Maximiano, Praeside autem Martiano, erat quidam magnus nomine Dioscorus, dives valde, omnino paganissimus &c.* Des. *martyrizata est autem beatissima Barbara virgo Christi sub Imperatore Maximiano, agente Martiano, Praeside in civitate Nicomedia pridie Nonas Decembris, regnante vero D. N. I. C. &c.* Ibid. pag. 267. §. II. ubi tamen tam in principio, quam in fine aliquantum diversa est, & praeterea multo longior, quam in hoc Codice.

VI. pag. 10. Vita sancti Dalmatii Episcopi. Inc. *Quum sancta Domini pietas, & caeleste auxilium beatissimorum Apostolorum Martyrum, & Confessorum, & omnium fidelium &c.* Des. *sed sanctus Dalmatius, qui a Domino meruit gloriam, ipse vobis audientibus det gratiam, & mihi pro praesumptione tribuat veniam, praestante Domino nostro, cui est honor &c.* Habes etiam in Cod. I. Plut. XX. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. I. pag. 583. §. II.

VII. pag. 14. Vita sancti Nicolai Episcopi, & Confessoris, cum Prologo, cuius initium: *Sicut omnis materies &c.* Finis: *tutos fore laetemur.* Vita inc. *Nicolaus itaque ex illustri prosapia ortus &c.* Des. *ut sine dubietate, & munda conscientia concurrentes, solutionem petitionis nostrae suscipiamus. Per Christum Dominum nostrum &c.* Vt ibidem pag. 287. §. I. ubi tamen finis Vitae diversus est.

VIII. pag. 26. Vita sancti Ambrosii Archiepiscopi, & Confessoris, cum Prologo, cuius initium: *Hortaris, venerabilis Pater Augustine.* Finis: *ab ipsis cunabulis agnoscatur.* Vita inc. *Igitur posito in administratione Praefecturae Galliarum &c.* Desinit imperfecte in verbis: *& detrahentem occulte persequebar. Et alibi: Noli dili.....* ob magnum Codicis defectum inter pag. 33. & 34. Integram habes ibidem pag. 288. §. II.

IX. pag. 34. Fragmentum Vitae sancti Syri Episcopi, ob praedictum defectum inci-

Digitized by Google

cipiens a verbis ..... *si ex toto corde credis, ipse in quem credis, aperiat oculos tuos.* Des. *migravit ad Dominum, cui est honor &c.* Integra occurrit ibid. §. IV.

X. pag. ead. Passio sanctae Eulaliae Virginis, & Martyris. Inc. *In Barchilona civitate provinciae Hispaniae sub Datiano Praeside &c.* Des. *martyrizata est autem beatissima Eulalia in Barchilona civitate, quarto Idus Decembris sub Datiano Praeside, regnante vero D. N. I. C. &c.* Ibidem §. V. ubi adest Prologus, & Vita in fine aliquantum diversa est.

XI. pag. 35. Passio sanctae Luciae Virginis, & Martyris. Inc. *Quum per universam provinciam Siciliae beatissimae Martyris Agathae fama crevisset &c.* Ibid. pag. 268. §. V.

XII. pag. 36. b. Passio sancti Thomae Apostoli. Inc. *Quum Apostolus Thomas, qui & Didymus dicitur, esset apud Caesaream &c.* Ibid. pag. 366. §. VIII,

XIII. pag. 43. Vita, vel actus sancti Ioannis Apostoli, & Evangelistae. Inc. *Mellitus servus Christi, Episcopus Laudociae universis Episcopis, & Ecclesiis Catholicorum &c.* Ibid. pag. 269. §. XVII.

XIV. pag. 47. b. Vita sancti Florentii Episcopi, & Confessoris. Inc. *Dignum atque laudabile esse censuimus beatissimi Florentii Vitam edere, quem suis meritis indubitanter credimus fore in caelis; beatus igitur Florentius, natione Gallus, civisque Turonensis fuit, nec procul ab ipso oppido parentum studiis est nutritus.* Des. *per ipsius supplicamus orationes, ut custodiat nos Dominus in saecula saeculorum. Amen.*

XV. pag. 50. Vita sancti Silvestri Papae, cum Prologo, cuius initium: *Historiographus noster.* Finis: *iubendo fecisti.* Vita inc. *Silvester igitur urbis Romae Episcopus &c.* ut ibidem pag. 288. §. VI. Heic tamen ob defectum inter pag. 65. & 66. desinit imperfecte in verbis: *peto vos, iudices, qui cuncta iustissime moderamini ....*

XVI. pag. 66. Fragmentum Passionis sanctae Martinae Virginis, ob praedictum defectum incipiens a verbis ..... *Christi adiuva me, quia ad te confugi. Praefectus dixit: circa mamillam ungulis attrectate eam &c.* Des. *mereamur cum omnibus sanctis consortes fieri, & gratiam invenire apud Dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor &c.* Integra occurrit ibid. pag. 300. §. VI.

XVII. pag. 68. b. Eodem die. Passio sancti Concordii Martyris. Inc. *Temporibus Antonini Imperatoris gravissima persequutio orta est in urbe Roma &c.* Ibid. §. VII. Habetur etiam in Codice V. Plut. XXX. partis sinistrae Biblioth. Sanctae Crucis, Catalogi nostri Tom. IV. pag. 257. §. XXIV. multo tamen longior in fine, quam vide.

XVIII. pag. 69. Eodem die. Vita S. Basilii Episcopi, & Confessoris, cum Prologo, cuius initium: *Postquam Lucifer ille procax &c.* Finis: *maiestas similis per omnia saecula saeculorum. Amen.* Vita inc. *Basilius igitur in civitate Cappadociae ex christianissimis atque Deo dignis parentibus &c.* Des. *quos per cooperationem Sancti Spiritus scripserat Libros ad laudem & gloriam D. N. I. C. cui est honor &c.* Diversa est ab iis, quae habentur in Tom. superiore pag. 270. §. XXI. & pag. 300. §. IX. & X. Concordat tamen cum illa quae exstat in Codice IX. Plut. X. partis sinistrae praedictae Bibliothecae, Catalogi nostri Tom. IV. pag. 88. §. XLIV.

XIX. pag. 82. Vita sancti Severini in principio mutila propter defectum inter pag. 81. & 82. Incipit autem a verbis ..... *continuus, & quadraginta fere annis in monasterii excubiis perseverans &c.* Des. *cuius meritis obsessi a daemonibus, receperunt, ac recipiunt, operante Dei gratia, sanitatem, cui est honor &c.* Integram habes in Tomo superiore pag. 339. §. IX.

XX. pag. 85. Vita sancti Paulli primi Eremitae, cum Prologo, auctore sancto Hieronymo. Prologi initium est: *Inter multos saepe dubitatum est.* Finis: *nulli hominum compertum habetur.* Vita inc. *Sub Decio & Valeriano persequutoribus, quo tempore Cornelius Romae, Cyprianus Carthagine, felici cruore damnati sunt.* Des. *quam regum purpuras cum gemmis suis.* Ibidem pag. 288. §. VII. ubi Prologus cum Vita coniunctus est.

XXI. pag. 88. Fragmentum cuiusdam Vitae, unico folio comprehensum, sine ullo titulo, cuius initium, duabus primis columnis contentum, tamquam ad hunc locum minime pertinens, deletum fuit.

XXII. pag. 89. Vita sancti Hilarii Episcopi, & Confessoris. Inc. *Igitur beatus Hilarius Pictavorum urbis Episcopus, regionis Equitaniae oriundus fuit &c.* Ibid. pag. 289. §. VIII.

XXIII. pag. 94. b. IV. Kal. Mar. Passio sancti Felicis Papae, & Martyris. Inc *Fuit temporibus Constantini* (sic) *filii Constantini Magni &c.* Ibid. pag. 256. §. XVI. Notandum est in margine Codicis adscriptum fuisse manu item antiqua: *Haec Vita non legitur in Ianuario, sed in Iulio, quando eius festum agitur.*

XXIV. pag. 95. Vita sancti Felicis Presbyteri. Inc. *Factum est autem, ut post completionem beatissimi Felicis Presbyteri &c.* Ibid. pag. 270. §. XXIV.

XXV. pag. 96. Vita sancti Mauri Abbatis, cum Prologo, cuius initium: *Faustus famulorum Christi famulus omnibus Monachis, qui sunt in Oriente &c.* Finis: *sum provocatus imperio.* Vita inc. *Beatus igitur Maurus clarissimo Senatorum genere &c.* Des. *anni septuaginta duo, & dies duodecim. Per omnia benedictus Deus in saecula saeculorum. Amen.* Ibid. pag. 34. §. XII.

XXVI. pag. 108. Passio sancti Marcelli Papae, & Martyris. Inc. *Tempore, quo Maximianus Augustus rediens de partibus Africae &c.* Ibidem pag. 271. §. XXVI.

XXVII. pag. 111. b. Vita sancti Anto-

Digitized by Google

nii Monachi cum Prologo, cuius initium: *Presbyter Evagrius Carino, Innocentio charissimo filio salutem. Ex alia &c.* Finis: *pro tanti nominis viro.* Vita inc. *Igitur Antonius nobilibus religiosisque parentibus &c.* Des. *& totius corruptionis artifices.* Ibid. pag. 289. §. X. Heic tamen fragmentum potius Vitae, quam Vita nuncupari potest, etenim inter paginam 113. & 114. desunt plurima.

XXVIII. pag. 115. b. Passio sanctorum Martyrum Marii, & Marthae, Audifax, & Habbacum. Inc. *Temporibus Claudii Imperatoris venit quidam vir de Perside partibus &c.* Ibid. pag. 271. §. XXVII.

XXIX. pag. 118. Passio sancti Sebastiani Martyris. Inc. *Sebastianus vir christianissimus, Mediolanensium partium civis &c.* Ibid. pag. 271. §. XXVIII. sed animadvertendum est, licet initium ac finis in utroque conveniant, heic tamen historiam multo esse prolixiorem, quam ibi; quod idem monuimus etiam loc. cit. pag. 301. §. XIII.

XXX. pag. 130. Passio sanctae Agnetis Virginis. Inc. *Servus Christi Ambrosius Episcopus &c.* Des. *passa est autem beatissima martyra* (sic) *Agnes die* XII. *Kalendas Februarias, regnante D. N. I. C. cui est honor &c.* Ibid. pag. 271. §. XXIX. Finis tamen concordat cum illa, quam retulimus ibidem pag. 301. §. XIV.

XXXI. pag. 133. Passio sancti Vincentii Martyris. Inc. *Probabile satis est ad gloriam Vincentii martyris &c.* Ibid. pag. 301. §. XV.

XXXII. pag. 135. b. Natale sancti Anastasii Martyris. Inc. *Vnigenitus filius, & Verbum Dei, per quem facta sunt omnia, qui coaequalis, atque consubstantialis Patri, & Sancto, atque vivificatori Spiritui, misertus est humano generi perituro &c.* Des. *in quo beatum Anastasium cum aliis circiter septuaginta viris interfecerunt propter fidem Domini nostri Iesu Christi, qui vivit &c.* Diversa est ab illa, quae recensetur ibidem §. XVI.

XXXIII. pag. 138. b. Passio sancti Polycarpi Episcopi, & Martyris. Inc. *Aniceto Romanae Ecclesiae praesidente, Polycarpum Romam venisse, atque habuisse sermonem cum ipso Aniceto de Paschae die Irenaeus refert &c.* Des. *hactenus de beato Polycarpo, cum quo etiam alii duodecim ex Philadelphia venientes apud Smyrnam martyrio consummati sunt.* Desumpta est ex Libro IV. Cap. XIII. & XIV. Historiae Eccles. Eusebii Pamphili, & adfertur a Surio sub die XXVI. Ian. editionis Venetae alibi cit. an. MDLXXXI. pag. 198. b.

XXXIV. pag. 141. In Natale sanctae Paullae. Inc. *Si mei cuncta corporis membra verterentur in linguas &c.* Des. *vixit in sancto proposito Romae annos* V. *Bethlehem annos* LVI. *menses* VIII. *dies* XXI. *a Consule suprascripto usque ad Carthaginem anni* XXXVI. Auctor est S. Hieronymus, & adfertur a Bollando in Actis SS. Tom. II. sub die XXVI. Ianuar. a pag. 712. ad 722.

XXXV. pag. 151. Vita sancti Ioannis Chrysostomi Episcopi, & Confessoris. Inc. *Defuncto Theodosio eius imperium filii susceperunt Arcadius in oriente, Honorius autem in occidente. Hoc tempore in Romana urbe Damasus praesidebat Ecclesiae, in Constantinopolitana Nectarius; hic autem defunctus est Consulatu Caesarii, & Attici, mense Decembris; quumque de ordinando, ut fieri adsolet, altercatio oriretur Episcopo, plurimique hac gratia notarentur, novissime Ioannes Presbyter ab Antiochia placuit, ut evocaretur; erat enim doctrina & fama mirabilis &c.* Des. *nam & pie nutrire fecit, & sine concussionis metu custodivit eius imperium, atque tyrannorum consilia refraenavit. Per Iesum Christum, cui cuncta cum Deo Patre, Sanctoque Spiritu famulantur in aevum. Amen.* Discrepat a relata apud Surium loc. cit. sub die XXVII. Ianuarii.

XXXVI. pag. 156. Fragmentum Passionis sanctorum Martyrum Gordiani, & Epimachi, incipiens a verbis ..... *accenso igne conflavit eam, & proiecit in cloacam &c.* Des. *in quo etiam loco beneficia eorum, ac virtutes florent usque in hodiernum diem, ad laudem & gloriam D. N. I. C. cui est honor &c.* Integram habes in Tomo superiore pag. 276. §. LIX.

XXXVII. pag. ead. b. IV. Idus Madii. Passio sanctorum Martyrum Nerei, & Achillei. Inc. *Nisi studia Catholicorum securitatis suae somno quiescerent &c.* Des. *qui eius exitus fuerit, quia interrogastis sollicite, breviter intimabo.* Ibid. pag. 276. §. LXII. Finis autem non concordat, quia in nostro Codice coniungitur Epistola Marcelli ad Nereum & Achilleum, quae recensetur ibidem pag. 332. §. CLXXIX.

XXXVIII. pag. 159. II. Idus Madii. Passio sanctae Petronillae, & Feliculae Virg. Inc. *Petronillam itaque bene nostis &c.* Ibidem pag. 277. §. LXIII.

XXXIX. pag. ead. b. IV. Idus Madii. Passio sancti Pancratii. Inc. *Temporibus Valeriani, & Galieni fuit vir quidam &c.* Ibidem pag. 303. §. XXXIV.

XL. pag. 160. VIII. Kal. Iunii. Vita sancti Zenobii Episcopi, auctore S. Laurentio Episc. Amalphitano. Inc. *Zenobius Florentinae civitatis indigena &c.* Ibid. pag. 368. §. XXXVI. ubi tamen subsequebatur Prologus, qui in nostro Codice desideratur.

XLI. pag. 163. Pridie Kal. Iunii. Passio sancti Proculi. Huius tamen Passionis habetur tantummodo initium propter defectum Codicis inter paginam 162. & 163. Integra occurrit ibidem §. XXXVII.

XLII. pag. 164. Legenda sanctae Finae Virginis de sancto Geminiano. Praecedit Epistola de compilatione huius Legendae ita inscripta: *Religioso in Christo viro Fratri Goccio Rectori Hospitalis sanctae Finae*

de

Digitized by Google

de sancto Geminiano Frater Ioannes (1) *de eodem loco in Praedicatorum Ordine Frater inutilis salutem, & sanctorum vestigia feliciter consectari.* Inc. *Tua dudum a me Fraternitas cum instantia requisivit, ut beatissimae Finae Virginis, quam, velut fructum pretiosissimum Deo pomifera terra nostra produxit, collectis in unum pariter, tam illis, quae de Vita ipsius a quibusdam senioribus verbotenus narrabantur, quam etiam ipsius miraculis, quae in quaternis quibusdam & cedulis scripta erant, legendam brevem sub idoneo stilo componere laborarem &c.* Des. *qui sanctam suam foecundavit in meritis, & aeternis in caelo praemiis coronavit.* Legenda vero in Capita XVIII. est distributa, quorum primum, cui titulus. *De origine, & nomine beatae Finae*, inc. *Postquam mundo sol iustitiae Christus nube carnis contectus apparuit, & aridam, atque sterilem terram, humanam naturam videlicet, largiflua suae gratiae pluvia fecundavit &c.* Vltimum inscriptum: *De resuscitatione pueri mortui*, des. *ut ipsius gratiae impetrantes suffragium, ad eius tandem feliciter mereantur pervenire consortium, Domino nostro Iesu Christo favente, qui cum Patre &c.* In Capite VII. inscripto: *De transitu beatae Finae, & de odore Corporis sui*, subiungit quod *mortis agonem hilariter expectabat, quumque se oratione continua Domino commendaret, inter ipsa orationis verba immaculatum spiritum reddidit creatori in annis Domini* MCCLIII. *de mense Martii in die festivitatis beati Gregorii.* Tum subiiciuntur: *nomina testium deponentium attestationem praedictorum miraculorum &c.* in quorum fine ita se subscribit Notarius: *Recepti sunt & examinati testes praedicti a me Lupardo Notario de parabula suprascripti presbyteri, apud Forcolem in Foro, praesentibus Bartholomeo Not. quondam Bonalbergi, & Matthaeos quondam Ildoberti, Dominicae Incarnationis eius anno millesimo* CCLIV. *Indictione* XI. *pridie Idus Madii. Ego Lupardus de sancto Cervasio in Forcolo.*

XLIII. pag. 169. Vita, Passio, & Miracula sancti Thomae Cantuariensis Episcopi, & Martyris, praevio Prologo, qui inc. *Sacrosanctam Ecclesiam iugiter impugnat hostis antiquus; sed quia ipsam cruore proprio redemit Dei filius, eam sanguine membrorum, in veram asserit, & provehit libertatem.* Des. *summam conversationis eius succinctus, & admodum brevis sermo percurrat.* Vita inc. *Praedictus igitur Thomas sanctissimus Londoniensis urbis indigena, parentum mediocrium proles illustris, a primis adolescentiae annis, gratia multiplici ditatus est. Erat enim statura procerus, forma decorus, ingenio perspicax, dulcis, et iocundus eloquio, & venustate morum pro aetate amabilis.* Des. *sed haec omnia vir Dei in multa patientia sufferebat, malens, non modo rerum, sed et salutis subire iacturam, quam iustitiam Dei, & Ecclesiae libertatem, absque subventione, vel saltem reclamatione periclitari. Explicit Vita sancti Thomae martyris.* Passio inc. *Quoniam de passione gloriosi martyris Thomae Cantuariensis Archiepiscopi, & de memorabili triumphantis certamine, rei seriem & veritatem cognoscere nobis cura fuit & studium.* Desinit tertia pars, quae de miraculis agit, imperfecte in verbis: *quaecumque potio, quodcumque medicamen ei dabatur.....* mutilus est enim in fine Codex. Non convenit cum relata apud Surium cit. edit. pag. 330.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XIII. charactere grandiori, binis columnis, ac diversis manibus exaratus, cum titulis rubricatis, plurimis defectibus obnoxius, & in aliquibus foliis evanidus, in cuius initio legitur: *Iste Liber est Monialium Monasterii sancti Donati ad Turrim, Cisterciensis Ordinis, Florentinae dioecesis; si quis furatus hunc fuerit, vel titulum istum deleverit, anathema sit. Amen.* In calce vero primi folii scriptum est nomen possessoris, scilicet *Caroli Strozzae, Thomae filii.* Constat foliis scriptis 175.

PASSIONALE SANCTORVM PARS II.

Cod. II.

VOlumen hoc continet Vitas Sanctorum a die IV. Nonas Iulii, usque ad diem IV. Decembris, & quidem hoc ordine.

I. pag. 1. VI. Nonas Iulii. Passio sanctorum Processi, & Martiniani. Inc. *Tempore quo Simon magus crepuit intus &c.* ut in Tomo superiore pag. 254. §. VI.

II. pag. ead. b. v. Nonas Iulii. Passio sanctae Mustiolae Virginis. Inc. *Temporibus Aureliani Augusti saeva persequutio orta est Christianis &c.* ut ibidem pag. 291. §. XXII.

III. pag. 2. b. II. Nonas Iulii. Natale sancti Romuli Martyris (adde etiam *sanctorum Marchitini, Charissimi, & Crescentii Martyrum*). Inc. *Quum beatus Petrus Apostolorum Princeps Ecclesiam sibi a Christo commissam cupiens augere &c.* Des. *ad radicem montis sepelierunt miliario plus minus ab urbe uno.* Ibid. pag. 373. §. CXIII. ubi initium est diversum. Concordat autem haec Passio cum illa, quae habetur in Cod. I. Plut. XX. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. I. pag. 589. §. LVIII.

IV. pag. 5. b. IV. Idus Iulii. Passio sanctorum septem Fratrum. Inc. *Temporibus Antonini Imperatoris orta est seditio Pontificum &c.* ut in Tomo superiore pag. 254. §. VIII.

V. pag. 6. b. Eodem die. Passio sanctorum

(1) Vitam B. Finae a Fratre Ioanne Coppo primum conscriptam memorat Io. Vincentius Coppius *Annali di S. Gimignano. In Firenze per Cesare, e Francesco Bindi* MDCXCV. 4. pag. 112. Integram autem exhibet Bollandus ex hoc Strozziano Codice descriptam, dum esset Florentiae, in Actis SS. Tom. II. Martii die XII. a pag. 236. ad pag. 242.

Digitized by Google

rum Rufinae, & Secundae. Inc. *Rufina, & Secunda, duae sorores virgines, cives Romanae &c.* Ibidem pag. 291. §. XXIV.

VI. pag. 7. IIII. Idus Iulii. Natale sanctorum Naboris, & Felicis. Inc. *Regnante impiissimo Maximiano Imperatore in civitate Mediolanensi &c.* Ibid. pag. 254. §. IX.

VII. pag. 8. b. Passio sanctorum Quirici, & Iulittae. Inc. *In tempore illo agente Praeside Alexandro in civitate Iconia &c.* Ibid. pag. 292. §. XXV.

VIII. pag. 10. XVI. Kal. Augusti. Vita sancti Alexii Confessoris. Inc. *Fuit Romae vir magnus & nobilissimus Euphemianus nomine &c.* Ibid. pag. 334. §. CXCVI.

IX. pag. 11. b. III. Idus Iulii. Passio sanctae Margaritae Virginis. Inc. *Quia auxiliante atque largiente Domino &c.* Des. *regnante piissimo D. N. I. C. qui glorificat sanctos suos, qui regnat in Trinitate perfecta & nunc & per cuncta saecula saeculorum. Amen.* Ibid. pag. 374. §. CXIV. ubi tamen finis diversus.

X. pag. 12. XII. Kal. Augusti. Natale sanctae Praxedis Virginis. Inc. *Virgo venerabilis Praxedis habitavit in titulo supradicto &c.* Ibid. pag. 306. §. XLVII.

XI. pag. 13. b. XI. Kal. Augusti. Natale sanctae Mariae Magdalenae. Inc. *Iosephus narrat de Maria Magdalena &c.* Ibid. p. 266. §. LXXIV.

XII. pag. 14. b. X. Kal. Augusti. Natale sancti Apollinaris Martyris. Inc. *In diebus Claudii Caesaris venit Petrus Apostolus Iesu Christi &c.* Ibid. pag. 255. §. XII.

XIII. pag. 17. VIII. Kal. Augusti. Passio sancti Iacobi Apostoli, cum brevissimo Prologo, cuius initium: *Iacobus, qui interpretatur supplantator &c.* Passio inc. *Apostolus Domini nostri Iesu Christi Iacobus, frater beati Ioannis Apostoli & Evangelistae &c.* Ibid. pag. 255. §. XIII. ubi tamen deest Prologus.

XIV. pag. 19. V. Kal. Augusti. Passio sanctorum Nazarii, & Celsi. Inc. *Nazarius genitus a patre nomine Africano &c.* Ibid. §. XIV.

XV. pag. 20. IIII. Kal. Augusti. Passio sanctorum Martyrum Simplicii, Faustini, & Beatricis. Inc. *Temporibus Diocletiani & Maximiani sceleratissimorum Imperatorum &c.* Ibid. §. XV.

XVI. pag. ead. b. Eodem die. Passio sancti Felicis Episcopi, & Martyris. Inc. *Fuit autem temporibus Constantini* (sic) *filii Constantini Magni &c.* Ibid. pag. 256. §. XVI.

XVII. p. 21. III. Kal. Augusti. Passio sanctorum Abdon, & Sennen. Inc. *Orta tempestate sub Decio, multi Christianorum necati sunt in urbe Roma &c.* Des. *in quo loco multa beneficia exuberant usque in hodiernum diem ad laudem & gloriam D. N. I. C. &c.* Ibid. pag. 256. §. XVII. ubi finis diversus.

XVIII. pag. 22. b. Kal. Augusti. Natale sanctorum Machabaeorum. Inc. *In illis diebus Eleazarus de primoribus Scribarum &c.* Des. *novissime autem & mater consummata est.* Est Historia martyrii septem Fratrum Machabaeorum, & eorum matris, desumpta ex Capite VI. & VII. Libri II. Machabaeorum.

XIX. pag. 23. IIII. Nonas Augusti. Passio sancti Stephani Pontificis. Inc. *Temporibus Valeriani & Gallieni multi Christianorum devitantes saevitiam tyrannorum occultabantur &c.* Ibid. pag. 256. §. XIX.

XX. pag. 26. VIII. Idus Augusti. Passio sanctorum Xysti Episcopi, Felicissimi, & Agapiti, cum brevi Prologo, cuius initium: *Xystus natione Graecus, & philosophus &c.* Passio inc. *Magnas martyrum praeclarasque virtutes &c.* Ibid. §. XXI. ubi deest Prologus.

XXI. pag. 27. VII. Idus Augusti. Passio sanctorum Martyrum Donati, & Hilariani Monachi. Inc. *Erat quidam puer in civitate Romana, nomine Donatus &c.* Des. *& sepulta sunt iuxta civitatem Aritium in pace regnante D. N. I. C. &c.* Ibid. §. XXII. & XXIII. Heic enim coniunguntur.

XXII. pag. 28. VI. Idus Augusti. Passio sanctorum Martyrum Cyriaci, Largi, & Smaragdi, atque Crescentii, sociorumque eius. Inc. *Temporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorum orta est seditio Christianorum, iubente Diocletiano & Maximiano, omnes Christianos affligi, & ad fatigationem laborum deduci. Eodem tempore erat vir sanctissimus Marcellus Episcopus, qui inter ceteros sanctos viros Cyriacum, & Sisinnium Diacones sanctae Romanae Ecclesiae ordinavit, eo quod audierat ab ipsis, quod Trason, vir valde idoneus, nimis facultatibus ditatus, cotidie per eos sanctis martyribus, qui in custodia tenebantur, pro Dei amore alimenta ministraret.* Des. *ubi orationes eorum florent, & beneficia exuberant omnibus quaerentibus auxilia eorum, praestante D. N. I. C. &c.* Non parum discrepat a relatis a Bollando Tom. II. Ianuar. pag. 5.

XXIII. pag. 29. b. IIII. Idus Augusti. Passio sancti Laurentii Martyris. Inc. *Postquam beatus Xystus, urbis Romae Episcopus, martyrii coronam adeptus &c.* Ibid. pag. 257. §. XXIV.

XXIV. pag. 31. III. Idus Augusti. Vita sanctorum septem Dormientium, qui in Epheso dormierunt. Inc. *In tempore illo, regnante Imperatore Decio, facta est persequutio ingens Christianorum; Decius autem obpugnans descendit in civitatem Constantinopolim &c.* Des. *& in gaudio fidei ipsorum sequuti sunt Imperatorem Constantinopolim, glorificantes, & laudantes Deum, qui vivit &c.* Ibid. pag. 277. §. LXVII. ubi tam in principio, quam in fine est aliquantum diversa.

XXV. p. 35. Idib. Augusti. Passio sancti Hippolyti Martyris. Inc. *In diebus illis regressus Hippolytus, post tertium diem venit in domum suam &c.* Ibid. pag. 281. §. XCVI.

Digitized by Google

XXVI. pag. 36. Eodem die. Passio sancti Cassiani. Inc. *Prudentius, sicut notum est, fidei vir.* Des. *dextris successibus utor, domum revertor, Cassianum praedico.* Ibid. pag. 257. §. XXVI. ubi finis diversus.

XXVII. pag. 37. xv. Kal. Septembris. Passio sancti Agapiti Martyris. Inc. *Sub Rege Antiocho pagano erat quidam puer nomine Agapitus &c.* Ibid. §. XXVIII.

XXVIII. pag. 38. ix. Kal. Septembris. Passio sancti Barptolemaei Apostoli. Inc. *Indiae tres esse ab historiographis asseruntur &c.* Ibid. §. XXIX. ubi tamen praeerat Prologus, qui in nostro Codice desideratur.

XXIX. pag. 40. vii. Kal. Septembris. Passio sancti Genesii Martyris. Inc. *Imperante Diocletiano erant per annos quatuor Ecclesiarum omnes Episcopi &c.* Ibid. p. 258. §. XXX. cum aliquo tamen discrimine in principio.

XXX. pag. ead. b. vii. Kal. Septembris. Passio sancti Alexandri Martyris, cum Prologo, cuius initium: *Quum omnium beatorum Christi Martyrum &c.* Passio inc. *Tempore itaque Maximiani Caesaris, exardescente Diabolo &c.* Ibid. §. XXXI.

XXXI. pag. 42. v. Kal. Septembris. Vita, vel actus beati Augustini Episcopi. Inc. *Beatissimus Augustinus ex provincia Africa, inspirante rerum omnium factore, & gubernatore Deo &c.* Ibid. pag. 294. §. XXXVII. ubi in principio aliquantum discrepat.

XXXII. pag. 46. iiii. Kal. Septembris. Passio sancti Ioannis Baptistae. Inc. *Quintodecimo anno Tiberii Caesaris &c.* Ibid. pag. 258. §. XXXIII.

XXXIII. pag. ead. Vnde de quo supra. Inc. *Beatus igitur Ioannes Baptista dum praedicaret Iudaeis &c.* Ibid. §. XXXIV.

XXXIV. pag. ead. b. iii. Idus Septembris. Vita, vel acta beati Salvii Confessoris. Inc. *Licet sit studium historiarum seriem prosequi, quam prior librorum ordo reliquit &c.* Ibid. pag. 295. §. XLII.

XXXV. pag. 47. b. xviii. Kal. Octobris. Passio sancti Cornelii Papae. Inc. *Temporibus Decii Caesaris maxima persequutio orta est Christianis &c.* Ibid. p. 258. §. XXXV.

XXXVI. pag. 48. Eodem die. Passio sancti Cypriani Martyris. Inc. *Imperantibus Valeriano, quarto, & Gallieno, tertio Consulibus &c.* Ibid. pag. 259. §. XXXVI.

XXXVII. pag. 49. Eodem die. Exaltatio sanctae Crucis. Inc. *Tempore illo, quo Constantinus Augustus contra Maxentium tyrannum &c.* Ibid. §. XXXVII.

XXXVIII. pag. 50. xvi. Kal. Octobris. Passio sanctorum Luciae, & Geminiani. Inc. *Temporibus Diocletiani & Maximiani anno tertiodecimo imperii eorum &c.* Ibid. §. XXXVIII.

XXXIX. pag. 52. b. xi. Kal. Octobris. Passio sancti Matthaei Apostoli. Inc. *Quoniam Deo cura est de hominibus &c.* Ibid. §. XXXIX. ubi animadvertendum, heic quoque post conclusionem Passionis subiungi illa, quae fuerunt ibi adnotata.

XL. pag. 56. x. Kal. Octobris. Passio sanctorum Martyrum Mauritii, Exsuperii, Candidi, Innocentii, atque Victoris cum sociis suis. Inc. *Diocletianus Augustus Romanae Reipublicae Princeps &c.* Ibid. §. XL.

XLI. pag. 58. v. Kal. Octobris. Passio sanctorum Cosmae, & Damiani. Inc. *Licet omnium sanctorum veneranda gesta &c.* Ibid. §. XLI.

XLII. pag. 59. b. In festivitate sancti Michaëlis Archangeli. Inc. *Memoriam beati Michaëlis Archangeli toto orbe venerandam &c.* Des. *qui hereditatem capiunt salutis in Christo Iesu Domino nostro, cui est honor &c.* Ibid. §. XLII. ubi notandum, narrationem hanc, quae ibi in quatuor partes dividitur, in hoc in duas dividi, quarum prima titulum iam relatum praefert, altera vero inscribitur: *Vnde supra Sermo Angelorum.*

XLIII. pag. 61. b. Vita beati Hieronymi Presbyteri, cum brevissimo Prologo, cuius initium: *Plerosque nimirum illustrem virum non ambigo nosse &c.* Vita inc. *Beatus igitur Hieronymus, genere nobili ortus &c.* Ibid. pag. 260. §. XLIII. ubi Prologus cum Vita coniungitur.

XLIV. pag. 65. Kalendis Octobris. Vita sancti Remigii Archiepiscopi, & Confessoris, cum brevi Prologo, cuius initium: *Post vindictam scelerum, quae facta est a Domino &c.* Vita inc. *Erat quidam venerabilis ac dignus professione & nomine Montanus Monachus &c.* Ibid. §. XLIV. ubi item Prologus cum Vita coniungitur, quae praeterea in duas partes divisa est, quarum secunda titulum habet: *Miraculum de translatione sancti Remigii.*

XLV. pag. 69. b. viii. Idus Octobris. Passio sanctae Reparatae Virginis. Inc. *Sub Decio Praeside, qui fuit persequutor Christianorum &c.* Ibid. §. XLV.

XLVI. pag. 70. vi. Idus Octobris. Passio sancti Domnini Martyris. Inc. *Tempore Maximiani Imperatoris facta est persequutio magna super Christianorum genus &c.* Ibid. §. XLVI.

XLVII. pag. ead. b. Eodem die. Passio sancti Dionysii Martyris. Inc. *Post beatam & gloriosam resurrectionem D. N. I. C. &c.* Ibid. §. XLVII.

XLVIII. pag. 72. b. Item Homilia eiusdem, seu potius in laudem eiusdem. Inc. *Sanctam atque gloriosam & omni veneratione colendam &c.* Ibid. pag. 261. §. XLVIII.

XLIX. p. 74. b. vi. Idus Octobris. Vita beati Cerbonii Episcopi in Populonia civitate, cum Prologo, cuius initium: *In divinis historiis sanctorum sacra digesta excolitur &c.* Vita inc. *Beatus namque Cerbonius, sicut prisci Catholici viri tradiderunt &c.* Ibid. §. XLIX.

L. pag. 77. ii. Idus Octobris. Passio sancti

Digitized by Google

cti Calixti Episcopi, Inc. *Temporibus Macrini & Alexandri incendio divina concremata est pars Capitolii &c.* Ibid. §. L.

LI. pag. 78. b. XVII. Kal. Novembris. Vita beati Galli Abbatis. Inc. *Quum praeclara sanctissimi viri Columbani, qui et Columba, conversatio &c.* Ibid. §. LI.

LII. pag. 81. XV. Kal. Novembris. Natale sancti Lucae Apostoli, & Evangelistae, cum brevi Prologo, cuius initium: *Quam in divinis atque sacris voluminibus studiose lectitando perquirerem &c.* Vita inc. *Igitur gloriosissimus Apostolus & Evangelista Iesu Christi Lucas &c.* Ibid. §. LII.

LIII. pag. 83. XII. Kal. Novembris. Natale sanctarum XI. milia Virginum. Inc. *Regnante D. N. I. C. quum post passionem suam, resurrectionem, & adscensionem eius &c.* Ibid. pag. 296. §. LIII.

LIV. pag. 86. Vita beatissimi Fesulani Pontificis, & Christi Confessoris, Donati, cum Prologo, cuius initium: *Litterarum luce perfusa, etiam memoria minime digna attentius aure, avidius attrahuntur corde lectorum, quia suavitate verborum mentes invitant &c.* Finis: *sic donet perarare merita, quatenus eisdem intercedentibus, meredem consequamur, vitam aeternam. Amen.* Vita inc. *In nomine igitur Patris, & Filii, & Spiritus Sancti beatissimi Confessoris, & Sacerdotis Dei, necnon & clementissimi Patris nostri Donati depositionis diem, quem celeberrimum nobis antiquorum sacra condonavit auctoritas, integro mentis affectu veneremur, pleno laudationis modulo praedicemus, congruo insuper honore prosequamur = Hic itaque vir christianissimus Confessor, verusque Sacerdos Dei Donatus, nobilium parentum, necnon orthodoxorum prosapia Scotorum gente progenitus, ab ipsis cunabulis Catholicae fidei, ac sacrae Religionis titulo insignitus, bonae indolis puer crevit in Domino.* Des. *quatenus te ducente sic transeamus per bona temporalia, ut pervenire mereamur ad aeterna, ipso praestante, qui vivit &c.* Diversa est ab illis, quas recensuimus Catal. Latinor. Codic. Tom. I. pag. 617. §. XII. & pag. 780. §. VI.

LV. pag. 89. b. IX. Kal. Novembris. Vita sancti Crisci Martyris. Inc. *Igitur temporibus Decii Imperatoris, quum saevissima persequutio contra Christi famulos indicta ubique fere terrarum desaeviret &c.* In Tomo superiore pag. 296. §. LIV.

LVI. pag. 93. b. VIII. Kal. Novembris. Natale sancti Miniatis Martyris. Inc. *In illo tempore imperante impiissimo Decio Imperatore, qui imperavit Romanae Reipublicae anno uno &c.* Ibid. pag. 262. §. LIV.

LVII. pag. 95. v. Kal. Novembris. Natale sanctorum Apostolorum Simonis, & Iudae. Inc. *Simon Chananaeus & Iudas Zelotes Apostoli D. N. I. C. &c.* Ibid. §. LV.

LVIII. pag. 98. Kalendis Novembris. Natale sancti Caesarii Martyris. Inc. *Tempore quo Claudius matrem suam necavit &c.* Ibid. §. LVII.

LIX. pag. 99. b. II. Nonas Novembris. Natale sanctorum Vitalis, & Agricolae. Inc. *Ambrosius servus Christi Iesu, vocatus Episcopus &c.* Ibid. §. LVIII.

LX. pag. 100. b. VI. Idus Novembris. Natale sanctorum quatuor Coronatorum. Inc. *Tempore illo Diocletianus Augustus perrexit Pannoniis* (sic) *ad metalla diversa &c.* Ibid. pag. 263. §. LX.

LXI. pag. 103. v. Idus Novembris. Natale sancti Theodori Martyris. Inc. *Temporibus suis Maximianus & Maximinus Imperatores &c.* Ibid. §. LXII.

LXII. pag. 104. b. III. Idus Novembris. Vita sancti Martini Episcopi, cum Prologo, cuius initium: *Plerique mortales studio & gloriae saeculari inaniter dediti &c.* Vita inc. *Igitur Martinus Sabariae Pannoniarum oppido fuit oriundus &c.* Ibid. §. LXIII. ubi notandum subsequi in hoc etiam Codice ea omnia excerpta, quae in dicto paragrapho singillatim recensuimus.

LXIII. pag. 111. b. Idibus Novembris. Natale sancti Britii Episcopi, & Confessoris. Inc. *Igitur post excessum beati Martini Turonicae civitatis Episcopi &c.* Ibid. pag. 264. §. LXIV.

LXIV. pag. 112. b. XIV. Kal. Decembris. Vita beati Fridiani Episcopi, & Confessoris. Inc. *Sanctus igitur & beatissimus Fridianus Dei sapientia repletus &c.* Ibid. p. 265. §. LXV.

LXV. pag. ead. X. Kal. Decembris. Natale sanctae Caeciliae Virginis. Inc. *Humanas laudes, & mortalium infulas videmus &c.* Ibid. §. LXVI. ubi Prologus a Passione seiungitur, qui in hoc cum ipsa coniunctus est.

LXVI. pag. 118. IX. Kal. Decembris. Passio sancti Clementis. Inc. *Tertius Romanae Ecclesiae praefuit Episcopus Clemens &c.* Ibid. §. LXVII. Tum subiicitur narratio *De puero per totum annum sub aqua vivo conservato &c.* ut ibid. §. LXVIII. sub titulo: *Item de miraculis sancti Clementis.*

LXVII. pag. 120. b. VIII. Kal. Decembris. Passio sancti Chrysogoni Martyris, cum Prologo, cuius initium: *Omnia, quae a sanctis gesta sunt &c.* Finis: *incipiat te timere.* Vita inc. *Praetextati illustris viri filiam Anastasiam legimus &c.* Des. *deposita est autem, posteaquam Basilica fabricata est in domo Apolloniae, septimo Idus Septembris in eadem Basilica, in qua operatur beneficia sua Dominus ad laudem nominis sui usque in finem saeculi. Amen.* Ibid. §. LXIX. ubi finis diversus, quia in hoc Codice cum Vita sancti Chrysogoni coniunguntur etiam Vitae sanctarum Cyoniae, Irenes, Agapes, & Anastasiae, quae habentur ibidem p. 373. §. CV. & pag. 311. §. IX.

LXVIII. pag. 126. VII. Kal. Decembris. Vita sancti Prosperi. Inc. *Cunctis liquet*

Digitized by Google

fidelibus, dilectissimi fratres &c. Ibid. pag. 265. §. LXX.

LXIX. pag. 128. b. Vita beati Gaudentii. Inc. *Beatus igitur Gaudentius Yporediensis urbis &c.* Ibid. pag. 266. §. LXXI.

LXX. pag. 131. v. Kal. Decembris. Passio sancti Iacobi Martyris. Inc. *Temporibus Hisdegerni Principis Persarum &c.* Ibid. §. LXXII.

LXXI. pag. 133. b. II. Nonas Maii. Translatio sancti Corporis Stephani. Inc. *Quamvis sanctorum mors in conspectu hominum vilissima videatur, dignum & congruum est, fratres, ut cum eis nostra gaudia conferamus &c.* Des. *tam adversus hostes visibiles, quam invisibiles; quod adnuat nobis Christus promereri, ad suam laudem, & eorum, qui cum Patre &c.* Exstat etiam in Codice III. Plutei XX. Biblioth. Laurent. Catalogi Latinor. Codic. Tom. I. pag. 609. §. LVII.

LXXII. pag. 135. Fragmentum cuiusdam Sermonis in honorem sancti Andreae Apostoli, principio carens propter defectum Codicis inter pag. 134. & 135. cuius prima verba sunt.... *intra memetipsum tamen invenio, quod in ara tuae laudis impono &c.* Finis vero ita habet: *ut profectus sui passibus vegetata, dum ab alienorum appetitu compescitur, quandoque ad propria contemnenda perducatur.*

LXXIII pag. ead. Vita sancti Leonardi Confessoris, cui praemittuntur hi tres versiculi rubrica conscripti:

Emptus est hic a me, qui nomine nominor Adae,
Ad laudem Christi mediatoris crucifixi,
Et pariter sancti Confessoris Leonardi.

Inter hos autem versiculos, & initium Vitae, depicta est imago Salvatoris sedentis, ac benedicentis, cui adstant hinc, & inde duae imagines Sanctorum. Vita inc. *Beatissimus igitur Leonardus temporibus Anastasii Imperatoris, in provincia Galliarum claris parentibus exstitit natus &c.* Desinit imperfecte in verbis: *cur ergo me in tenebris absque noxa detruditis? A sancto Leonardo revertor, pro eius amore .....* mutilus est enim Codex inter pag. 138. & 139. Imperfecta pariter occurrit in Tomo superiore pag. 299. §. LXIV.

LXXIV. pag. 139. Sermo quidam de octo Beatitudinibus, initio mutilus ob dictum defectum. Incipit autem a verbis.... *terror, in ista suavitas, & blandimentum; in illa dicitur: siquis tetigerit montem, homo, aut bestia, lapidibus obruetur &c.* Des. *& Paullus ait: noli vinci a malo, sed vince in bono malum; ille enim vincit in bono malum, qui vicem non reddit.*

LXXV. pag. 141. In vigilia sancti Andreae Apostoli. Homilia beati Augustini Episcopi in Evangelium Ioannis: *Stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo &c.* Inc. *Quod dierum* (1) *audivimus a Domino Iesu Christo Nathanaëli.* Des. *quod autem ad vos pertinet, pauperes cogitate. Convertimini ad Dominum.* Inter Sermones sub n.° CXXII. Oper. Tom. V. alibi cit. edition. Venetae anni MDCCXXXI. fol. pag. 597.

LXXVI. pag. 142. In Natale sancti Andreae Apostoli. Fragmentum Homiliae beati Gregorii Papae in Evangelium Matthaei: *Ambulans Iesus iuxta mare Galilaeae &c.* Inc. *Audistis, fratres charissimi, quia ad unius iussionis vocem &c.* Desinit in verbis: *& si exterius munera offerenda non habeo...,* mutilato Codice inter pag. 142. & 143. Integram habes in Tomo superiore pag. 406. §. CXXXVIII.

LXXVII. pag. 143. Sermo in festivitate Omnium Sanctorum. Inc. *Hodie, dilectissimi, omnium Sanctorum sub una solemnitate laetitiae &c.* Ibid. pag. 337. §. CCXIX.

LXXVIII. pag. 144. Passio sanctae Barbarae Virginis, & Martyris. Inc. *Temporibus Imperatoris Maximiani erat quidam Satrapus nomine Dioscorus &c.* Ibid. pag. 267. §. II.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. max. Saec. XI. charactere grandiori, binis columnis exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus Vitarum litteris pictis, & coloratis, in quibus quandoque animalia videntur expressa, quandoque imagines illorum Sanctorum, quorum gesta enarrantur, aliquibus in locis mutilus, & in tribus postremis foliis ab alia manu conscriptus. Constat foliis scriptis 145.

VITAE QVORVMDAM SANCTORVM.

I. pag. 1. Vita sancti Fridiani. Inc. *Summae Trinitati, Patri, Filioque, Spiritui Sancto omnis creatura laudes debitas reddat.* Des. *unde omnipotenti Deo gratias & laudes referimus, qui talia per famulum suum beatum Fridianum Episcopum operari dignatus est.* Exstat in Codice II. Plut. XX. Biblioth. Laurent. Catal. Latinor. Codic. Tom. I. pag. 602. §. CX. ubi in fine est aliquantum diversa. *Cod. III.*

II. pag. 8. Vita beati Gaudentii. Inc. *Quia beati Gaudentii Confessoris Christi veteribus litteris exarata non reperitur historia, brevissimum quid, quod ex fratrum relatione didicimus, fidelibus Christi fideliter intimamus.* Des. *qui factus est & pretium, quum redemit, Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Deo Patre &c.* Diversa est haec narratio ab aliis hactenus recensitis.

III. pag. 13. b. Natale sancti Reguli Martyris, cum Prologo, cuius initium: *Compulit me beatorum martyrum copiosa dilectio, ex litterarum apicibus Reguli martyris, huius mundi spatiosa gaudia contemnentis, radiis*

(1) Ita est in Codice, sed forte legendum est *dictum*.

Digitized by Google

diis meritorum facta splendentia meo stylo prosequerer. Finis: *qui non praesumptione, sed obedientia hoc iter carpere conati sumus*. Vita inc. *Beatissimus ergo Regulus, sicut viri eruditissimi tradiderunt &c.* Des. *ad sepulcrum eiusdem Martyris orationem Domino offerret, eumdemque Sanctum in auxilium sibi invocaret*. Habetur etiam in Tomo superiore pag. 294. §. XXXIX. sed sine Prologo, & in fine diversa.

IV. pag. 17. Vita sancti Verani Presbyteri, & Martyris. Inc. *In diebus Neronis Imperatoris seditio inter Simonem magum, & Petrum Apostolum orta est. Tunc eo tempore quidam puer nobili genere erat Romae, nomine Veranus. Quendam iuvenem pulcherrimum adspiciens, coronam auream deferentem &c.* Des. *passus est autem beatus Veranus in civitate Turonorum sub Nerone Imperatore septimo Kalendas Novembris, regnante Domino nostro &c.* Tum subiicitur Oratio pro dicto martyre Verano; ac deinde sequens notitia: *Est Ecclesiae sancti Verani Kinsiche de Pisis, cuius Rector Nicholaus Berghus Canonicus Pisanus die* XXVII. *Februarii* MCCCCCLXVII. *stylo Pisano*.

V. 21. Fragmentum Vitae sancti Calixti Papae, & Martyris, incipiens a verbis.... *in caecitate militum, & in responso virginum, quia Deus Christus est &c.* Integra habetur supra pag. 276. §. L.

VI. pag. 22. b. XV. Kal. Novembris. Natale sancti Lucae Evangelistae, cum brevi Prologo, ut supra pag. 277. §. LII.

VII. pag. 25. b. VIII. Kal. Novembris. Passio sancti Miniatis Martyris in fine mutila ob defectum Codicis inter pag. 27. & 28. Desinit autem in verbis: *si genus quaeris, Hebraei sumus; si conditionem, servi sumus Iesu Christi*.... Integra habetur ibid. §. LVI.

VIII. pag. 28. Fragmentum Passionis sancti Stephani Papae ob praedictum defectum initio carens, & incipiens a verbis.... *& adoratis Deos, quos cognovimus gubernare rem publicam nostramque salutem &c.* Integra est supra pag. 274. §. XIX.

IX. pag. 30. III. Nonas Augusti. Inventio Corporis sancti Stephani Protomartyris. Inc. *Lucianus misericordia indigens, & omnium hominum minimus*. In Tomo superiore pag. 256. §. XX.

X. pag. 31. b. III. Idus Augusti. Passio sancti Sixti. Inc. *Magnas martyrum, praeclarasque virtutes &c.* Ibid. §. XXI.

XI. pag. 33. VII. Idus Augusti. Passio sancti Donati. Inc. *Erat quidam puer in civitate Romana, nomine Donatus &c.* Des. *& sepulta sunt iuxta civitatem Aretium in pace, regnante D. N. I. C. cui est honor &c.* Ibid. §. XXII. & XXIII. Quae enim heic unica Passio est, ibi in duas dividitur.

XII. pag. 35. III. Idus Augusti. Passio sancti Laurentii Martyris. Est autem tantummodo fragmentum unius circiter paginae spatio comprehensum, propter defectum inter pag. 35. & 36. Desinit autem in verbis: *tunc mandavit Valerianus ad Hippolytum, adduci ad palatium Laurentium. Dixit autem*.... Integram habes ibidem pag. 257. §. XXIV.

XIII. pag. 36. Fragmentum Passionis sanctorum Martyrum Chrysanthi & Dariae, propter dictum defectum incipiens a verbis..... *corii viriditas in solis nimio ardore, in eadem, qua de vitulo ablata fuerat, novitate permansit &c.* Integra occurrit ibidem pag. 261. §. LIII.

XIV. pag. 37. b. III. Nonas Decembris. Vita sancti Petri Chrysologi Ravennatis Archiepiscopi. Inc. *Petrus vigesimus sextus, pulcher adspectu, delectabilis forma: ante eum nullus in Pontificibus sapientia similis illi, & post eum non surrexit. Multorum Librorum volumina conditor* (sic) *& velut irriguus fons ita in eum divina sapientia cotidie emanabat, unde pro suis eloquiis Grisologum vocavi, idest aureus sermocinator &c.* Des. *& ibidem sanctum corpus receptum est, & permanet usque in hunc diem*. Non memoratur haec Vita in Prolegomenis ad huius S. Doctoris Opera curante Dominico Mita Venetiis apud Augustin. Savioli MDCCXLII. fol.

XV. pag. 40. b. III. Idus Iunii. Passio sancti Barnabae Apostoli, cum brevi Prologo, cuius initium: *Barnabas hebraice, latine interpretatur filius prophetae &c.* Passio inc. *Ioannes igitur, qui & Marcus, famulus Domini Iesu Christi, discipulus vero sanctorum Apostolorum Paulli & Barnabae &c.* Des. *mirifice collocatum est ad honorem & gloriam D. N. I. C. cui est honor &c.* Ibid. pag. 277. §. LXIX. ubi tamen initium Passionis diversum est.

XVI. pag. 42. b. Idibus Augusti. Passio sancti Cassiani Martyris. Inc. *Prudentius, sicut notum est, fidei vir &c.* Ibid. pag. 257. §. XXVI.

XVII. pag. 43. b. Passio sanctorum Martyrum Felicis, & Adaucti. Inc. *Romae via Ostiensi, miliario secundo ab urbe, beatissimorum Felicis, & Adaucti sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Praefecto & Iudice Dracco. Fuerunt autem duo fratres nomine & opere Felices &c.* Des. *compleverunt autem martyrium suum* III. *Kal. Septembris*. Diversa est ab ea, quae recensetur ibidem pag. 294. §. XXXVIII.

XVIII. pag. 44. Breve fragmentum continens finem cuiusdam Opusculi, quod ita clauditur: *Explicit secunda pars Itinerarii*.

XIX. pag. ead Quidam Sermo tripartitus, compositus per Reverendum Patrem Fratrem Maximinum de Salerno (1) Ordinis Praedicatorum ob reverentiam beatae Kateri-

(1) Iacobus Quetif, & Echard inter Scriptores Ordinis Praedic. Tom. I. pag. 750. recensent hunc Maximum de Salerno, qui florebat anno MCCCCVI. eumque Vitam B. Catharinae Senensis in tres Libros divisam scripsisse tradunt.

Digitized by Google

terinae de Senis Ordinis de Poenitentia beati Dominici, in quo Sermone sub brevi compendio continetur totus Processus tripartitae Legendae dictae Virginis, compositae per bonae olim memoriae Magistrum Raymundum de Capua Generalem Ordinis Praedicatorum. Inc. *Quoniam moderni temporis Sanctorum laudatores aliquid ex divinis Scripturis consueverunt assumere, super quo dicendorum faciunt fundamentum; hinc est quod tali me consuetudini conformans, pro laudanda nostra admirabili Virgine beata Katerina de Senis, in cuius annuali, etsi nondum universali & solemni per Ecclesiam festivitate, sed pro aliquali celebritate pariter congregamur &c.* Des. *quatenus intervenientibus meritis eiusdem, & precibus, & in praesenti gratiam, & in futuro gloriam reportare valeamus, sponso suo Iesu Christo praestante &c.* Hunc Sermonem habitum anno MCCCCXVII. veluti in Biblioth. Strozziana adservatum memorat Hieronymus Gilius Tomo I. Oper. eiusdem S. Virginis Senis apud Benettum anno MDCCVII. 4. pag. XXV.

XX. pag. 47. Sermo in commemoratione admirabilis, & novellae Virginis beatae Katerinae de Senis. Inc. *Hodie, dilectissimi, huius almae, & admirabilis virginis Katerinae de Senis, quam dulcis omnibus piis mentibus, sed praesertim filiis, si qui adhuc superessent, materna debet esse memoria &c.* Des. *ut eiusdem in caelis cum Sanctis ceteris mereamur adipisci consortia, eodem praestante, qui cum Sanctis omnibus vivit &c.*

XXI. pag. 48. Fragmentum cuiusdam Sermonis (forte sancti Bernardi Abbatis) in laudem beatissimae Virginis Mariae incipiens a verbis.... *adsurgere maioribus natu, aequalibus non invidere, fugere iactantiam &c.* Des. *ergo sancta Maria disciplinam vitae informet.*

XXII. pag. 49. Elegia in festivitate sancti Laurentii, quae sequens est:

Promere quis valeat, Laurenti, mira trophaea,
Martyr magne? tua promere quis valeat?
Nomine serta geris, queis fulgens laurea caelis,
Signa, tuis meritis nomine serta geris.
Munera pauperibus thesauros Papa beatus
Dat tibi; das penitus munera pauperibus.
Carcere clausus eras, Lucillus luce carebat,
Duplice luce beas, carcere clausus eras.
Impius Hippolytus custos, te flumine tinctus,
Pollet in axe pius, impius Hippolytus.
Aurea dum peteret, dum Rex ditescere vellet,
Ludis agens inopes, aurea dum peteret.
Testis & ipse Dei Romanus gliscit haberi,
Te quoque posse sequi, testis & ipse Dei.
Milite Caesareo pro Christo, vertice caeso,
Quam bene vincis eo milite Caesareo.
Fervidus igne Dei, non sentis ignea saevi,
Impia nulla rei, fervidus igne Dei.
Caelica vox resonat, te post incendia solans,
Scandere celsa rogat, caelica vox resonat.
Dulcis amice meis, accedens iungere felix
Angelicis cuneis, dulcis amice meis.
Quo prece, Sancte, tua nos omnes poscimus una
Scandere posse iuva, quo prece, Sancte, tua.

XXIII. pag. ead. Alia Elegia in festivitate sanctae Mariae. Inc.

Sume, Dei Genitrix, votivae carmina laudis,
Cantica grata tibi, sume, Dei Genitrix.

Des.

Parcat ut his miseris, qui pangunt cantica laudis,
Laudibus ipse tuis parcat ut his miseris.

Tandem in fine adiiciuntur sequentes versiculi, manu saeculi XIII.

Corpus in hac sacrum Quintini martyris ara
Relliquiis Primi, Concordis, Feliciani,
Pontificis Stephani, Viti, Petrique beati,
Pancrative tuis, Epiphani, sancte Tyburti,
Ratnerii manibus Antistitis est Fesulani, (1)
Praesulis, ac almis ex urbe nitente Iohannis,
Luce Calendarum Sextilis, mille ducentis
Sex annis lapsis post nati Virginis ortum.
Huc ades, hic ora, gens tundens pectora tota,
Et tua deplora, donaria dave decora.

Subsequitur fragmentum Homiliae in laudem sanctae Margaritae, quo expleto, ab eadem manu, quae mox relatos versiculos descripsit, adnotatae sunt: *Pensiones, quas habere debemus* (2). *Bonensegna da Biville d.* XII. *Li Schifardi d.* VI. *Casa Baroncini dal Castello co' Consorti d.* VIII. = *Casa Pilozzi d.* XX. *La Casa Orlandinuzzi d.* IIII. *Casa dei Toressi d.* II. *e mezzo. Martino da Cellole d.* XII. *Ponzetto una gallina, & uno pane = Casa Baroncelli d.* II. = *Vgolino da Collina d.* IIII. *& un paio di polli da state, et un paio di capponi a Natale. Gianni de la Riccia d.* V. = *L'Abate dela Fonte da Vaglia d.* XII. = *Casa Vbaldini Malferrai d.* V. = *Casa Mazzapane d.* IIII. = *Casa Brunellini da Fortuni d.* VII. *et un cappone, et un paio di galline con suoi Consorti = Casa Tedaldini d.* VII. *et un paio di galline, et un pulcino di state; L'altranno, una gallina, et un paio di polcini, et d.* VII. *et opere* XV. *Casa Signorelli da Torrevecchia d.* III. *et una gallina d'in terzo, in terzo anno, et opere* III. *Casabul... un panindesco, una torta, et* III. *pani. Guido da la Strada d.* V. *Borghetto d.* XII. *et uno staio di vino. Bellincione da Castelvecchio co' suoi Consorti d.* XII. *Pandolfo da Carza d.* X. = *Gianni da Castelvecchio un paio di capponi. Casa Radolfoli da Carza d.* VIIII. *et una gallina = Per la Casa Gherardini da Beriani Gastone d.* VIII. = *Guido Guiducciolini d.* XII. *et un mazzo di cavoli con suo Consorti. Filliucolo Francie coi Consorti un paio di galline per Casa Alberighi = Lo Spedale da Tagliaferro un cappone, e uno staio di vino in quarto anno,*

(1) Raynerius erat Episcopus Fesulanus an. MCXCIII. iuxta Vghellium Ital. Sacr. cit. edit. Venetae anno MDCCXVII. fol. pag. 248.

(2) Idest nos Monachi fortasse cuiusdam Monasterii. ad quod Codex pertinuit.

Digitized by Google

no, et uno danaio. L'Abate di santa Riparata d. IIII. per la Casa di santo Andrea a Vezzano = Spugnolico da Casa Vitali die dare IIII. paia di buoni kapponi per Natale.

Codex membranaceus MS. in folio Saec. XI. praeter ea, quae ad sanctam Catharinam de Senis pertinent, quae recentiori manu sunt exarata, binis columnis conscriptus, & ex fragmentis variorum Codicum compactus, & in principio, & in fine valde maculatus. Constat fol. scriptis 50.

VITAE SANCTORVM.

Cod. IV. COdex est initio mutilus, & ut ex antiqua numeratione eruitur, desunt priora folia trigintaduo; ex quo fit, ut prima Vita principio careat. Earum vero series ita habet:

I. pag. 1. Vita sancti Ioannis Chrysostomi ob praedictum defectum acephala. Incipit a verbis ..... *possidebitis in caelis: elegit totis viribus suis placere Domino, muniensque se victricibus semper exsistentibus armis Spiritus Sancti &c.* Des. *requiescit vero sanctum corpus beatiss. Patris nostri Chrysostomi Ioannis in Ecclesia duodecim Apostolorum Domini, qui cum Patre &c.*

II. pag. 5. b. De electione beatissimi Severi, ac eius laudabilibus gestis. Kal. Februarii. Inc. *De electione sancti viri beatissimi Severi Pontificis, sicut superius nominatum est &c.* Des. *& ut vos cum desiderio magis, quam fastidio legatis; qui est benedictus in saecula &c.*

III. pag. 6. De sancto Pancratio. IV. Idus Maii. Inc. *Temporibus illis immanis persequutio fuit Christianis, ut thurificarent &c.* In Tomo superiore pag. 276. §. LXI.

IV. pag. ead. Pridie Kal. Iunii. De sancta Petronilla. Inc. *Petronillam itaque bene nostis &c.* Ibid. pag. 277. §. LXIII.

V. pag. 7. XVII. Kal. Iulii. De sancto Vito, Modesto, & Crescentia. Inc. *In Provincia Lycia temporibus Diocletiani & Antonini Imperatorum multas virtutes operabatur in infantia sua beatissimus Vitus &c.* Des. *passi sunt autem beatissimi martyres Vitus, Modestus, & Crescentia septimodecimo Kal. Iulii sub Diocletiano & Antonino Imperatoribus, in nobis vero regnante D. N. I. C. cui est honor &c.* Differt haec Vita aliquantum ab illa, quae recensetur ibid. pag. 278. §. LXX. in nostro autem Codice abscissum est unum folium inter pag. 7. & 8.

VI. pag. 8. De sanctis Gervasio, & Protasio Martyribus. Inc. *Ambrosius servus Christi &c.* Ibid. pag. 333. §. CLXXXVII.

VII. pag. ead. b. De sancta Aurea Virgine. Inc. *Tempore quo nequissimus Claudius Romanae urbis sumpsit imperium, tale a Diabolo repletus est ira circa Christianos, ut penitus Christi nomen nec audire potuisset.* Des. *& ibi die, noctuque ieiuniis, & orationibus epulabatur.* Legitur in Actis SS. die XXIV. Aug. Tom. IV. a pag. 757. ad 758. §. V.

VIII. pag. 9. De sancto Secundo Martyre. VII. Kal. Augusti. Inc. *Sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus fuit vir quidam spectabilis, nomine Secundus, in provincia Thebaide, iuvenis quidem corpore, sed mente & animo senex.* Des. *passus est autem beatissimus martyr Christi Secundus sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, regnante Domino nostro &c.*

IX. pag. ead. b. De S. Martina, cuius fit commemoratio die prima Ianuarii. Inc. *Regnante primo omnium in abitu* (corr. *ambitu*) *totius orbis Domino, & Salvatore nostro I. C. militante autem adversario Diabolo adversus servos Domini nostri Iesu Christi sub regno Alexandri Caesaris &c.* Des. *completum est autem martyrium sanctae Martinae mense Ianuario die prima. Habeamus autem amorem, ac fidem in eius sanctam passionem, fratres, ut & mereamur cum omnibus Sanctis consortes fieri, & gratiam invenire apud Dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor &c.* In Actis SS. Tom. I. Ian. pag. 11.

X. pag. 14. Idibus Ianuarii. De sancto Iuliano Martyre. Inc. *Beatus Iulianus nobilis familiae illustris in saeculo erat, quem parentes unicum pignus viscerum suorum dulcem susceperant sobolem &c.* Des. *passi sunt autem Idibus Ianuarii, regnante Domino nostro &c.* In Actis SS. ibidem pag. 575. ubi adest Prologus, qui in hoc Codice desideratur, & in fine discrepat.

XI. pag. 20. XIX. Kal. Februarii. De sancto Felice iuniori Confessore. Inc. *Factum est autem, ut post completionem beatissimi Felicis Presbyteri &c.* In Tom. superiore pag. 270. §. XXIV.

XII. pag. ead. b. De sancto Anastasio. Die XXII. Ianuarii. Praecedit Prologus, cuius initium: *Vnigenitus Filius, & Verbum Dei, per quem omnia facta sunt &c.* Finis: *& sic incipiam enarrare.* Passio inc. *Erat quidam de Persida, Razehe vocabulo, nomen autem ei Magundat, filius autem erat magi quondam Bau nomine, qui etiam & doctor exstiterat magicae disciplinae &c.* Des. *finivit vero certamen in Christi confessione sanctus martyr Anastasius, sicut iam supra praemisimus, XXII. die Ianuarii, Indict. I. anno XVII. imperii Heraclii, & XV. Constantini, regnante Domino nostro &c.* In Actis SS. Tom. II. Ianuar. a pag. 426. ad 431. ubi finis diversus.

XIII. pag. 23. b. De sancta Christina Virgine. IX. Kal. Augusti. Inc. *Christina magnis parentibus orta in Tyro Italiae, a patre suo in quadam turri cum XII. pedissequis collocata est &c.* Des. *& illa percussa spiritum Deo reddidit IX. Kal. Augusti.* Diversa est ab illa, quam recensuimus in cit. Tom. pag. 276. §. LX. & ab ea, quam adferunt Bollandistae in Actis SS. Tom. V. Iulii pag. 524.

XIV. pag. ead. V. Idus Martii. Sanctorum XL. Martyrum. Inc. *Qui in Sebastia civitate martyrio coronati sunt, nomina sunt haec:*

Digitized by Google

haec: *Domitiani, Eunoici &c.* Des. *sub Licinio Imperatore consummati sunt sancti quadraginta martyres, & Praeside Agricolao, & Duce Lysia sub die quinto Iduum Martiarum, in gloriam, & in laudem Dei. Amen.* Ibid. pag. 274. §. XLVII. ubi seiungitur a Passione Prologus, qui in nostro Codice cum ipsa coniunctus est,

XV. pag. 25. De sancto Georgio Martyre. IX. Kal. Madii. Inc. *Georgius dicitur a geos, quod est terra, & orge, quod est colere, quasi colens terram, idest carnem suam &c.* Des. *donec ibidem reliquiarum particulam dimiserunt,*

XVI. pag. 26. b. De sanctis Innocentibus. V. Kal. Ianuarii. Inc. *Innocentes dicti sunt triplici ratione, scilicet ratione vitae, ratione poenae, & ratione innocentiae assequutae &c.* Des. *& quia Solome soror omnes victos, prout cum fratre ordinaverat, interfecit.*

XVII. pag. 27. Ignatii Episcopi, & Martyris. Die prima Februarii. Inc. *Ignatius, quasi ignem patius, idest patiens ignem divini amoris &c.* Des. *egregius plane titulus dignitatis, & commendatio honoris immensi.* In hac Vita inseritur Epistola apocrypha, quam fertur scripsisse martyr Ignatius ad beatam Virginem, quae ita inscribitur, & inc. *Christiferae Mariae suus Ignatius. Me neophytum Ioannis, sed tui discipulum confortare & consolari debueras &c.*

XVIII. pag. 28. De sancto Forseq Episcopo, & Confessore. Inc. *Forseus Episcopus, cuius historiam Bedam scripsisse creditur, dum omni virtute, & bonitate polleret, ad extremum veniens, spiritum emisit, viditque duos Angelos ad se venientes, & eius animam deferentes &c.* Des. *& in bonis operibus laudabiliter vitam finivit.*

XIX. pag. ead. b. De pessimo Magumettho. Inc. *Clericus quidam valde famosus quum in Romana Curia honorem, quem cupiebat adsequi non potuisset, indignatus ad partes ultramarinas confugit, & sua insinuatione innumerabiles ad se attraxit &c.* Des. *sed iam nunc ad Longobardorum historiam prosequendam stylus se vertat.* Diversa est omnino haec narratio de Mahammete ab ea, quae legitur apud Paullum Diaconum in Hist. Misc. Lib. XVIII. editionis Muratorianae p. 131.

XX. pag. 29. Historia Longobardorum. Inc. *Longobardi igitur Romano Imperio plurimum molesti erant, licet fidem Christi recepissent &c.* Des. *denique Gregorio in multis tribulationibus presso & defuncto, Innocentius IV.* (1) *successit, qui Concilium apud Lugdunum convocans, ipsum Imperatorem deposuit, quo deposito, & defuncto, sedes Imperii usque hodie vacat.*

XXI. pag. 31. b. De sancto Marco Evangelista. VII. Kal. Maii. Inc. *Marcus interpretatus sublimis mandato, certus, declinatus, & amarus; sublimis mandato, ratione perfectionis in vita, quia non solum servavit mandata communia, sed etiam sublimia &c.* Des. *& ipsum Venetiam transtulerunt, ubi Ecclesia in honorem sancti Marci mirae pulcritudinis fabricata est.*

XXII. pag. 32. De sancto Leone Papa, & Confessore. IV. Kal. Iulii. Inc. *Leo Papa, ut in miraculis beatae Virginis legitur, in Ecclesia sanctae Mariae Maioris, in die Resurrectionis Dominicae Missam celebrabat &c.* Des. *solummodo de manuum impositione debes inquiri, idest ..... aliter alicui manus imposueris, exigeris.*

XXIII. pag. ead. b. De sancto Lupo Confessore. Inc. *Lupus apud Aurelianum ex genere regali ortus, dum cunctis virtutibus enitteret, Senonensis Archiepiscopus est electus &c.* Des. *tandem multis clarus virtutibus in pace quievit.*

XXIV. pag. 33. De sancto Mamurtino Confessore. Inc. *Mamurtinus prius Paganus, quum quadam vice idola coleret, unum oculum perdidit, & unius manus ariditatem incurrit.* Des. *ubi in Ecclesia sancti Germani honorifice est sepultus.*

XXV. pag. ead. De sancto Lamberto Martyre. Inc. *Lambertus nobilis genere, sed nobilior sanctitate vitae, a primaevo aetatis suae litteris eruditus &c.* Des. *& cum multa civitatis maestitia sepulturae dederunt.*

XXVI. pag. ead. b. De sancto Leodegario Episcopo, & Martyre. VI. Nonas Octobris. Inc. *Leodegarius, dum omni virtute polleret, Eduenensi Ecclesiae meruit in Pontificem promoveri &c.* Des. *passus est autem circa annum Domini* DCLXXX.

XXVII. pag. 39. De sancto Ioanne Abbate Confessore. Inc. *Ioannes Abbas, quum per annos* XL. *in eremo habitasset &c.* Des. *nec aliquid docui, quam quod primus ego ipse non fecerim. Haec in vita Patrum.*

XXVIII. pag. ead. VII. Kal. Ianuarii, De sancto Stephano Protomartyre. Inc. *Stephanus graece, latine dicitur corona, sed hebraice norma; fuit enim corona, idest primus martyrum in novo Testamento &c.* Des. *primum fuit in beato Stephano, secundum fuit in beato Ioanne, tertium in Innocentibus.*

XXIX. pag. 35. b. De sancto Patricio Confessore. XVI. Kal. Aprilis. Inc. *Patricius, dum Scottum Regi de Christi Passione praedicaret stans ante eum, & apodians se super ferulam, quam manu tenebat &c.* Des. *& omnibus, quae sibi contigerant narrans, post* XXX. *dies in Domino feliciter requievit.*

XXX. pag. 36. De sancta Theodora. Inc. *Theodora nobilis mulier, & speciosa apud Alexandriam tempore Zenonis Imperatoris virum habebat divitem, & Deum timentem &c.* Des. *puer autem Theodorae, nutricem sequens, omni morum honestate pollebat; ita quod mortuo*

(1) Sinibaldus antea vocatus, natione Ligur, patria Genuensis, patre Obizzone, ex nobili familia Flisca ortus, Pontifex renunciatus est Anagnae VIII. Kal. Iulii an. MCCXLIII.

Digitized by Google

tuo Abbate Monasterii, ipse in Abbatem unanimiter est electus.

XXXI. pag. ead. b. IX. Kal. Februarii. De sancto Saviniano Martyre, & Savina. Inc. *Savinianus, & Saviniana fuerunt filii Savini nobilissimi viri, sed pagani, qui prima uxore Savinianum genuit &c.* Des. *praedictus autem vir praeconem per civitatem misit, ut omnes ad sepeliendum mulierem peregrinam venirent, qui venientes, eam honorifice sepelierunt.*

XXXII. pag. 37. b. De sancto Pelagio Papa, & Confessore, & quibusdam actis Longobardorum. Inc. *Pelagius Papa multae sanctitatis fuit, & in Pontificatu laudabiliter se gerens, tandem plenus bonis operibus in pace quievit.* Des. *& Saracenos hoc modo decepit, sicut legitur in quadam historia ipsius, & in quadam chronica.*

XXXIII. pag. 38. De sancta Flora Virgine, & Martyre. IV. Kal. Augusti. Inc. *Flora virgo sanctimonialis, civis urbis Romae, capta est una cum beatissima virgine Lucilla a ferocissimo barbaro Rege Eugegio nomine &c.* Des. *& passae sunt istae gloriosae virgines, & martyres Christi* IV. *Kal. Augusti, regnante Domino nostro &c.* Ex Codice Ecclesiae Cathedralis Arretinae edidit Bollandus in Actis SS. Tom. VII. Iulii pag. 23.

XXXIV. pag. ead. b. XVII. Kal. Augusti. De sancto Eusebio Episcopo, & Martyre. Inc. *Quae Deo auctore in hoc nostro Opere conscripta sunt de beatissimo Eusebio Vercellensi Episcopo, seu & Martyre, ex historiis ac chronicis illustrium virorum, nec non & Opusculis eiusdem sanctissimi viri per diversa loca missis, & relatione sanctorum Patrum cognovimus.* Des. *& idcirco raro inveniuntur eius reliquiae. Celebratur autem eius festivitas Kal. Augusti, regnante Iesu Christo &c.* Tum subiicitur: *Praecepit enim idem beatissimus Eusebius, ut in fine verborum illius haec clausula scribatur: Adiuro te ego Eusebius Episcopus, qui has litteras legeris, per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, ut non supprimas, quae hic scripta sunt, sed aliis ad legendum contradas. Eius precibus, & meritis, nostri auctoris illius gestorum misertus sit omnipotens Deus. Amen.*

XXXV. pag. 43. b. De sanctis Firmo, & Rustico Martyribus. V. Idus Augusti. Inc. *In diebus illis regnante impiissimo Maximiano Imperatore in civitate Mediolanensi facta est persequutio ingens Christianorum, & erat vir quidam nomine Firmus, civis Bergamensis &c.* Des. *quod fieri nullus ambigat usque in hodiernum diem, praestante Domino nostro &c.* In Actis SS. Bollandi Tom. II. Augusti pag. 423. ubi finis diversus.

XXXVI. pag. 45. III. Idus Augusti. De sancto Gavinio, & Susanna eius filia Martyribus. Inc. *Temporibus Diocletiani, & Maximiani Augustorum fuit quidam Presbyter, nomine Gavinius, in urbe Roma, frater ute-*

rinus Gaii, Episcopi urbis Romae, doctus in divinis libris, amator sapientiae & mundanarum litterarum &c. Des. *quia domus ad domum beati Gavinii Presbyteri iungebatur beati Gaii Episcopi, regnante Domino nostro &c.*

XXXVII. pag. 48. De sancto Zenone Martyre. IV. Nonas Septembris. Inc. *Eodem tempore, quo Iulianus Imperator perrexit Nicomediam civitatem, iussit fieri foveam pedibus quingentis &c.* Des. *& sepelivit in Nicomedia intra civitatem, ubi florent eius orationes usque in hodiernum diem, ad laudem, & gloriam Domini nostri &c.*

XXXVIII. pag. 49. b. De sancta Euphemia Virgine, & Martyre. XVI. Kal. Octobris. Inc. *Sub Diocletiano Imperatore, Proconsule autem Prisco, in Europa erat congregatio magna Christianorum in civitate Chalcedonia &c.* Des. *omnes enim, qui pro nomine Domini nostri Iesu Christi sanctae Euphemiae martyrium complemus, glorificemus Deum Patrem, & Dominum nostrum Iesum Christum cum Spiritu Sancto, ut precibus sanctae martyris inveniamur partem habere cum illa in saecula saeculorum. Amen.* Occurrit etiam in Codice H. Plut. XX. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 601. §. LXXXVI. ubi tamen finis diversus est.

XXXIX. pag. 51. b. De sanctis Gorgonio, & Dorotheo Martyribus. V. Idus Martii. Inc. *Magnum summopere studium multaque cura, & diligentia in perquirendis sanctorum martyrum passionibus nobis est habenda &c.* Des. *ubi idem sanctus Gorgonius genti Saxonum, & Ecclesiae Mindonensi patrocinatur, regnante Domino nostro &c.* In Actis SS. Bollandi Tom. III. Sept. pag. 340.

XL. pag. 53. Sergii, & Bacchi Martyrum. Nonis Octobris. Inc. *Imperante Maximiano tyranno multus error hominum genus possederat &c.* Des. *martyrem Christi honorantes persistunt in eodem loco erga praeceptum Domini, cui est honor &c.* Haec Acta discrepant ab iis, quae refert Surius Tom. V. pag. 219.

XLI. pag. 55. b. De sancta Iustina Virgine, & Martyre. Nonis Octobris. Inc. *Quoniam, sicut sanctus Raphaël nos adhortari dignatur, ut opera Dei, non tam in abdito condamus, quam potius pro Dei gloria in aperto pandamus &c.* Des. *cuius memorabile natale colendum sub die Nonarum Octobrium Dominus noster Iesus Christus suae martyri consecravit, cui est honor, & gloria &c.*

XLII. pag. 56. b. De septem Dormientibus. Inc. *Temporibus Decii Imperatoris, quum per universum orbem persequutio Christianorum exagitaretur, atque idolis vanis sacrificia funesta offerrentur &c.* Des. *convocatisque Episcopis celebravit festivitatem sanctorum, & omnis populus glorificavit Imperatorem, & gratias egerunt Domino Iesu Christo, cui est honor &c.* Diversa est haec enarratio ab il-

Digitized by Google

la, quae occurrit in Tom. superiore pag. 277. §. LXVII.

XLIII. pag. 58. De sancto Crispino, & Crispiniano. VIII. Kal. Novembris. Inc. *Quum sub Maximiano, & Diocletiano, qui simul imperii potiti potestate, eadem malitia, Christi ausi sunt expugnare Ecclesiam, persequutio saeva in orbe paene universo perstreperet.* Des. *fideliter vota suscipit supplicum, salutem largitur infirmis, cui est honor &c.* Exstant haec Acta apud Surium Tom. V. pag. 339. sed multum interpolata.

XLIV. pag. 59. De sancto Quintino Martyre. Pridie Kal. Novembris. Inc. *Sanctum atque perfectum, & gloriosum triumphum sancti Quintini referre &c.* Des. *aqua autem fuit tumulus corporis illius annis circiter quinquaginta quinque.* Diversa est ab ea, quam adfert Surius Tom. V. pag. 348.

XLV. pag. 60. b. De sancta Eustochia Martyre. Kalendis Novembris. Inc. *Anno cexcentesimo quinquagesimo septimo ab Vrbe condita Iulianus Imperator iussit, ut omnes qui erant in palatio eius, immolarent Deae Veneri, & ipse constituit festivitatem magnam.* Des. *martyrizzata est autem venerabilis Dei Eustochia virgo sub Iuliano Caesare die Kalendarum Novembrium, regnante Domino nostro &c.*

XLVI. pag. 61. De sancta Fide. Pridie Nonas Octobris (sic). Inc. *Sancta igitur Fides Agennensium civitate oriunda fuit, & ex parentibus nobilibus splendidissima proles procreata.* Des. *ubi non tam sepelisse, quam recondidisse viderentur.*

XLVII. pag. ead. b. De sancto Eustachio. Idibus Novembris. Inc. *In diebus Traiani Imperatoris, Daemonum praevalente fallacia, erat quidam magister militum, nomine Placidus, genere secundum carnem insignis, bonis operibus pollens.* Des. *omnes ergo, qui merentur celebrare memoriam eorum, & invocare eos in praesidio, impetrant quae promissa sunt sanctis per gratiam Domini, & Salvatoris nostri Iesu Christi &c.*

XLVIII. pag. 64. b. Vitalis, & Agricolae. Pridie Nonas Novembris. Inc. *Ambrosius servus Christi Iesu &c.* ut in Cod. II. supra pag. 278. §. LIX.

IL. pag. 65. b. De sancto Menna Martyre. III. Idus Novembris. Inc. *Anno secundo imperii sui Diocletianus, & Maximianus Augusti observanda per provincias universas praecepta destinaverunt &c.* Vt in Tom. superiore pag. 331. §. CLXVIII.

L. pag. 66. b. Petri Alexandrini Martyris. Die XX. Novembris. Inc. *Regnante impio & iniquo Diocletiano in Nicomediensium illustrissima civitate erat multa tempestas, & conturbatio, ac aestus per omnem terrarum orbem.* Des. *& fiduciam magnam habeat apud universorum dominatorem, & Deum Dominum nostrum Iesum Christum &c.*

LI. pag. 69. De sancto Mercurio Martyre. VII. Kal. Decembris. Inc. *Decius ambitionis inflammatus libidine ad pervadendum temere regnum, Philippum Imperatorem, omnium Imperatorum primum Christianum, dolo circumventos, patrem & filium interfecit.* Des. *hanc dumtaxat ultionem sanctorum suorum reddidit, qui dixit, mihi vindictam, & ego retribuam, I. C. D. N. &c.*

LII. pag. 73. De sancto Sabino Episcopo, & Martyre. VII. Idus Decembris. Inc. *Maximianus Augustus iussit, ut in Capitolium urbis Romae omnes convenirent, & conventu facto in Capitolio decimo Kalendarum Maiarum, hoc modo alloquitur Augustus populum, dicens &c.* Des. *martyrizzatus est autem sanctus Sabinus Episcopus sub die VII. Iduum Decembrium, ubi praestantur beneficia sanctorum usque in hodiernum diem.* Diversa est ab illa, quae habetur in Tom. super. pag. 267. §. IV.

LIII. pag. 74. De sancta Eulalia Virgine, & Martyre. IV. Idus Decembris. Inc. *In Barcillona civitate Provinciae Hispaniae sub Datiano Praeside &c.* ut ibid. pag. 288. §. V. ubi erat Prologus, qui heic desideratur, ac praeterea finis in hoc diversus ita habet: *celebratur ergo natale eius in Barcillona civitate sub die IV. Idus Decembris, regnante Domino nostro &c.*

LIV. pag. 75. De sancto Longino. X. Kal. Decembris. Inc. *In diebus Domini nostri Iesu Christi fuit quidam miles centurio, nomine Longinus, qui illo tempore cruci Domini adstans, iussus a Pontio Pilato Praeside, latus Domini lancea aperuit.* Des. *haec acta sunt in Caesarea Cappadociae decima Kalendarum Decembris sub Praeside Octavio, regnante Domino nostro &c.*

LV. pag. 76. De sanctis Theonisto, Vrso, Albano, Tabra, & Tabrata Martyribus. X. Kal. Decembris. Inc. *Regnante Domino nostro Iesu Christo ante omnia saecula super omnes caelos, & super omnem terram, cum Deo Patre, cum Spiritu Sancto, & nunc, & semper, & per cuncta saecula saeculorum; imperante vero, eiusdem Domini nutu, Theodosio Imperatore, tam in orientis, quamque & in occidentis oris &c.* Des. *ad meliora regna migravit cum piissimis Principibus potiturus praemia meritorum, praestante Domino nostro &c.*

LVI. pag. 77. De sancta Febronia Virgine, & Martyre. Die V. Iunii. Inc. *Factum est in diebus Diocletiani Imperatoris Anthimus Ephareus infirmitate corporis deprehensus, vocavit Silenum fratrem suum in secreto &c.* Des. *& omnem traditionem bene tenuit usque in finem. Acta sunt haec ad laudem, & gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui vivit &c.* In Actis SS. Bollandi Tom. V. Iunii pag. 17. seqq. ex diversa tamen interpretatione, quum graece conscripta fuerint a Thomaide magistra eiusdem sanctae virginis, & teste oculata.

LVII. pag. 79. b. De sancto Alexio Confessore. XVI. Kal. Augusti. Inc. *Fuit Romae*

Digitized by Google

mae vir magnus & nobilis Euphimianus nomine &c. ut in Tom. super. pag. 334. §. CXCVI.

LVIII. pag. 81. De sancta Catharina Virgine, & Martyre: VII. Kal. Decembris. Inc. *Fuit in civitate Alexandria quidam Costus nomine, qui ex uxore sua Regina filiam genuit nomine Catharinam &c.* Des. *videtur ergo, ut aliquibus placet, quod vitio scriptoris factum sit, ut pro Maximino Maxentius poneretur. Amen.*

LIX. pag. 83. b. De sanctis Faustino, & Iovita. XV. Kal. Martias. Inc. *Dum crebra sanctorum martyrum acta revolvimus &c.* ut ibid. pag. 302. §. XXV.

LX. pag. 87. b. De sancto Floriano Martyre. IV. Nonas Maias. Inc. *In diebus illis sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, facta est persequutio Christianorum, quando diversis agonibus concertantes Christiani, a tyrannis illata supplicia devota mente Deo suscipiebant.* Des. *acta sunt autem haec apud Nuricum repense in Lauriaco, imperantibus Diocletiano, & Maximiano, agente Aquilino Praeside, regnante vero Domino nostro &c.* Exstat in Actis SS. Tom. I. Maii pag. 462.

LXI. pag. 88. De sancto Victore. Pridie Idus Novembris. Inc. *In diebus illis persequutio erat Christianorum commota ab Imperatore Romano, scilicet Antonino. Erat autem quidam de Cilicia miles, Christianus, timens Deum, nomine Victor.* Des. *martyrizzatus est autem sanctus Victor pridie Idus Novembris, regnante vero Domino nostro &c.*

LXII. pag. 89. De sanctis Felice, & Fortunato. II. Idus Madii. Inc. *Sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, anno duodecimo, exiit edictum eorum, & propositum est per universas civitates a Principibus, & Magistratibus, ut ubi Christiani inventi fuissent, diversis poenis interficerentur.* Des. *martyrizzati sunt autem sancti Dei, Felix, & Fortunatus, sub die quartodecimo mensis Madii, regnante Domino nostro &c.*

LXIII. pag. 90. De sancto Severo Martyre. Kal. Februarii. Inc. *Temporibus Maximiani Imperatoris orta est saeva persequutio adversus Christianos, proposito, ut si quis Christum confiteretur, diversis poenis interficeretur &c.* Des. *passus est autem beatissimus Christi martyr Severus die Kalendarum Februariarum, regnante Domino nostro &c.*

LXIV. pag. ead. b. De sanctis Fabiano, Fausto, Demetria, & Viviana. IV. Nouas Decembris. Inc. *Ortu Iuliani Imperatoris impiissimi persequutoris cruciati sunt in diversis provinciis iussu eius multa millia martyrum &c.* Des. *qui etiam cum Presbyteris, & Diaconibus in eodem loco Domino Iesu Christo sacrificium offerebat, cui est honor &c.*

LXV. pag. 91. b. De sancto Sebastiano Martyre. XIII. Kal. Februarii. Inc. *Sebastianus, vir christianissimus, Mediolanensium partium civis, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus ita charus erat, ut principatum totius cohortis illi traderent.* Des. *fecit Ecclesiam heredem Christi, cui est honor &c.* In Tomo superiore pag. 271. §. XXVIII. sub titulo: *Passio sancti Sebastiani & Fabiani*, ubi initium diversum est.

LXVI. pag. 95. b. De sancta Apollonia Martyre. IV. Idus Februarii. Inc. *Apollonia in urbe Alexandria ex Eusebio Rege, & matre nata, nutrici traditur ad alendum, quae non genere infima, sed moribus nobilis, religione nobilior, Apolloniam aluit &c.* Des. *propter quod in Christo baptizantur multi; passa est autem quarto Idus Februarii.*

LXVII. pag. 96. b. Commemoratio Michaëlis Archangeli. III. Kal. Octobris. Inc. *Memoriam beati Michaëlis Archangeli &c.* ut in Tomo superiore pag. 259. §. XLII.

LXVIII. pag. 97. III. Nonas Augusti. Inventio, & translatio Corporis sancti Stephani Protomartyris. Inc. *Lucianus misericordia indigens &c.* ut in Codice III. supra pag. 281. §. IX.

LXIX. pag. 98. De sancto Dominico Patre Ordinis Praedicatorum. Obiit anno Domini MCCXXI. Nonis Augusti. Praecedit brevis Prologus, cuius initium: *Multifariae multisque modis olim Dominus electos ad aeternum invitans convivium &c.* Finis: *rudi quidem, sed veraci studio perstringere operae pretium est.* Vita inc. *Beatus Dominicus Praedicatorum dux, & pater inclytus, qui appropinquante mundi termino, quasi novum sidus emicuit, ex Hispaniae partibus, villa, quae dicitur Callaroga, Oxomensis dioecesis, oriundus fuit.* Des. *quae in re pensandum, quam immensis in caelo deliciis perfruatur spiritus, cuius tanta suavitate redolet adhuc in pulvere iacens corpus.* Auctor huius Vitae est Constantinus, Episcopus Vrbevetanus, de quo vide Acta SS. Bollandi Tom. I. Aug. pag. 359.

LXX. pag. 104. De sancto Rufino Confessore. VIII. Kal. Septembris. Inc. *Licet omnium sanctorum veneranda gesta reverenter, ac piis animis legantur, & audiantur, ne quisquis possit, sive legendo, sive audiendo gesta sanctorum, piger, aut fide tepidus remanere &c.* Des. *at illa tollens infantem sanum, reversa est cum gaudio in domum suam, ad laudem Domini nostri &c.*

LXXI. pag. ead. b. De sancto Aegidio. Kal. Septembris. Praecedit brevis Prologus, cuius initium: *Sanctiori quidem, ac propensiori cultu reverentiae venerandorum Patrum gesta cauta liberatione prisci fideles decreverunt multimoda prosequutione celebrare &c.* Finis: *ut sese providendo cognoscat.* Vita inc. *Sanctus igitur Aegidius nativitate graecus, a praeclaris parentibus originem duxit &c.* ut in Tom. super. pag. 282. §. CI. ubi tamen deest Prologus.

LXXII. pag. 106. b. De sancto Francisco Confessore, Patre Minorum. IV. Nonas

Digitized by Google

Octobris. Inc. *Vir erat in civitate Assisii Franciscus nomine, cuius memoria in benedictione est, pro eo quod Deus ipsum in benedictionibus dulcedinis benigne praeveniens &c.* Des. *quo nos introducat verus populi ductor, & Salvator Christus Iesus crucifixus per merita servi sui Francisci ad laudem, & gloriam unius Dei, qui vivit &c.* In hac Vita agitur etiam de eius stigmatibus, & miraculis, & concordat cum illa, quae habetur in Codice V. Plut. XXXI. partis sinistrae Biblioth. sanctae Crucis, (Catalogi Latin. Codic. Tom. IV. pag. 265. §. I.) a pagina 1. usque ad paginam 52. b., omisso Prologo.

LXXIII. pag. 132. De sancto Columbano. XI. Kal. Octobris. Inc. *Quum praeclara sanctissimi viri Columbani, qui & Columba, conversatio per omnem Hiberniam celebris haberetur &c.* Des. *requievit ibi nocte illa cum fratribus.* Diversa est ab illa, quae recensetur in Tom. super. pag. 298. §. LXI.

LXXIV. pag. 135. De sancto Bernardo Episcopo, & Confessore. Pridie Idus Decembris. Inc. *Igitur venerabilis Episcopus Bernardus Florentia civitate nobili genere Vbertorum ortus, litterarum studiis a pueritia traditus, contemptis carnalibus affectibus, ab ipso suae adolescentiae primo tempore in Vallumbrosana Congregatione apud sanctum Salvium monachicum suscepit habitum.* Des. *voluntas, inquit, Dei fuit, ut cito mihi occurreret, quod volebam, auxiliante Domino nostro &c.*

LXXV. pag. 137. b. De sanctis Primo, & Marco Martyribus. VI. Idus Maias. Inc. *In diebus illis, quum imperium obtineret Adrianus, multa persequutio in Christi famulis erat &c.* Des. *martyrizzati sunt autem beatissimi martyres, Primus Presbyter, & Marcus Diaconus, sexto Idus Maias sub Imperatore Adriano, Praeside vero Tergestinae civitatis Artasio, regnante vero Domino nostro &c.* Diversa sunt haec Acta a relatis in Actis SS. Tom. II. Maii pag. 152.

LXXVI. pag. 138. De sancto Vrbano Papa, & Martyre. IV. Kal. Iunii. Inc. *Vrbanus Episcopus, natione Romanus, ex nobilissima prosapia ortus, cuius pater Pontianus dictus est, qui Vrbanus a beato Petro Apostolo octavus decimus Vicarius exstitit.* Des. *ad quorum venerabiles sepulturas multa patrantur mirabilia usque in praesentem diem, ad honorem Salvatoris nostri Iesu Christi &c.* Exstat etiam in Cod. III. Plut. XX. Catal. Tom. I. pag. 606. §. XVI.

LXXVII. pag. 144. Sanctorum Cantii, Cantiani, & Cantianillae Martyrum. Pridie Kal. Iunias. Praecurrit Prologus, cuius initium: *Omnia, quae a Sanctis gesta sunt, vel geruntur, si quis voluerit studiose perquirere.* Finis: *da mentem studiis, ut hostis incipiat te timere.* Vita inc. *Beatissimos igitur martyres Christi, Cantium, Cantianum, & Cantianillam a paedagogo suo Proto valde fide Catholica fuisse edoctos &c.* Des. *loco, qui vocatur Aquas Gradatas, imperante Diocletiano, & Maximiano, regnante vero Domino nostro &c.* In Actis SS. Tom. VI. Maii pag. 777.

LXXVIII. pag. 145. b. De sanctis Hermagora, & Fortunato Martyribus. IV. Idus Iulii. Inc. *Post resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, omnes Apostoli miserunt sortes, quis in suam provinciam proficisceretur ad praedicandum verbum Domini &c.* Des. *martyrizzatus est autem beatissimus Dei Hermagoras Episcopus una cum sancto Fortunato Archidiacono suo, quarto Idus Iulias, regnante Domino nostro &c.* Ibid. Tom. III. Iulii pag. 251.

LXXIX. pag. 147. b. De sancto Prisco Episcopo, & Confessore. Kal. Septembris. Inc. *Temporibus siquidem Valentiniani, & Valentis Augusti in partibus Orientis Apollinaris Laodicenus Episcopus &c.* Des. *& omnium petitionum suarum effectum promeruit, intercedente beatissimo Prisco, cuius dies natalis celebratur die Kal. Septembris, ad laudem Domini nostri Iesu Christi &c.*

LXXX. pag. 148. De sancto Anselmo Episcopo, & Confessore. XV. Kal. Aprilis. Inc. *Devotis quorumdam precibus instanter cogimur, ut Vitam sanctissimi Patris nostri Lucensis Episcopi, Domini Anselmi, quam praesentes vidimus, & a pariter commorantibus fideliter accepimus, compendioso explicemus labore &c.* Des. *haec omnia in vigilia Adscensionis Domini, & in sequenti nocte facta sunt, & multa alia, quae prae multitudine invenire non potuimus, quae si invenerimus, vobis scribemus.* De eo vide Vghellum Ital. Sacr. Tom. I. pag. 813.

LXXXI. pag. 151. Sanctorum Alexandri, Eventii, & Theoduli Martyrum. V. Nonas Maias. Inc. *Quinto loco a beato Petro Apostolo &c.* ut in Tom. nostro super. pag. 276. §. LVIII.

LXXXII. pag. 153. b. De sancto Erasmo Martyre. IV. Nonas Iunias. Inc. *Facta est persequutio Christianorum a Diocletiano Imperatore, ut si quis inventus fuisset, qui non sacrificaret Diis, multis supplicits interiret.* Des. *& in nomine tuo recipiat mercedem suam sabbato, & Dominica, cui est honor &c.* Exstat haec Passio loc. cit. pag. 333. §. CLXXXIII. sed in fine diversa.

LXXXIII. pag. 155. Sanctorum Basilidis, Tripodis, & Magdalis Confessorum. II. Idus Iunii. Inc. *In civitate orientali beatus Basilides quum esset in officio Platonis Praefecti, dixit ei Dominus noster Iesus Christus: Ego volo te tollere de officio Platonis Praefecti, & in meum officium esse &c.* Des. *& fabricata est sanctitati eorum Basilica, ubi florent beneficia eorum usque in hodiernum diem. Amen.* In Actis SS. Tom. II. Iunii p. 510.

LXXXIV. pag. ead. b. De Veronica, quae liberavit Tiberium cum imagine Christi. Inc. *Factum est autem, quum Tiberio, & Vitellio Consulibus eodem tempore Tiberius*

Digitized by Google

rius Caesar gubernabat imperium, necesse enim fuit ut in partibus Hierosolymarum virum prudentem dirigeret, ut Christum Iesum posset videre &c. Des. *in tantum, ut dicat se esse Deum, & quum sit homo pollutus, se Filium Dei ausus est dicere.*

LXXXV. pag. 157. De sanctis Apostolis Petro, & Paullo. III. Kal. Iulii. Inc. *Quum venisset Paullus Romam, convenerunt ad eum omnes Iudaei &c.* ut in Tom. nostro super. p. 369. §. XLVII.

LXXXVI. pag. 160. b. Cathedra sancti Petri. VIII. Kal. Martii. Inc. *Quum beatorum Apostolorum Petri, & Paulli, & ceterorum fama, & doctrina usquequaque clarescerent, & quasi quidam splendor mentes audientium illustraret, divina id agente dispositione &c.* Des. *in magnam Ecclesiam, quam fecerant, sublimaverunt, eo ipso adiuvante, cui est honor &c.*

LXXXVII. pag. 162. De sancto Caelestino Papa, & Confessore. VII. Idus Iunii. Inc. *Postquam Monarchia regni ad Christianae Fidei apicem devenit, atque in Achivorum partibus sui sceptri cathedram collocavit &c.* Des. *& timore tyranni diu absconditus exstitit.*

LXXXVIII. pag. 164. b. Tiburtii, Valeriani, & Maximi Martyrum. XVIII. Kal. Madii. Inc. *Sergius Almachius urbis Praefectus sanctos Domini fortiter laniabat, & inhumata iubebat eorum corpora derelinqui.* Des. *ad indicium fidei eius, qui resurrectionem se inventurum phoenicis exemplo suscepit.* Est Caput III. & IV. Actorum apud Bollandum Tom. II. April. a pag. 206. ad 208.

LXXXIX. pag. 165. b. Sanctae Felicitatis cum septem filiis Martyribus. Inc. *Tempore Antonini Principis orta est seditio Pontificum &c.* Vt in Tom. nostro super. p. 305. §. XLIV.

XC. pag. 166. De sancta Margarita Virgine, & Martyre. XIV. Kal. Augusti. Inc. *Post passionem, & resurrectionem Domini nostri Iesu Christi &c.* Des. *mentem sanctam, spontaneum honorem Deo, & patriae liberationem, qui vivit &c.* Ibid. pag. 255. §. XI. ubi finis est diversus.

XCI. pag. 168. De sancto Christophoro. VII. Kal. Augusti. Inc. *Passio sancti Christophori Martyris sub die septimo Kal. Augusti, qui fuit passus sub Dagno Imperatore, in civitate Samon, qui fuit genere Chananaeus, & opere Christianus &c.* Des. *passus est sanctus Christophorus* VII. *Kal. Augusti in Samon civitate, regnante Domino nostro &c.* Ibid. pag. 280. §. LXXXIII. ubi pariter finis diversus.

XCII. pag. 169. b. De sancto Simeone Monacho. VII. Kal. Augusti. Inc. *Sanctus Simeon ex utero matris suae electus est a Domino &c.* Des. *adiutus precibus beati Simeonis Monachi, cuius depositio celebratur* VI. *Kal. Augusti, regnante Domino nostro &c.*

XCIII. pag. 172. De sancto Gotardo Confessore, & Episcopo. III. Nonas Maii. Inc. *Praeclarae indolis puer, Gotardus nomine, iuxta Althahense Monasterium ex eiusdem Ecclesiae familia a vere Christianis, ut patuit, parentibus feliciter natus &c.* Des. *& alia multa miracula Dominus per eum operatus est, quae hic causa brevitatis non ponuntur.*

XCIV. pag. 173. De sancta Dorothea Virgine, & Martyre. VIII. Kal. Februarii. Inc. *Gloriosa martyr, & virgo Dorothea ex patre Dorotheo, & matre Theodora progenita, & nobili sanguine Senatorum Romae fuit &c.* Des. *& sic perrexit ad Christum, quod & nos facere faciat ille, qui est benedictus in saecula &c.*

XCV. pag. ead. b. In sancti Thomae de Aquino. Nonis Martii. Inc. *Beatus Thomas de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum fuit prophetatus, antequam nasceretur.* Des. *sic in perpetuum daret sibi gratiam servandi virginitatem.*

XCVI. pag. 175. De sancto Sigismundo Rege, & Martyre. Kal. Madii. Inc. *Tempore Tiberii senioris Augusti, qui sicut reliquas regiones, ita Gallias, Ausoniamque regebat &c.* Des. *passus est autem sanctus Sigismundus primo die Kalendarum Maiarum, regnante Domino Iesu Christo &c.* In Actis SS. Tom. I. Maii pag. 86.

XCVII. pag. 176. De sancto Lodovico Rege, Ordinis Minorum. VIII. Kal. Septembris. Inc. *Felix sanctus Lodovicus ex regali prosapia, patre videlicet clarae memoriae Carolo Rege Siciliae, matre vero charissima in Christo filia, Siciliae Regina, ac Hungariae, originem suam trahens, altum sui generis recusavit sapere &c.* Des. *multa & alia saepe coruscant de ipso prodigia ad laudem nominis Christi, quae ad praesens opportune recitari non possunt.* Diversa est haec Vita a relatis in Actis SS. Tom. V. Aug. pag. 541. seqq.

XCVIII. pag. 177. b. Festum Conceptionis Virginis. VI. Idus Decembris. De sancto Anselmo Cantuariensi Episcopo. Inc. *Anselmus Cantuariensis Episcopus, & Pastor Anglorum Coëpiscopis suis, ceterisque orthodoxis salutem, & perpetuam in Christo benedictionem. Conceptio veneranda Dei Genitricis Virginis Mariae, dilectissimi fratres, quemadmodum per multa singulorum experimenta in Anglia, & in Francia, ceterisque climatibus mundi celebrandum sit declarata, audiat olim me narrante dilectio vestra* (sic). Des. *& eius horas per annum quacumque die decantet.* Non exstat inter Epistolas Anselmi, curante D. Gabriele Gerberon, Operum edit. Venet. apud Iosephum Coronam an. MDCCXLIV. fol. Tom. II.

IC. pag. 178. b. De sancto Maiolo Abbate. V. Idus Madii. Haec Vita in tres Libros est distributa, suo unicuique Libro praemisso Prologo. Prologus Libri primi inc. *Superna Christi rorante dextera, atque*

opi-

Digitized by Google

opitulante gratia &c. Des. *ne forte cum rusticitate, tum etiam prolixitate pagina inculta displiceat.* Liber I. inc. *Igitur in partibus Galliarum, exigentibus caussis, quum disponeret Dominus affligi genus hominum per saevitiam Paganorum, nefandae gentis exercitus Saracenorum vaginam suae habitationis egrediens, ac maritima quaeque ultra citraque peragrans, peragrando Demolieris provinciam venit.* Liber III. des. *ubi eius sanctissimis meritis multa praestantur beneficia, regnante in perpetuum Domino nostro &c.* Tum sequitur: *Hymnus factus pro sancto Maiolo per Dominum Odillum*, ac deinde alia multa pertinentia ad eiusdem Maioli Vitam, quorum finis sequens est: *voti sui compos effectus, redit ad propria sospes, & laetus, praestante Domino nostro &c.* Hanc Vitam a Nagoldo Monacho Cluniacense, ac S. Maioli discipulo conscriptam, ex hoc eodem Strozziano Codice erutam, in lucem dederunt Bollandistae in Actis SS. Tom. II. Maii pag. 657. §. II.

C. pag. 192. De sancta Barbara. II. Nonas Decembris. Inc. *Temporibus Imperatoris Maximiani erat quidam Satrapas, nomine Dioscorus, dives valde, Paganus vero exsistens &c.* ut in T. nostro superiore p. 267. §. II.

CI. pag. 193. b. Sanctorum Anastasii, cum filiis, & nepotibus suis. Inc. *Temporibus Imperatorum, qui tyrannica rabie accensi, velut lupi, sanguinem ovium Christi fundere cupientes, Ecclesiam Domini devastabant &c.* Des. *defunctus est autem septimo Idus Iulii, & in eodem Oratorio sepultus, regnante Domino nostro &c.*

CII. pag. 196. Translatio Corporis sancti Abundii. Inc. *Temporibus invictissimorum Imperatorum Lodovici, & Lotharii fuit quidam venerabilis Abbas, Tiberius nomine, Monasterii Berceti, quod est situm in cacumine montis, cui nomen est Bardo.* Des. *& pro sanitate sua immensas caepit reddere grates. Sit igitur Patri, & Filio, ac Spiritui sancto laus &c.*

CIII. pag. 197. De sancto Savino Episcopo, & Martyre. VII. Idus Decembris. Inc. *Maximiano Augusto, quintodecimo Kal. Maias, in circo Maximo, misso Sexto Veneto Vincente, pars maior clamabat, dicens: Christiani tollantur &c.* Des. *Daemones effugantur ad laudem, & honorem Domini nostri Iesu Christi, qui semper fidelibus suis dat palmam victoriae, cui est imperium &c.* Exstat etiam in dicto Tomo super. pag. 267. §. IV. sed aliquantum diversa.

CIV. pag. 198. b. De sancta Victoria Martyre. X. Kal. Ianuarii. Inc. *Factum est autem, ut illustris vir Titus Aurelius ad petitionem sanctae virginis Anatoliae, sive Callisthenis per matronas accederet, & eam sibi fieri coniugem postularet &c.* Des. *passa est autem a carnifice sancta Victoria decimo Kal. Ianuarias, & decimo eiusdem Kal. posita cum laudibus Christi, qui regnat &c.*

CV. pag. 200. De sancto Gregorio Spoletano Martyre. X. Kal. Ianuarii. Inc. *Temporibus Diocletiani, & Maximiani Imperatorum talis furor a sacrilegis exardescebat per cunctam Italiam, ut una esset apud omnes idolorum cultura &c.* Des. *qui dat votum optanti, & benedicit annos iusti. Ipsi honor, & gloria &c.*

CVI. pag. 201. De inventione, & translatione Crucis Christi. Inc. *Postquam Constantinus augustae memoriae Imperator sacro per beatum Silvestrum lotus est baptismate &c.* In dicto Tomo super. pag. 303. §. XXXI.

CVII. pag. 202. De sancta Columba Virgine, & Martyre. Pridie Kal. Ianuarii. Inc. *Eodem tempore quum adhuc mundus sub gentili esset redactus errore &c.* Des. *acta sunt haec in civitate Senonas, die pridie Kal. Ianuariarum, regnante Domino nostro &c.*

CVIII. pag. 203. b. Sanctae Martinae Virginis, & Martyris. Die primo Ianuarii. Inc. *Regnante primo omnium in ambitu totius orbis Domino, & Salvatore nostro Iesu Christo &c.* ut in Tom. super. pag. 300. §. VI.

CIX. pag. 208. Sancti Severini Episcopi, & Confessoris. VI. Idus Ianuarii. Inc. *Tempore quo Attila Rex Hunnorum defunctus est, in utraque Pannonia, ceteraque confinia Danubii res turbabantur ambigue &c.* Vt ibidem pag. 339. §. IX.

CX. pag. 212. De sancto Babila Episcopo, & Martyre. IX. Kal. Februarii. Inc. *Numerianus Rex quum immolasset immundis idolis, voluit intrare in domum Dei &c.* Des. *post haec & ipsius incisum est caput Babilae IX. Kal. Februarii, & positus est cum infantibus, & cum boia, & compedibus in pace. Per omnia benedictus Deus &c.* Exstat apud Bollandum Tom. II. Ianuar. a pag. 571. ad 576.

CXI. pag. 213. De sanctis Lucio, & Tirso Martyribus. IV. Nonas Februarii. Inc. *In illis diebus, quo* (sic) *Christi membra hostis interimebat, saeva fuerat fidelibus orta tempestas &c.* Des. *cuius autem in pleno reperta fuerit fides, reportat praemium cum laude, per eumdem Dominum nostrum &c.*

CXII. pag. 218. De sancta Paulla matrona Romana. Inc. *Paulla fuit nobilissima matrona Romanorum, cuius Vitam beatus Hieronymus composuit in haec verba: si cuncta corporis mei membra verterentur in linguam, & omnes artus humana voce resonarent, nihil dignum sanctae ac venerabilis Paullae virtutibus dicerem &c.* Des. *vale, Paulla, & cultoris tui ultimam senectutem orationibus iuva.* Contracta est haec Vita ex ea S. Hieronymi, quam adfert Bollandus in Actis SS. Tom. II. Ian. pag. 712.

CXIII. pag. 219. De Assumptione Mariae Virginis. XVIII. Kal. Septembris. Inc. *Assumptio Virginis Mariae, qualiter facta sit, ex quodam Libello apocrypho, qui Ioanni Evangelistae adscribitur, edocetur; Apostolis namque*

Digitized by Google

que ob praedicationis gratiam diversas mundi subeuntibus regiones, Virgo beata, in domo, iuxta montem Sion posita, dicitur remansisse. Des. *Tunc timore Monachi redeunt ad coenobium, & Daemones properant ad Infernum.*

CXIV. pag. 222. De sancto Leonardo Confessore. VIII. Idus Novembris. Inc. *Leonardus fuisse dicitur circa annum Domini:* (sic) *hic a sancto Remigio Rhemensium Archiepiscopo de sacro fonte levatur, & ab ipso salutaribus disciplinis instructus est, cuius parentes primi in palatio Regis Franciae habebantur.* Des. *post haec autem quum duos Episcopos discordantes sedasset, in crastinum se finiendum praedixit.* Exstat etiam in Tom. nostro super. sed initio diversa, & in fine mutila.

CXV. pag. ead. b. De sancto Polycarpo Martyre. III. Nonas Februarii. Inc. *Polycarpus, qui non solum ab Apostolis eruditus est, neque solum conversatus est cum iis, qui Dominum viderunt &c.* Des. *martyrizatus est autem venerabilis Dei Polycarpus, Smyrnaeorum Episcopus, sub die tertia Nonarum Februariarum, regnante Domino nostro &c.*

CXVI. pag. 223. b. De sancto Tryphone Martyre. III. Nonas Februarii. Inc. *Anno nonodecimo imperii Augusti regnavit Gordianus in urbe Roma, & erat quidam vir clarissimus, nomine Eutices, habens filiam unicam &c.* Des. *complevit autem martyrium suum beatissimus Tryphon tertio Nonas Februarii, regnante Domino nostro &c.*

CXVII. pag. 225. De sancta Fusca Martyre. die XIII. Februarii. Inc. *In temporibus illis, quum magna martyrum victoria, & virtus celebraretur, audiens beatissima Fusca, parentibus tamen nata paganissimis, fidem Domini nostri Iesu Christi, desiderantissimo, & alacri animo caepit esse Christiana.* Des. *laudantes Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, qui tantam gloriam praestat sanctis suis. Ipsi honor &c.* Habes apud Bollandum in Actis SS. Tom. II. Febr. pag. 647. sed non parum discrepat.

CXVIII. pag. 226. De sancto Valentino Episcopo, & Martyre. XVI. Kal. Martias. Inc. *Propheta loquitur ad Deum: Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum &c.* ut in Tom. nostro super. pag. 273. §. XLII.

CXIX. pag. 227. de decem millibus Martyrum. Die XXI. Februarii. Inc. *Salvatore nostro Iesu Christo apparente, orta est magna iustitia, excitans iustos ad pietatem &c.* Des. *finierunt autem sancti martyres mense Februario, vigesima prima die, feria quinta, hora nona, regnante Domino nostro &c.* Diversa est ab ea, quae habetur ibid. pag. 253. §. II.

CXX. pag. 229. De sancto Secundo Martyre. III. Kal. Aprilis. Inc. *In diebus illis erat quidam Proconsul, nomine Sapricius, impiissimus tyrannus, qui militabat in palatio primi scrinii candidatorum &c.* Des. *videntes autem populi, magnificabant Deum excelsum, cui est honor &c.* Apud Bollandum in Actis SS. Tom. III. Martii a pag. 800. ad 804.

CXXI. pag. 231. De sancta Theodosia Martyre. IV. Nonas Aprilis. Inc. *In illis temporibus, Diocletiano quater, & Maximiano ter, orta est persequutio Christianis, quo tempore vasa Dominica, camino persequutionis exardescente, probabantur &c.* Des. *parentes vero sanctae martyris sepelierunt corpus eius sepultura digna in pace.* Non adfertur in Actis SS. Tom. I. April. pag. 61.

CXXII. pag. 235. b. De sancto Adelberto Episcopo, & Martyre. VIII. Kal. Madii. Inc. *Est locus in partibus Germaniae, dives opibus, praepotens armis, virisque ferocibus, quem incolae Sclavoniam cognomine dicunt, cuius maior pars adhuc infidelitatis tenebris occupata, lignum, vel lapidem, seu aliam creaturam pro Deo colunt.* Des. *scilicet, ut qua die Dominus vult pro homine, eadem die homo ille pro Deo suo pateretur.* In Actis SS. Tom. III. April. a pag. 178. ad pag. 187.

CXXIII. pag. 240. De sancto Pullio (seu potius Pollione) Martyre. V. Kal. Madii. Inc. *Diocletianus, & Maximianus regnantes decreverunt, ut immissa persequutione omnes Christianos, aut delerent, aut a fide facerent deviare &c.* Des. *ubi praestantur beneficia eius usque in praesentem diem, ad laudem Domini nostri &c.* Ibid. a pag. 566. ad 567.

CXXIV. pag. ead. b. De sancto Eleutherio Martyre. XII. Kal. Iunias. Inc. *Eleutherii nobilissimi viri nos delectat, & admonet ad fidei virtutem veneranda concertatio; huius etiam pater quum primum fuisset Senator, atque etiam ter candida dedisset, recedens de corpore parvulum matri suae & unicum reliquit Anthiae filium.* Des. *facta sunt autem haec circa sanctum Dei Eleutherium Episcopum, & Anthiam matrem eius apud urbem Romam sub die XII. Kal. Iuniarum sub Adriano Imperatore, regnante vero Domino nostro &c.* Exstat etiam in Tom. nostro super. pag. 294. §. XLI. aliquantum tamen diversa.

CXXV. pag. 242. De sancto Quirino Martyre. Pridie Nonas Iunias. Inc. *Quum malos Principes ad cruciandas Sanctorum animas Diabolus commovisset, & ubique Dei Ecclesias diversis persequutionum tempestatibus ventilaret &c.* Des. *ubi praestantur beneficia eius usque in hodiernum diem.* In Actis SS. cit. Tom. I. Iunii a pag. 381. ad 383.

CXXVI. pag. 243. De sancto Vigilio Martyre. V. Kal. Iulii. Post verba: *Passio beatissimi Confessoris & Martyris Vigilii,* inc. *Sacratissimae martyrum laudes multifariis sunt praeferendae praeconiis, ut eorum gestis inertes quaeque animae provocentur ad profectum.* Des. *passus est autem sanctus Vigilius V. Kal. Iulii sub Stilichone Consule, regnante vero Domino nostro &c.*

CXXVII. pag. 244. De sancta Mustiola Martyre. V. Nonas Iulii. Inc. *Temporibus Aureliani Augusti saeva persequutio orta est in Christianis &c.* ut in dicto Tom. super. pag. 291. §. XXII.

CXXVIII. pag. ead. b. De sancto Isido-

Digitized by Google

ro Martyre. Pridie Idus Madii. Inc. *Egregius praedicator beatus Paullus Apostolus exhortatur dicens: memoriae sanctorum martyrum communicantes &c.* Des. *depositus vero est beatus Isidorus pridie Idus Maias sub magistro milite Numerio, atque Gallo, & Vlpiano Consulibus, regnante Decio Imperatore, apud nos regnante Domino nostro &c.* In Actis SS. Tom. III. Maii a pag. 449. ad 451. ex alia tamen interpretatione, quae est Danielis Cardonii.

CXXIX. pag. 246. De sancto Romulo Martyre. Inc. *Erat quidam homo Romae, in ea videlicet urbis regione, quae Lateranensis dicitur, cui nomen erat Arcultus &c.* Des. *quorum corpora Christiani colligentes, & cum aromatibus condientes simul, ad radicem montis sepelierunt, miliario minus ab uno, regnante Domino nostro &c.* Exstat in cit. Tom. nostro super. p. 408. §. CLX. in fine mutila.

CXXX. pag. 249. b. De sanctis Viriano, Faustino, Iustino, & Marcellino Martyribus, Kal. Iunias (*sic*). Inc. *Temporibus Decii Caesaris, Praefecto Praetorii Valeriano, maxima persequutio orta est in Christianis &c.* ut ibid. pag. 332. §. CLXXXI.

CXXXI. pag. 250. b. De sanctis Laurentino, & Pergentino Martyribus. III. Nonas Iunii. Inc. *In diebus Decii Caesaris urbis Romae multae persequutiones erant adversus Christianos &c.* ut ibid. pag. 333. §. CLXXXIV.

CXXXII. pag. 252. De sanctis Nicandro, & Marciano Martyribus. Inc. *Beati martyres saeculum relinquentes, hoc nobis exscriptorum munus titulis reliquerunt, quod gesta passionum suarum secum ferre non possunt &c.* Des. *martyrizzati sunt autem martyres Christi Nicander, & Marcianus die XV. Kal. Iuliarum, sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, regnante vero Domino nostro &c.* In Actis SS. Tom. III. Iunii a pag. 270. ad 273.

CXXXIII. pag. ead. b. De sancto Tiburtio Martyre. Inc. *Quum divina procurante gratia beatus Tiburtius conversus esset ad Dominum, quadam die occurrit homini, qui de alto lapsus, & caput, & omnia membra quassaverat.* Des. *& ipse cum palma martyrii migravit ad Christum, cui est honor &c.* In Actis SS. Tom. II. Aug. a pag. 622. §. VIII. ad pag. 624.

CXXXIV. pag. 253. De sancto Augustino Episcopo, & Confessore. V. Kal. Septembris, ut in dicto Tomo nostro superiore pag. 294. §. XXXVII.

CXXXV. pag. 256. b. De sancta Martha. Inc. *Martha hospita Christi, Syro patre, Euchana matre, regali ex progenie descendit &c.* Des. *& ibi Evangelium Christi praedicans, post decimum annum a dormitione Marthae in pace quievit.*

CXXXVI. pag. 257. b. De sancto Symphoriano Martyre. Inc. *Symphorianus a Symphonia fuit, eius tamquam vas musicum, emittens harmoniam virtutum, in quo tamquam in vase musico tria fuerunt &c.* Des. *ut etiam a Paganis in honore maximo haberetur.* Diversa est ab illa, quae recensetur in Tomo superiore pag. 293. §. XXXIII.

CXXXVII. pag. ead. De undecim millibus Virginum. XII. Kal. Novembris. Inc. *Vndecim milium virginum passio hoc ordine celebrata fuit. In Britannia namque Rex Christianissimus fuit, nomine Maurus, qui quamdam filiam, nomine Vrsulam, generavit &c.* Des. *& ille per visionem Virginis sibi per ordinem enarrasset, recedentibus cunctis, & paullo redeuntibus, ipsum migrasse ad Dominum invenerunt.* Diversa est ab aliis recensitis in Tom. superiore.

CXXXVIII. pag. 258. b. De sancto Saturnino Martyre. Inc. *Saturninus ab Apostolorum discipulis Episcopus ordinatus, in urbem Tolosanam directus est &c.* Des. *beatus vero Saturninus gladio capite truncatur.* Haec Vita diversa est ab illa, quam profert Surius in Vitis SS. Tom. VI. sub die XXIX. Novemb.

CXXXIX. pag. 259. Sanctorum Dionysii, Rustici, & Eleutherii Martyrum. VII. Idus Octobris. Inc. *Post beatam, ac salutiferam Domini nostri Iesu Christi passionem, & honorandam eius ab inferis resurrectionis adscensionem &c.* Des. *qua percussus, vitam cum tyrannico principatu miserabiliter, ut decuerat, amisit, regnante Domino nostro &c.* Differt ab illa, quae recensetur in dicto Tom. super. pag. 260. §. XLVII.

CXL. pag. 266. b. De sancto Nicolao de Tolentino Confessore. Die X. Septembris. Inc. *Nova lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium apud omnes populos.* Des. *aliis caussam tribuens circa horum investigationem & dictamen, ad honorem illius, qui gloria & honore istum coronavit sanctum, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit &c.* Exstat etiam in Codice XLVIII. Plut. XC. super. Biblioth. Gaddianae Catalogi Tom. III. pag. 623. §. III. auctore Fr. Petro de Monte Rubbiano, cum Prologo, qui in nostro Codice cum ipsa Vita coniungitur. Notandum tamen est adscripta esse in margine huius nostri Codicis summaria quaedam eorum, quae in hac Vita enarrantur.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus eleganter depictis, nitidae quidem scripturae, sed aliquantum mendosae, initio autem mutilus. Constat fol. scriptis 275.

BIBLIA SACRA.

VNiversa Biblia cum Praefatione sancti Hieronymi in principio, & interpretatione nominum Hebraicorum in fine. Adsunt praeterea Prologi in singulos ferme Libros, tam Veteris, quam Novi Testamenti, necnon ipsorum divisio in Capita, ut videre est in recensione Codicis III. Plut. XV. *Cod. V.*

Digitized by Google

XV. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 149. cum quo concordat. In calce huius Codicis exhibentur initia Evangeliorum, quae leguntur in Dominicis, & feriis totius Quadragesimae, a recentiori manu conscripta.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XIII. ineuntis, minutissimo charactere, binis columnis exaratus, & cum picturis valde rudibus ad initiales litteras singulorum Librorum. Constat foliis scriptis 478.

QVATVOR EVANGELIA.

Cod. VI. EVangelia quatuor ex versione sancti Hieronymi, praevia Epistola ad Damasum Papam, & Prologis in singula Evangelia, ut in aliis Codicibus, quos hactenus recensuimus. Praecedit in hoc Tabula exhibens initia Lectionum Evangelicarum, quae in Dominicis, & feriis per totius anni circulum in Ecclesiis leguntur.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. nitidissimus, cum initialibus Evangeliorum, & Prooemiorum aureis, variisque coloribus exornatis, in quibus imagines etiam quaedam depictae sunt. Constat fol. scriptis 143.

SS. PATRVM EXPOSITIO IN EPP. PAVLL. CANONIC. ET IN EV.

Cod. VII. I. pag. 1. EXpositiones in Epistolas D. Paulli incipiunt *ex dictis Ambrosii in Epistolam Paulli ad Romanos*, & quidem ita: *Nemo rem vilem magnis praecursoribus nuntiat. In Scripturis sanctis: hoc ad cumulum verae protestationis adiecit, ut maiorem fiduciam credentibus faceret, & legem commendaret; sanctae enim sunt Scripturae, quae vitia damnant &c.* Desinunt in Hieronymo, cuius Explanatio in Epistolam ad Philemonem ita desinit: *ex quo paullatim per gradus suos reciprocante sententia, ideo minister Evangelii est factus Onesimus, quia fugit a Domino.* Patres autem, quorum Enarrationes adferuntur, sunt, Ambrosius, Hieronymus, & Remigius.

II. pag. 19. b. Sequitur Expositio in Epistolas Canonicas, & initium fit a Beda *in Tractatu Epistolae Iacobi Apostoli*, cuius prima verba sunt: *Qui mordente se conscientia peccati, haesitat de perceptione praemiorum caelestium, facile ad impulsum tentationum statum fidei deserit, qui in tranquillitate Deo servire videbatur, & ad libitum hostis invisibilis, quasi ad flatum venti, per diversos vitiorum raptatur errores.* Desinit in Augustino, cuius ultima verba desumpta ex *Tractatu X. Epistolae beati Ioannis* sunt ista: *Iam non inveniens loqui Christum in terra, invenis illum loqui sed de caelo. Et de caelo quare? quia membra calcabantur in terra. Persequutori enim Saulo dixit desuper: Saule, Saule, quid me persequeris? Adscendi in caelum, sed adhuc in terra iaceo.* Praeter hosce duos Patres, nullus alius nominatur in Codice.

III. pag. 26. Expositiones in quatuor Evangelia desumptae sunt ex Patribus, Ambrosio, Augustino, Beda, Gregorio Papa, Hieronymo, Ioanne Chrysostomo, Laurentio, Leone Papa, Maximo Episcopo, Origene, Paullo Diacono, Remigio, & Severiano. Primus autem occurrit Remigius *in Tractatu Evangelii Matthaei in Capitulo I.* eiusque Enarratio inc. *Evangelium graece, latine bonum nuntium interpretatur: Ev enim graece, latine bonum, angelium dicitur nuntium; licet enim omnis Scriptura bona nuntiet, magna tamen distantia est inter ea, quae per servos loquuta, quaeque per Dominum etiam gesta &c.* Vltimus est Gregorius Papa, cuius postrema verba *in Expositione Evangelii Matthaei* sunt ista: *ut si aliquando nos aegritudo corripiat, si signa aegritudinis vicinam mortem denuntient, inducias vivendi quaerimus, ut peccata nostra defleamus, & eas cum magno studio desiderii petimus, accepta modo pro nihilo habemus.*

IV. pag. 158. Liber, qui inscribitur: *Liber Sanctorum, qui in novo Testamento sunt.* Inc. *Zacharias, & Elisabeth ante Dominum iusti, & steriles in iuventute, faecundi in senectute, requiescunt in Ierusalem.* Desinit in Tito, Paulli discipulo, cuius ultima verba sunt: *quem ad instruendas Cretae Ecclesias praefatus reliquit Apostolus, ibique in pace defunctus est, atque sepultus.* Tum repetitur titulus hoc pacto: *Explicit obitus, vel vita Sanctorum.* Forte est excerptum ex uberiori beati Isidori Hispalensis Episcopi Libro *de Ortu, Vita, & Obitu Sanctorum Patrum.*

V. pag. 159. Liber *de sanctis Evangelistis, & brevitate quorumdam Evangeliorum*, praevia Epistola Isidori ad Orosium, quae inc. *Quaedam notissima nomina leguntur Legis, & Evangeliorum, quae sub allegoria imaginarie leguntur & interpretatione aliqua egent.* Des. *sed tuo commisi corrigenda iudicio.* Liber inc. *Quatuor Evangelistae Domini nostri Iesu Christi sub quatuor animalium vultibus figuram exprimunt &c.* Des. *in qua omnes sancti per Christum aeternae beatitudinis resurrectione curabuntur. Explicit.*

VI. pag. 161. b. Liber anepigraphus, qui tamen est Bedae *De Locis Sanctis, & de Situ Ierusalem*, praevio hexasticho, quod ita habet:

Descripsi breviter finesque, situsque locorum,
Pagina sacra magis quae memoranda refert,
Beda sequens veterum monumenta, simulque novorum,
Charta magistrorum quae sonat, inspiciens.
Da, Iesu, ut patriam semper tendamus ad illam,
Quam beat aeternum visio summa tui.

Digitized by Google

Constat autem Capitibus XIX. (1) quorum Index praemittitur. Liber inc. *Situs urbis Ierusalem paene in orbem circumactus, non parvo murorum ambitu adsurgit &c.* Des. *cuius si etiam modica particula contingat, omnem aegritudinem sanat.* Tum ita clauditur Opusculum: *Haec de locis sanctis, prout potui, fidem historiarum sequutus, exposui, & maxime dictatus Arculphi Galliarum Episcopi, quos eruditissimus in Scripturis Presbyter Adomnasius lacinioso sermone describens, tribus Libellis comprehendit = ex qua nos aliqua decerpentes, veterumque litteris comparantes, tibi legenda transmittimus, obsecrantes, ut praesentis saeculi laborem, non otio lascivi torporis, sed lectionis, orationisque studio tibi temperare satagas.* Bedae Operum Tom. III. edition. Basileensis an. MDLXIII. fol. a pag. 487. ad 498. ubi Epigramma, quod heic occurrit in principio, legitur ante perorationem.

VII. pag. 164. Excerptum continens brevem declarationem quatuor Evangeliorum, & Epistolarum D. Paulli, & Canonicarum. Inc. *Evangeliorum praedicatio, quamvis quadrifaria sit, una est tamen, quia ex uno eodemque ore divinitatis processit &c.* Desinit imperfecte in verbis: *Secunda quoque, quae Electae scribitur, dilectionis hortatur studium, denotat etiam seductores, & ab haereticis admonet declinandum. Tertiam autem.....* quae pertinent ad declarationem Epistolarum S. Ioannis Evangelistae.

VIII. pag. 165. Excerptum, ex Iuliano Toletano Episcopo *in Libro Prognosticorum.* Inc. *Primus homo ea naturae qualitate creatus est, ut immortalitatis, ac mortis admodum capax, nec sic immortalis fuerit, ut etiam, si peccaret, mori non posset, nec ita mortalis, ut, si noluisset peccare, morti succumberet &c.* Des. *sed potius ipsa eius praesentia de illis, quae falli non potest, liber est vitae, in quo sunt scripti, idest ante cogniti.*

IX. pag. 166. b. Quaedam ad Expositionem Missae pertinentia. Inc. *Primum in ordine Missae antiphona ad introitum canitur.* Des. *& bene hoc fit in commemoratione passionis Christi, qui semetipsum Deo obtulit Patri.*

X. pag. ead. Declarationes nominum, quibus indicantur varii gradus Ecclesiasticam Hierarchiam constituentes, & alia quaedam circa caeremonias, quae in Catechumenorum baptismate ab Ecclesia servari solent, quibus instar tituli praemittitur haec notitia: *In Capitulis inventis in Palatio Aquisgrani.* Inc. *Ecclesia graecum est, quod in latinum convocatio vertitur, propter quod omnes ad se vocet &c.* Des. *hoc significatur per illud unguentum, quod peccatrix mulier super pedes, & ea, quae dicitur non fuisse peccatrix, super caput fudisse describitur.*

XI. pag. 167. b. Excerpta ex Opere Amalarii Chorepiscopi Metensis de Ecclesiasticis Officiis in quatuor Libros digesto. Inc. *Septuagesima computatur, secundum titulationem Sacramentarii, & Antiphonarii, novem hebdomadibus ante Pascha Domini, & finitur post Pascha Domini in septima sabbati &c.* Des. *si autem deessent istae supplicationes, quae fiunt recta, & pia fide ac pietate pro mortuis, puto quod nihil prodesset spiritibus eorum, si quamlibet locis sanctis exanima corpora ponerentur.* De hoc auctore, qui floruit ineunte Saeculo IX. & de eius Libris supra memoratis verba facit Fabricius Biblioth. Lat. mediae, & infimae aetatis T. I. pag. 80.

Codex membranac. MS. Latinus in fol. Saec. XII. binis columnis, charactere perspicuo exaratus, cum titulis Operum rubricatis, optimeque servatus. Constat foliis scriptis 180.

S. IO. CHRYSOSTOMI COMMENT. IN EPP. PAVLL. INTERP. AMBR. CAM.

I. pag. 1. IOannis Chrysostomi in Epistolam beati Paulli Apostoli primam ad Timotheum commentariorum Liber per Ambrosium Monachum in latinam linguam traductus. Praecurrit argumentum, cuius initium: *Vnus ex Apostoli discipulis Timotheus fuit &c.* Finis: *sed quid? ut eos admoneas, non docere aliter.* Homilia I. inc. *Magna erat profecto Apostoli dignitas, magna, atque mirabilis; & ubique cernimus Paullum dignitatis suae adiicientem caussas, non quasi sibimet usurpet honorem, sed veluti traditum necessario exercere cogatur &c.* Homilia XVIII. des. *obtemperemus praeceptis illius, & monitis, cuius & suave iugum est, & onus leve, ut promissis ab eo aeternae vitae bonis perfruamur, qui cum Patre &c.* Cod. VIII.

II. pag. 114. b. Eiusdem in Epistolam II. ad Timotheum Commentarius. Homilia I. Inc. *Quid sibi vult, quod secundam quoque ad Timotheum Epistolam scribit? Dixerat: spero celerius venire ad te. Frustratus ille fuerat spe, & exspectatione sua. Consolatur eum litteris, corporalis praesentiae vice, fortassis ob hoc ipsum maerentem &c.* Homilia X. des. *quum longe a Diabolo discesseris, nihil iam contra conabitur, sed in tuto eris, bonisque fueris aeternis, quibus nos omnes potiri contingat in Christo Iesu Domino nostro, cum quo est Patri &c.*

III. pag. 181. b. Eiusdem in Epistolam ad Titum Homiliae sex, praevio argumento, cuius initium: *Vnus ex Paulli sociis hic fuit, vir probatus &c.* Finis: *quod necdum fuerat in vincla coniectus. Illic autem vin-*

(1) In editione in Capita XX. dividitur.

Digitized by Google

vinctum se assidue vocat. Homilia I. inc. *Vide quam ista indifferenter ponit, dum se interdum quidem Dei servum, & Christi Apostolum dicit, alias vero Christi se appellat servum dicens: Paullus servus Iesu Christi; adeo nullam inter Patrem, & Filium differentiam novit &c.* Homilia VI. des. *& omnia faciamus, quae expedire cognoscimus, ut futuris bonis perfrui mereamur in Christo Iesu Domino nostro, cum quo est Patri &c.*

IV. pag. 225. Eiusdem in Epistolam beati Paulli Apostoli ad Philemonem Homiliae III. cum argumento, cuius initium: *Primum necessario dicendum, quod sit Epistolae huius argumentum, tum ad ea quoque veniendum, quae in quaestione sunt &c.* Finis: *si enim tanta in ipso vestibulo lucrati sumus, plura profecto ex ipsa lectionis lucrabimur serie*. Homilia I. inc. *Pro servo haec ad dominum scribit, in quibus ab ipso statim exordio, illius prudentiam suscipit, nec sinit erubescere &c.* Homilia III. des. *ut bonis illis sempiternis frui mereamur, quibus utinam nos omnes digni inveniamur gratia, & misericordia Domini nostri Iesu Christi &c.*

V. pag. 244. b. Eiusdem Epistolae tres ad Olympiadem matronam, quarum prima inscribitur, & inc. *Dominae venerabili, ac beatissimae sorori Olympiadi Ioannes Episcopus in Domino salutem. Age rursus maeroris tui vulnus exhauriamus &c.* Des. *incolumem te, ac memorem nostri, summa tranquillitate, Christi Dei nostri clementia tueatur, Domina venerabilis, ac dilectissima soror*. Secunda pag. 251. inc. *Sufficere quidem poterat & ea, quam prioribus diebus ad te scripsimus, Epistola ad omnem acerbissimum licet doloris tumorem comprimendum &c.* Des. *nosti, si id feceris, nobisque id veraciter litteris significaveris, multum inde nos consolationis percepturos. Vale.* Tertia pag. 267. b. inc. *Et corpora vehementioribus colluctata febribus, & maria diu adversis ventorum flatibus compugnantia &c.* Des. *quia magnum & forte regnum eius, & regnum eius regnum aeternum, & potestas eius in generationes & generationes*. De hac Ambrosii versione consulendus Laurent. Mehus in Proleg. ad eius Epistolas p. cccc. ubi hunc ipsum adlegat Codicem.

Codex membranac. MS. Latinus in fol. Saec. XV. elegantissimae, ac nitidissimae scripturae, cum initialibus Homiliarum litteris affabre depictis, & coloratis, & textu Epistolarum rubrica exarato. Constat foliis scriptis 276.

EPISTOLAE CATH. ET APOC. CVM GLOSSIS, ET SCHOLIIS.

Cod. IX.

I. pag. 1. SCholia in *Epistolam Iacobi ad duodecim Tribus* inc. *In Actibus Apostolorum legimus Iudaeos tempore Dominicae passionis longe, lateque iam fuisse dispersos, dicente Luca: Erant autem in Ierusalem habitantes Iudaei viri religiosi ex omni natione, quae sub caelo est, quarum etiam nationum plurimae nominatim exprimuntur, quum subinfertur: Parthi, & Medi, & Elamitae, & qui habitant Mesopotamiam &c.* adscripto nomine Bedae. Scholia in Epistolam Iudae des. *si habetis gloriam purae fidei, & conscientiae, & magnificentiam in operatione, & imperium super infirmitatem, vel super Daemones, & potestatem resistendi vitiis, vel tortoribus, Deo, non vobis imputate, qui ante tempora, & in praesenti, & post omnia tempora est gloriosus in essentia, magnificus in operibus, imperans tam volentibus, quam nolentibus, & potens, cui nihil resistit.*

II. pag. 36. Sequitur Apocalypsis beati Ioannis Apostoli. Post argumentum a Scholiaste exaratum, in quo de ipso Apostolo, & de huiusce Libri materie disseritur, primum Scholium inc. *Notandum, quod visio, quae futura indicat, alia corporalis, alia imaginaria, alia intellectualis: corporalis, ut illa, qua Balthassar corporeis oculis vidit corpoream manum scribentem in pariete &c.* Desinunt in quadam longissima adnotatione, quae ita inc. *Dionysius post aliquanta veniens ad Apocalypsin Ioannis, haec de ea scribit: Nonnulli ex praecessoribus nostris penitus Libellum hunc refutandum a Canone Scripturarum, atque abiiciendum putaverunt, singula quaeque eius Capitula arguentes, & dixerunt praetitulationem Libri non esse veram, sed alienae scripturae, Ioannis tantum nomen impositum: unde neque Ioannis hunc esse Librum, nec revelationem videri posse, quae crasso quodam velamine ignorantiae contegatur &c.* Finem non damus, quum evanidus sit character. Sunt autem haec Scholia a duplici manu aeque antiqua exarata.

Codex membranac. MS. Latinus in 4. min. Saec. XIII. ineuntis, cum titulis Epistolarum rubricatis, & initialibus antiquo more depictis, in cuius primo folio, quod custodiae Codicis inservit, legitur nomen antiqui possessoris ita: *Questo Libro è di Michelagnolo, e di Tomaso figliuoli di Iacopo d'glagli*; in ultimo vero: *Visto per me Tomaxo di...., a dì* XXV. *di Febr.* 1457. Constat foliis scriptis 71.

EPISTOLAE CATHOL. S. PAVLLI, ET ACTVS APOSTOL. ITALICE.

Cod. X.

I. pag. 1. EPistolarum VII. Catholicarum prima, scilicet S. Iacobi Apostoli, inc. *Iacopo servo di Dio, e del nostro Signore Iesu Cristo, alle dodici schiatte, che sono spartite si manda salute. Frati miei abiate per grande allegrezza, quando voi cadrete nelle diverse tentationi &c.* Vltima Iudae des. *et ad colui, ch'è potente di con-*

Digitized by Google

servarvi sanza peccato, et ordinarvi davanti al suo cospecto della sua gloria sanza macola, con allegrezza nel adventimento del nostro Signore Iesu Cristo, Dio solo, e nostro Salvatore, a lui sia gloria &c.

II. pag. 12. b. Ex Epistolis quatuordecim D. Paulli habentur tantummodo priores tres integrae, scilicet ad Romanos prima, & secunda ad Corinthios, & initium quartae ad Galatas. Epistola ad Romanos inc. *Paolo servo di Cristo chiamato Apostolo, et sceverato per predicare il Vangelo di Dio, lo quale egli dinanzi avea impromesso per li suoi Propheti nelle sue sancte Scripture, le quali parlano del suo Figliuolo &c.* Epistolae ad Galatas ultima verba sunt: *imperciochè egli innanzi che venissero alquanti da Iacopo si manicava, et usava con coloro, che non erano circoncisi, & poichè eglino furono venuti....* spatio vacuo relicto ad reliqua supplenda.

III. pag. 45. Liber Actuum Apostolorum. Inc. *Lo primo mio parlamento, & sermone io feci, o Theofilo, di tutte quelle cose, et opere, le quali cominciò Iesu di fare, et insegnare in fino in quello die, nel quale egli comandando ad gli Apostoli, i quali elesse per Spirito Santo, fu levato in cielo, & ricevuto &c.* Hic quoque Liber desinit imperfecte in verbis: *ordinaro, et constituiron quelli della Chiesa d' Antioccia, che Paolo, & Barnaba, et alcuni altri montassero su in Ierusalem ad gli altri Apostoli, et ai Preti....* in quibus Codex absolvitur.

Codex chartac. MS. Italicus in fol. min. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exaratus, & circa finem Epistolarum D. Paulli, alia manu suppletus. Constat foliis scriptis 64.

BREVIARIVM.

Cod. XI. BReviarium secundum Ordinem sancti Benedicti Abbatis per totum annum, incipiens a primis Vesperis Dominicae I. de Adventu. In calce legitur, post repetitum titulum, haec scriptoris adnotatio:

Qui scripsit scribat, semper cum Domino vivat:

Vivat in caelis Donatus ser Succhari de Florentia cum Christo fidelis.

Deprecor oretis pro me quicumque legetis.

Hoc opus factum est anno Domini nostri Iesu Christi MCCCXXVI. *de mense Februarii, exsistente Abbatissa Domina Eufraxia, filia olim Domini Ioanni Chirbi de Lanfranchorum de civitate Pisana.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XIV. binis columnis exaratus, ubi praeter initiales litteras aureas, variisque coloribus depictas, quae habentur in principio Officii de Tempore, de Sanctis, & de Communi, etiam variae Sanctorum imagines identidem sunt expressae in litteris initialibus Festorum Dominicalium, B. Virginis, Apostolorum, & insigniorum Sanctorum Ordinis Benedictini. Constat foliis scriptis 562.

BREVIARIVM.

ORdo Breviarii Fratrum Minorum secundum consuetudinem Romanae Curiae, cum Calendario in principio, & Psalterio. In Calendario autem habentur versiculi quidam non absimiles ab iis, quos in aliis Calendariis per extensum relatis in Tom. superiore protulimus. *Cod. XII.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis exaratus. Constat foliis scriptis 560.

S. EPHRAEM SYRI SERMONES, ET S. BASILII LIB. DE VIRG.

I. pag. 1. SEphraem Syri Sermones XIX. interprete Ambrosio Camaldulensi Monacho, praevia Epistola nuncupatoria ad Cosmum Medicem, quae ita inscribitur, & inc. *Ambrosius Monachus Cosmo suo viro clarissimo plurimam salutem. Peregrinum nuper offendi e Syria, ut aiebant, profectum ad nos, aetate longaevum, statura procerum, sed iam senio incurvum &c.* Des. *En adest, illum amplectere, illique potius aures, atque animum applica; iam enim tecum illum relinquo. Vale.* Sermones sequenti ordine progrediuntur, nimirum: *Cod. XIII.*

I. pag. 3. inscribitur De Poenitentia.

II. pag. 18. De Iudicio & Resurrectione, & Charitate, & Compunctione.

III. pag. 24. b. De Iudicio, & Resurrectione.

IV. pag. 26. De Vita & Exercitatione Monastica.

V. pag. 47. b. Sermo anepigraphus, sed, ut ex sequenti Codice eruitur, inscribi debuerat *De Monastica Meditatione.*

VI. pag. 52. b. Quod non oporteat ridere, sed flere, ac lugere.

VII. pag. 56. De Anima negligente.

VIII. pag. 58. Ad Monachos de sanctis quibusdam Patribus, qui tempore illo requieverant.

IX. pag. 60. b. De Armatura Monachi, quod oporteat Monachum, veluti militem in acie semper adsistere.

X. pag. 72. Libellus de Poenitentia.

XI. pag. 77. De secundo Domini adventu.

XII. pag. 80. Admonitio de Timore Dei.

XIII. pag. 83. De angustia, qua premitur anima, quum ex pugna contra se hostis infirmior fit.

XIV. pag. 87. De Compunctione.

XV. pag. 90. b. De Passione Domini Salvatoris.

XVI. pag. 94. Ad eos, qui Filii naturam scrutari volunt.

XVII. pag. 99. Lib. de Antichristo.

XVIII. pag. 107. De Virginitate.

XIX.

Digitized by Google

XIX. pag. 111. De laudibus Martyrum. De his Sermonibus consule Prolegomena Eminentiss. Card. Angeli Mar. Quirini ad Opera S. Ephraem Syri Romae typis Vaticanis MDCCXXXII. fol. pag. LXXXII. seqq. Aliud ipsorum exemplar, sed sine Epistola nuncupatoria, occurrit in Codice LXXV. Plut. LXXXIX. super. Biblioth. Gaddianae Catalogi Tom. III. pag. 337. §. I. ubi tamen sunt numero XX. quum in nostro Codice desit Sermo ultimus, qui inscribitur: *Laudatio sancti Iosephi Patriarchae*. In calce Sermonum legitur: *Absolvi ego Antonius, Marii filius, Florentinus civis, Florentiae Idus Februarii* MCCCCXXIX.

II. pag. 116. Liber S. Basilii Caesariensis Episcopi ad Letoium Melitensem Episcopum de vera integritate Virginitatis, interprete eodem Ambrosio Monacho Camaldulensi, praevia Epistola nuncupatoria, cuius inscriptio & initium sequens est: *Domino venerabili, atque omni charitatis officio suscipiendo Patri Gabrieli Ambrosius. Prolixum Librum sancti Basilii Caesariensis Episcopi, viri profecto gravissimi, de vera integritate Virginitatis inscriptum ex graeco converti &c.* Finis: *Venerationem tuam Christus Deus noster omnipotens quietam, ac tranquillam aevo longiore tueatur, Domine venerabilis, ac desiderabilis Pater.* Liber inc. *Quum plurimi ex iis, qui immortalem sponsum nostrum familiarius ambiunt, quosque ad considerationem verae honestatis caelestis vulneravit amor, varias intra sanctam Ecclesiam virtutum species a plerisque studiose arripi, atque exerceri cernerent &c.* Des. *per continentiae sacra certamina, proposito certantibus praemio, immortalitatisque corona digni inveniamur per Iesum Christum, per quem est Patri gloria &c.* Tum repetitur titulus huiusce Libri, ac tandem scriptoris nomen ita: *Antonius Marii, qui supra, transcripsit Florentiae. Valeas, qui legis, feliciter.* Haec Ambrosii versio prodiit Venetiis MDXXX. 8. teste Fabricio Biblioth. Graec. Tom. VIII. pag. 77.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. nitidissimus, & eleganter exaratus, cum initialibus Operum litteris aureis, & coloratis. Constat foliis scriptis 175.

S. EPHRAEM SYRI SERMONES INTERPR. AMBROSIO CAMALD.

Cod. XIV. ALiud exemplar latinae versionis Sermonum S. Ephraem Syri per Ambrosium Monachum Camaldulensem peractae, cum Epistola nuncupatoria ad Cosmum Medicem, ut in Codice superiore §. I. Heic tamen sunt Sermones XX. ultimo enim loco habetur *Laudatio S. Ioseph Patriarchae*, quae in illo deerat. Clauduntur autem hac subscriptione: *Anno salutis humanae* MCCCCLXXIII. *&* XXV. *Februarii Opus hoc consummatum est. Florentiae die Veneris, hora vero diei* XXIII. *Laus, honor, & imperium, & gloria sit Omnipotenti, Iesu Christo per infinita saeculorum saecula. Amen. Omnium rerum vicissitudo est.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. nitidissime exaratus, cum initialibus Sermonum litteris aureis, variisque coloribus exornatis, ac pictura, quae totum ferme primae paginae marginem exornat, in quo tam in principio, quam in fine legitur: *Est Abbatiae Florentinae num.* 18. Constat fol. scriptis 145.

S. CYPRIANI OPERA QVAEDAM.

I. pag. 1. *Cod. XV.* EX Libro Epistolarum Caecilii Cypriani Martyris de Disciplina, & Habitu Virginum Epistola II. Inc. *Disciplina custos spei &c.* Des. *quum incipiet in vobis virginitas honorari.* In edit. Parisiensi typis Regiis MDCCXXVI. fol. pag. 173.

II. pag. 13. b. Eiusdem de Opere, & Eleemosynis Epistola VIII. Inc. *Magna, & multa sunt, fratres charissimi, beneficia divina &c.* Des. *pro passione germinabit.* Ibid. pag. 237.

III. pag. 29. b. Eiusdem de Patientia Epistola IX. Inc. *De patientia loquuturus, fratres dilectissimi &c.* Des. *sed cum iustis, & Deum timentibus honoremur.* Ibid. pag. 247.

IV. pag. 44. Eiusdem de Oratione Dominica Epistola X. Inc. *Evangelica praecepta, fratres dilectissimi &c.* Des. *& gratias agere non desinamus.* Ibid. pag. 204.

V. pag. 64. Eiusdem de laude Martyrii Epistola XXI. Inc. *Etsi incongruens est, fratres charissimi, in hoc favore dicendi aliquid trepidationis afferre &c.* Des. *quod vobis petentibus creditur non negare.* Ibidem pag. 343.

VI. pag. 80. Eiusdem, quod Idola Dii non sint. Inc. *Quod Idola Dii non sint, & quod unus Deus sit, & quod in credentibus datum sit, Deos non esse, quos colit vulgus, hinc notum est &c.* Des. *erimus Christiani, si Christum fuerimus imitati.* Ibid. pag. 225.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. nitidissimus, & cum initialibus cuiusque Operis aureis, & coloratis, & ornatu in margine primae paginae satis eleganti. Constat fol. scriptis 86.

S. LEONIS PAPAE SERMONES, ET EPISTOLAE.

I. pag. 1. *Cod. XVI.* S. Leonis Papae Sermones numero XCIV., quorum primus initio mutilus est propter abscissionem primi folii, quod eleganti aliqua pictura erat exornatum. Eodem autem progrediuntur ordine, quo habentur in eius Operum editione Veneta anni MDCCXLVIII. fol. a pag. 1. usque ad pag. 97. paucis exceptis, quae mox adnotabimus. Et primo quidem desi-

de-

Digitized by Google

derantur in Codice Sermones, qui in editione sunt IV. X. & XIX. Deinde inter Sermonem XLIX. & L. inseritur Homilia in Evang. Matth. *Adsumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem &c.* quae inc. *Evangelica, dilectissimi, lectio, quae per aures corporis interiorem mentium nostrarum pulsavit auditum &c.* quae in editione est sub num. CXIV. & inscribitur *de Transfiguratione Domini*. Tum inter Sermonem LXXX. & LXXXI. inseritur Sermo, qui inc. *Exsultemus in Domino, dilectissimi, & spiritali iucunditate laetemur &c.* qui in editione reiectus est in Appendiculam, & notatur numero IV. pag. 101. Item inter Sermonem XCII. & XCIII. habetur Homilia in Evang. Matth. *Videns Iesus turbas adscendit in montem &c.* quae inc. *Praedicante, dilectissimi, Domino nostro Iesu Christo Evangelium regni &c.* quae in edit. est sub num. XCV. Deest tandem in Codice Sermo XCVI. & ultimus in editione, cuius loco habetur Sermo inscriptus: *De Absalon, quomodo patrem suum persequebatur*, qui inc. *Perdidit Absalon sceleratissimus mentem, perdidit sensum &c.* Des. *novo enim supplicio debuit interire, qui saeculo novum scelus, patris exitium voluit intulisse*. Hunc autem Sermonem in editione minime reperimus. Aliud exemplar huic non absimile habetur in Codice XI. Plutei XXI. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 684. §. I.

II. pag. 136. Eiusdem Epistolae ad diversos, & aliorum ad ipsum numero LVI. quae cum editis collatae, eodem procedunt ordine, quo iacent in dicto Codice XI. loc. cit. §. II. cum quo concordant etiam quoad illa omnia, in quibus illum ab editione differre admonuimus. In hoc tamen, propter abscissionem unius folii, quod insignis fortasse aliqua exornabat pictura, deest integra prima Epistola, & pars secundae.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XV. nitidissimus, & eleganter exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus litteris singulorum Sermonum, Epistolarum, & Capitum, in quae plures ex ipsis distributae sunt, aureis, variisque coloribus egregie depictis. Constat fol. scriptis 218.

EVSEBIVS DE PRAEPARATIONE EVANGELICA.

Cod. XVII.

EVsebii Pamphili Caesariensis Episcopi de Praeparatione Evangelica Libri XIV. de graeco in latinum conversi per Georgium Trapezuntium, praevia eius Epistola nuncupatoria ad Nicolaum V. Pontificem, quae inc. *Eusebium Pamphili de Evangelica Praeparatione latinum ex graeco, Beatissime Pater, iussu tuo effeci.* Des. *hac traductione obtulimus*. Liber I. inc. *Quum quid sit Christianismus nescientibus aperire studuerim &c.* Liber XIV. des. *magno risu omnium explosi sunt*. Aliud exemplar occurrit in Codice XXV. Plut. XVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 347.

Codex membranaceus MS. Latinus in folio Saec. XV. elegantis, accurataeque scripturae, & cum initialibus singulorum Librorum litteris auratis, & coloratis, cuius prima pagina valde exornata est, & interpretis figuram exhibet in littera initiali Praefationis. Constat fol. scriptis 195.

SS. PAVLLINI, AVGVSTINI, IGNAT. ET POLYC. EPISTOLAE.

Cod. XVIII.

I. pag. 1. S. Paullini Episcopi Nolani Epistolae ad diversos, & Augustini ad Paullinum, omnes simul num. XLVI. quae collatae cum editione Operum Paullini Venet. MDCCXXXVI. fol. eo ordine procedunt, quem obtinent in Codice XX. Plut. XXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Latin. Codd. Tom. I. pag. 728. §. I. cum quo concordant etiam quoad illa, in quibus Codicem ab editione identidem discrepare animadvertimus. Notandum tamen est ob defectum nostri Codicis in principio, in quo perierunt priora novem folia, ut ex antiqua numeratione eruitur, Epistolam primam, quae est Paullini ad Severum fratrem, mutilam esse, & incipere a verbis.... *de finitima huic proposito via demigraverim &c.* quae in cit. editione incidunt in pag. 22. vers. 24. Vltima autem Epistola est Augustini ad Paullinum & Therasiam, quae in edit. Augustini Operum Venet. ann. MDCCXXIX. Tom. II. est sub num. LXXX.

II. pag. 130. b. S. Ignatii Episcopi Antiocheni, & Martyris Epistolae XV. ad diversos, & una B. Mariae Virginis responsiva ad Ignatium, praeviis testimoniis quibusdam de ipso excerptis ex Hieronymo in Libro de Viris Illustribus, ex Marco Michaële Presbytero Cortonensi (corrige *Carnotensi*) item in Libro de Illustribus Viris, & ex Bernardo Abbate Claraevallensi. Earum autem ordo idem est cum illo praefati Codicis XX. loc. cit. pag. 730. §. II. cum quo mirifice concordat, quoad ea omnia, quae ibi adnotavimus. Heic quoque clauduntur perbrevi Hironis laude, seu potius Oratione ad ipsum Ignatium directa, ut ibid. p. 731.

III. pag. 155. b. Epistola unica beati Polycarpi Episcopi, & Martyris ad Philippenses, ut ibid. §. III.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XV. nitidissimus, optimeque servatus, cum initialibus Epistolarum singularum litteris aureis, & coloratis, ac titulis rubricatis. Constat foliis scriptis 157.

VITAE ALIQVOT SANCTORVM, ET EPIST. S. AVGVST. ITAL.

Cod. XIX.

I. pag. 1. MVtilus est initio Codex; desunt enim priora folia duodecim, ut ex antiqua numeratione colligitur. Occurrit igitur primo Vita sancti Hie-

Digitized by Google

Hieronymi constans Capitibus XXVIII., quae incipit a verbis .... *l'avarizia. Grandi, ricchi, nobili, et potenti sono e ladroni, i quali per violentia rubano quello poco, che anno i poveri &c.* quae pertinent ad Caput XI. Des. *acciochè per li tuoi pietosi prieghi, et meriti per sua grazia quaggiù ci possiamo difendere da ogni cosa nociva, sichè lassù in Cielo possiamo venire a possedere teco quella beatitudine, che tu ai. Amen.*

II. pag. 32. b. Epistola sancti Augustini ad Cyrillum Hierosolymitanum Episcopum, in qua agit de obitu S. Hieronymi. Inc. *Il Campione della S. Madre Chiesa, et della gloriosa Cristiana Fede ec.* Des. *imperochè nessuno dubiti che quello, che esso Girolamo vuole, da Dio pienamente è accettato. Amen.*

III. pag. 40. b. Epistola S. Hieronymi ad Eustochium de Virginitate servanda. Praecedit Prologus interpretis, qui inc. *Volendo per utilità d'alquante donne religiose, et altre oneste vergini &c.* Des. *et holla distinta negli infrascritti Capitoli.* Epistola inc. *Audi filia, & vide = Per le predette parole, le quali sono scritte nel quadragesimo quarto Salmo, parla Idio all' anima, & dice dolcemente: Odi figliuola mia &c.* Des. *et così incominciando quì vita gloriosa, n' andrai poi col tuo sposo a godere in eterno. Qui est benedictus &c.*

IV. pag. 76. Alia eiusdem Epistola ad Cellantiam nobilem Romanam de modo vivendi. Inc. *Celebrata sentenzia è dell' antica Scriptura, essere una vergogna onde gloria si truova, & gratia &c.* Des. *non basta l'avere cominciato, ma sì avere condotto a perfettione, et giustitia.*

V. pag. 90. Alia eiusdem Epistola ad Principiam Virginem. Inc. *Spessissimamente, o Principia Vergine di Cristo, mi scongiuri, et prieghi, che io per scrittura faccia al Mondo memoria della santissima femina Marcella &c.* Des. *ma con una gratissima volontà di piacere a Dio, e a tutti coloro, che questa leggeranno. Amen.*

VI. pag. 96. Epistola S. Augustini ad nobilem Viduam de modo orandi. Inc. *Ricordomi, che mi richiedesti, anche con grande istantia mi domandasti, et io tel promisi, di scriverti alcuna cosa, per che modo tu debbi a Cristo orare &c.* Des. *ma non perchè noi crediamo, che sia di bisogno, che Iddio lo dà per exaldire. Amen.*

VII. pag. 104. b. Epistola S. Hieronymi ad Heliodorum de contemptu mundi, et vita solitaria. Inc. *Con quanto amore io mi sforzai, che tu, et io insieme dimorassimo nello eremo, sallo il petto della tua charitade &c.* Des. *il tuo amore m' invitò ad ciò che sia in queste cose, nelle quali ora è dura la fatica. Amen.*

VIII. pag. 110. *Leggenda di santo Miniato Martire, figliolo che fu del Rè d' Erminia.* Inc. *Nel primo anno di Decio Imperadore di Roma, cioè negli anni di Cristo dugento cinquantadue, essendo esso Decio in Firenze, siccome Camera di Imperio &c.* Des. *la quale Città* (scilicet Florentia) *riceve di dì in dì accrescimento, et onore per gli meriti, et per gli prieghi del detto santo Miniato, a laude, et grazia dello onnipotente Iddio, il quale sia benedetto per infinita saecula saeculorum. Amen.* Sequuntur deinde varia excerpta brevia ex Vitis Sanctorum Patrum.

IX. pag. 121. Opusculum initio mutilum ob defectum Codicis, cuius prima verba sunt..... *& resurgit. Dice, che 'l giusto cade il dì, non entrando nella notte oscura del mortale peccato, septe volte, et si rizza sù, cioè per compunzione &c.* Desinit item imperfecte in verbis: *che Iddio non l'abbandoni in sì dura battaglia, che se non l' aiuta, conviene che rimanga perdente, et vada ad perdizione, ma pure per peccatore.....*

X. pag. 127. *Epistola di Messere Frate Antonio Arcivescovo di Firenze ad Mona Dada figliola fu di ser Paolo di ser Lando, et moglie fu di Baldinaccio Adimari.* Inc. *Dominus regit me &c. Dice il Salmista di se parlando, et di ciascuno electo di Dio, uomo, et donna ec.* Des. *ad la quale esso sommo Pastore ci conduca. Non pensava scrivere tanto, et però ho rimesso, et posto, et drieto, inanzi, secondo i segni. Amen.*

XI. pag. 131. *Epistola mandò Donna Brigida donna fu di Niccolò Baldinotti da Pistoia alle Donne di S. Maria Nuova, confortatoria.* Inc. *Reverende Madri, et dilettissime sorelle in Christo Iesù. Quella divina grazia, la quale fa le nostre anime accepte nel divino cospetto, sia sempre nell' anime vostre &c.* Des. *la pace di Cristo, et la commozione del Santo Spirito sia sempre nell' anime vostre. Amen.*

XII. pag. 135. b. *Epistola di detta Donna Brigida alla moglie fu di Iacopo di Lionardo de' Bardi, ammunitoria.* Inc. *Honoranda, ac filia praedilecta, debita salutatione praemissa. Conoscendomi tanto ad le tue venerabili Madri, et ad te, et ad tutta la tua casa obligata &c.* Des. *perciochè quanto più vile è lo strumento da Dio exercitato, più maravigliosamente in quello risplende la sapienzia, et gloria dello operante Iddio. Vale, et pro me ora.*

XIII. pag. 140. *Leggenda di Messere santo Zanobi Vescovo di Firenze.* Inc. *Zenobio è detto doppio riposo, perochè fu riposato lo intendimento per chiara intelligenzia, e lo effetto per diritta concupiscenzia &c.* Des. *acciochè le nostre anime sieno salve dinanzi a lui per infinita saecula saeculorum. Amen.*

XIV. pag. 148. *Leggenda di S. Apollonia vergine, et Martire.* Inc. *In Alessandria fu una vergine bellissima nominata Apollonia, nata di nobile schiatta &c.* Des. *per godere in perpetuo con lui, il quale vive felicemente, et regna col Padre, et collo Spirito Santo per infinita saecula saeculorum. Amen.*

In

Digitized by Google

In ultima Codicis pagina leguntur Hymni, *Pange lingua gloriosi &c.*
Et *Veni Creator Spiritus &c.*

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. min. Saec. XV. variis in locis mutilus, in cuius calce legitur: *Liber iste est Iohannis, Iacobi, Latini, Primerani, Locti, Domini Folchetti, Chiariti, Domini Guidotti de Piglis, & manu propria scripsit.* Constat foliis scriptis 156.

S. BASILII QVAEDAM LATINE.

Cod. XX. I. pag. 1. S. Basilii Caesariensis Episcopi Liber ad Letoium Melitensem Episcopum de vera integritate Virginitatis, interprete Ambrosio Monacho Camaldulensi, cum ipsius Epistola nuncupatoria ad Patrem Gabrielem, ut in Codice XIII. supra pag. 313. §. II.

II. pag. 41. Eiusdem de liberalibus studiis, & ingenuis moribus Liber, interprete Leonardo Arretino, cum Epistola nuncupatoria ad Coluccium Salutatum, quae inc. *Ego tibi hunc Librum, Coluci, ex media, ut aiunt, Graecia delegi.* Des. *in quo animadverte, quaeso, quanta gravitas sit.* Liber inc. *Multa sunt, filii, quae hortantur me ad ea vobis consulenda &c.* Des. *quod non patiamini nunc recta consilia adspernantes.* Occurrit alibi saepius. Sub finem huiusce Libelli est notula marginalis, quae ita habet: *Anthrax, carbunculus graece, vulgo el carboncello, secundum Auguiccionem est morbus insanans.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. cum summariis, & scholiis aliquibus margini adscriptis, qui videtur esse particula Voluminis maioris, quum primum folium iuxta veterem numerationem incipiat a numero 99. Constat foliis scriptis 48.

S. ISIDORI SOLILOQVIA.

Cod. XXI. S. Isidori Episcopi Soliloquiorum (seu Synonymorum) Libri duo cum Prologo, cuius initium: *Venit nuper ad manus meas &c.* Finis: *& admonentis rationis.* Liber I. inc. *Anima mea in angustiis posita est, spiritus meus aestuat &c.* Liber II. des. *nihil te charius mihi, nihil mihi te dulcius; tu mihi super vitam meam places, in saecula saeculorum. Amen.* Tum hoc monitum: *Operam perdere noli frater.* Est Dialogus inter Hominem deflentem, & Rationem admonentem, & habetur in editione eius Operum Matritensi anni MDXCIX. in fol. Parte II. pag. 367. sub titulo: *Synonymorum de lamentatione animae peccatricis Libri II.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus, & cum titulis Capitum rubricatis. Constat foliis scriptis 35.

S. ISIDORI EPISCOPI DE IMAGINE MVNDI LIBRI TRES &c.

Cod. XXII. I. pag. 1. PRimi Operis titulus ita habet: *Incipit Imago Mundi, secundum beatum Isidorum.* Sunt autem Libri tres, quorum primus inc. *Mundus dicitur undique motus, est enim in perpetuo motu. Huius figura est in modum pilae rotunda, sed instar ovi elementis distincta: ovum quippe exterius testa undique ambitur, testae albumen, albumini vitellum, vitello gutta pinguedinis includitur &c.* Liber tertius des. *ex quibus luce clarius constat, Graecos nostri temporis novos pariter, & antiquos haereticos, qui scilicet exsistentiam Spiritus a Filio abnegant, ex tunc in generali V. S. Concilio excommunicationis sententiam miserabiliter incurrisse. Amen.* Tum subiicitur: *Explicit Imago Mundi.* In primi autem folii aversa parte, quae respicit initium recensiti Operis, delineata est figura quaedam sphaerica, exhibens duos Polos, arcticum & antarcticum, Zodiacum, & quinque Terrae Climata. Non exstat in cit. edit. Matritensi typis Regiis MDXCIX. fol.

II. pag. 23. b. Brevis Tractatus, forte eiusdem, de Sphaeris. Inc. *Notandum, sicut dicunt philosophi, quod Caeli sunt IX. Primum, a superius ad inferius computando, dicitur nona Sphaera, quae stellas non continet, & ad similitudinem huius moventur alii Caeli inferiores &c.* Des. *unde dato quod ad singulas stellas fixas essent singuli lapides ligati, & eiusdem ponderis, & omnium incideret casus in eodem puncto, omnes simul, & semel caderent super terram, & in ea quiescerent, & hoc totum patet in subiecta figura.* Tum subiicitur figura exhibens varios circulos Planetarum, & Signorum Zodiaci. Alia quoque figura descripta erat in principio Opusculi, exhibens itidem circulos Planetarum, & Signorum Zodiaci.

III. pag. 26. Anonymi explanatio quaedam in illa verba: *In principio creavit Deus caelum, & terram,* in qua praecipue quaestiones duae explicantur, *utrum scilicet Mundus fuerit ab aeterno,* & *utrum sint plura, vel unum principium omnium rerum.*

IV. pag. 27. b. Alia explanatio anonymi in illa verba: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram &c* Inc. *Beatissima omnium creatrix Sancta, & Individua Trinitas hominem sexto die creans, multiplici bono decoravit, libertatis, pulcritudinis, & potestatis &c.* Des. *haec in nobis inchoata per gratiam, consummabit in gloria Dominus noster Iesus Christus. Amen.*

V. pag. 29. Aristotelis Meteororum Libri quatuor. Primus inc. *Postquam praecessit rememoratio nostra de rebus naturalibus primis, & de stellis ordinantibus Mundum &c.* Quartus des. *& ad ultimum ex eis constantia*

Digitized by Google

tia velut hominem, necnon cetera huiuscemodi.

VI. pag. 48. Brevis Tractatus anonymi de formatione lapidum, montium, & mineralium. Inc. *Terra pura, lapis non fit, quia continuationem non facit, sed comminutionem &c.* Des. *hoc autem per solam liquationem non fit, sed accidunt ei ex hoc res quaedam extraneae.*

VII. In ultimo folio, quod cum ipso Codicis integumento ligneo compactum est, leguntur *Versus Iohannis Boccacii Francisco Petrarcae Poëtae unico atque illustri super Dantis Opere*, & quidem manu recentiore exarati, quos in lucem extulit Iacobus Philippus Thomasinus in *Petrarcha redivivo*, Patavii edito typis Paulli Frambotti MDCL. 4. pag. 232. sed quum eius lectio non parum discrepet a nostro Codice, idcirco utramque heic dare operae pretium duximus.

Lectio Codicis.

Versus Iohannis Bocaccii Francisco Petrarcae Poëtae unico atque illustri super Dantis Opere.

Italiae iam certus honos, cui tempora lauro
Romulei cinxere duces, hoc suscipe gratum
Dantis Opus, doctis vulgo mirabile, nullis
Ante, reor, simili compactum carmine saeclis.
Nec tibi sit durum versus vidisse Poëtae
Exulis, & patrio tantum sermone sonoros,
Frondibus ac nullis redimiti, crimine iniquae
Fortunae, exilium reliquum voluisse, futuris
Quid metris vulgare queat monstrare modernum
Causa fuit Vati; non quod persaepe frementes
Invidia dixere truces, quod nescius olim
Egerit hoc auctor, novisti forsan & ipse,
Traxerit hunc iuvenem studii per celsa nivosi
Cyrrheos, mediosque sinus, tacitosque recessus
Naturae, caelique vias, terraeque, marisque,
Aonios fontes, Parnassi culmen, & antra
Iulia, Pariseos dudum, serosque Britannos.
Hinc illi egregium sacro moderamine virtus
Theologi, Vatisque dedit simul, atque Sophiae
Agnomen, factusque fere est par gloria gentis,
Inque datura fuit meritis, quas improba lauro
Mors properata nimis vetuit vincire capillos.
Insuper & nudas coram quas ille camoenas,
Forte reris primo intuitu; si claustra Plutonis
Mente quidem reseres tota, mentemque, superbum
Atque Iovis solium sacris vestirier umbris,
Sublimes sensus cernes, & vertice Nisae
Plectra movere Dei, Musas, ac ordine miro
Cuncta trahi, dicesque libens, erit alter ab illo,
Quem genuit vatum grandis Florentia mater,
Atque veretur ovans nomen celebrisque per orbes
Ingentes fert grande suum, duce nomine nati,
Quem laudas, meritoque colis per saecula Dantes,
Hunc oro, mi care nimis, spesque unica nostrum,
Ingenio quamquam valeas, caelosque penetres,
Nec Latium solium fama, si sidera pulses,
Concivem, doctumque satis, pariterque Poëtam
Suscipe, perlege, iunge tuis, cole, comproba. Nam si
Feceris, ipse tibi facies, multumque favoris
Exquires; & magne vale decus urbis, & orbis.
Iohannes de Certaldo tuus.

Editio Thomasini.

Illustri Viro D. Francisco Petrarcae Laureato.

Italiae iam certus honos, cui tempora lauro
Romulei cinxere Duces, hoc suscipe gratum
Dantis Opus vulgo, quo numquam doctius ullis
Ante, reor, simili compactum carmine saeclis.
Nec tibi sit durum versus vidisse Poëtae
Exulis, & patrio tantum sermone sonoros,
Frondibus ac nullis redimiti, crimine iniquae
Fortunae. Hoc etenim exilium potuisse futuris
Quid metrum vulgare queat, monstrare modernum
Causa fuit Vati; non quod persaepe frementes
Invidia dixere truces, quod nescius olim
Egerit hoc auctor, novisti forsan & ipse,
Traxerit ut iuvenem Phaebus per celsa nivosi
Cyrrheos, mediosque sinus, tacitosque recessus
Naturae, caelique vias, terraeque, marisque,
Aonios fontes, Parnassi culmen, & antra
Iulia, Pariseos dudum, extremosque Britannos.
Hinc illi egregium sacro moderamine virtus
Theologi, Vatisque dedit simul, atque Sophiae
Agnomen, factusque est magnae gloria gentis
Altera Florigenum. Meritis tamen improba lauris
Mors properata nimis vetuit vincire capillos.
Insuper & coram si nudas ire camoenas
Forte putas primo intuitu; si claustra Plutonis
Mente quidem reseres tota, montemque superbum,
Atque Iovis solium sacris vestirier umbris,
Sublimes sensus cernes, & vertice Nisae
Plectra movere Dei Musas, ac ordine miro
Cuncta trahi, dicesque libens, erit alter ab illo,
Quem laudas, meritoque colis per saecula Dantes,
Quem genuit grandis vatum Florentia mater,
Et veneratur ovans nomen celebrisque per urbes
Ingentes fert grande suum, duce nomine nati.
Hunc oro, mi chare nimis, spesque unica nostrum,
Ingenio quamquam valeas, caelosque penetres,
Nec Latium solum fama, sed sidera pulses,
Concivem, doctumque satis, pariterque Poëtam
Suscipe, iunge tuis, lauda, cole, perlege. Nam si
Feceris hoc, magnis & te decorabis, & illum
Laudibus. O nostrae eximium decus urbis, & orbis.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XII. cum titulis rubricatis, optime servatus, in cuius prima pagina legitur *Isidoro Cosmografia fior. uno largo, &c. num. 642. Donati Acciaioli.* Constat foliis scriptis 49.

Digitized by Google

CASSIODORI EPISTOLAE, ET LIBER DE ANIMA.

Cod. XXIII. MAgni Aurelii Cassiodori Senatoris, viri clarissimi, & illustris, Exequestris Palatii, Exconsulis ordinarii, Exmagistri officii, Praepositi, atque Patricii, Variarum Libri decem, praeposito singulis eorum, ad quos Epistolae missae sunt, elencho. Vltimus tamen Liber non est Variarum, sed de Anima, ut habetur in Codice XXII. Plut. LIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 617. cum quo mirifice concordat. Adspersus est autem Codex variis scholiis marginalibus manus recentioris, ab initio usque ad pag. 15. In calce tandem legitur, absque ullo titulo, Epistola sancti Bernardi Abbatis Claraevallensis ad Eugenium III. recens in Pontificem adsumptum, quae in editione Parisiensi, curante Ioan. Mabillonio apud Carolum Rabustel MDCCXIX. fol. est sub num. CCXXXVIII. Inc. *Auditum est in terra nostra*. Desinit imperfecte in verbis: *& revertuntur retrorsum omnes, qui oderunt*.....

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XII. binis columnis exaratus, cum titulis Librorum, & Epistolarum rubrica conscriptis. Constat fol. scriptis 112.

BOETHIVS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

Cod. XXIV. I. pag. 1. ANicii Manlii Severini Torquati Patricii Boëthii, & Consulis ordinarii de Consolatione Philosophiae Libri V. ut alibi saepius.

II. pag. 31. Sequitur *Scriptum Treveth super Libros Boëthii de Consolatione Philosophica* manu recentiore exaratum. Est autem tantummodo fragmentum sex foliis comprehensum, incipiens: *Explanationem Librorum Boëthii de Consolatione Philosophica aggressurus &c.* Integrum hunc Nicolai Treveth Commentarium in Boëthium de Consolatione exhibet Cod. XLVI. Plut. LXXVI. Biblioth. Laurent. ut videre est Catalogi nostri Tom. III. pag. 116.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIII. cum pictura in primo folio, & auctoris effigie in littera initiali Operis, in cuius initio legitur: *Iste Liber Boëthii est Malatestae de Ariostis, quem concessit mihi Ophelino Sandeo nepoti suo*; in fine vero: *Abbatiae Florentiae*. Constat fol. scriptis 36.

BOETHII ARITHMETICA.

Cod. XXV. SEverini Boëthii de Arithmetica Libri duo cum figuris ad varias ipsius operationes peragendas pertinentibus, & cum Praefatione ad Symmachum, ut in Codice XX. Plut. XXIX. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 37. Adsunt in margine adnotationes variae manus antiquae. In principio Codicis traditur Regula *ad sciendum capacitatem cuiuslibet arcae, & cuiuscumque rei rotundae, quadratae &c.* In fine vero alia Regula *ad terminum quemcumque invenire cupis, Septuagesimae, Quadragesimae, Paschae, Rogationum, Pentecostes per* XIX. *annos*.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XII. optime servatus. Constat foliis scriptis 46.

EXPOSITIO REGVLAE SANCTI BENEDICTI.

Cod. XXVI. POst monitum, *Ausculta, o fili, praecepta magistri, & inclina aurem cordis tui*, sequitur titulus: *Incipit Expositio Regulae S. Patris Benedicti*. Tum succedit Prologus, cuius initium: *Tres enim sunt Ecclesiasticae disciplinae, prima Physica, idest naturalis; secunda Ethica, idest moralis; tertia Loica, idest rationalis &c.* Finis: *in duas species vindictae, quarum prima species est in ultione mali filii, secunda vero est in vindicta mali servi*. Hunc Prologum excipiunt pag. 7. *Capitula Regulae*, quae sunt LXX. licet in progressu Operis numerentur LXXIII. Caput I. *De generibus, vel vita Monachorum* inc. *Monachorum quatuor esse genera manifestum est. Aptum enim, & congruum descripturo vitam, & normam Monachorum fuit dicere de generibus vel vita eorum, quatenus cognosceretur auctor cuiusque vitae, quia eo verius unaquaeque ars, vel disciplina tenetur, quo auctor eius ad probabilem finem pervenisse comprobatur &c.* Caput ultimum *De taciturnitate* des. *si vero non potuerit de consiliis fratrem bonum invenire, debet venire in Capitulum postea, & dicere: tractavimus consilia vestra, & non potuimus reperire ex illis melius consilium, quam istud, & volo ut fiat; et quum hoc dixerit, iam nullus debet aliquid contendere, & dicere, sed omnes taceant*. Tum subditur haec subscriptio: *Precor vos pro Deo omnes, qui in isto Libro legerint, orent pro me peccatore ad Dominum Iesum Christum*; ita tamen scripta, ut pro vocalibus litteris, puncta adhibeantur, eo ordine, ut litterae *a* unum adsignet punctum, litterae *e* duo, *i* tria &c.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XI. binis columnis exaratus, & in principio aliquantum maculatus. Constat foliis scriptis 115.

COLLECTIO CANONVM, SEV POLYCARPVS.

Cod. XXVII. PRaecedit Chronicon Pontificum Romanorum, incipiens a beato Petro, & desinens in Agapeto (II.) Succedit deinde pag. 3. Epistola nuncupatoria, ita inscripta: *Dilecto Domino Didaco, S. Iacobi Ecclesiae pontificali infula digne decorato, Gregorius Presby-*

Digitized by Google

shyterorum humillimus salutem. Inc. *Petistis iamdudum, & hoc saepe, ut Opus arduum, & supra vires meas aggrederer, Librum Canonum scilicet &c.* Des. *praeterea ne per Libri seriem lectorem res indistincta turbaret, huius Operis Titulos praeponere placuit, ut suis locis exigere possit, quod sub numero competenti praedictum esse cognoscit*. Opus hoc in octo Libros est distributum, & singulorum Librorum Capita simul iuncta, referuntur in principio. Caput I. Libri I., quod est *De principatu Petri*, inc. *Anacletus Cap. XXXIII. Inter beatos Apostolos quaedam fuit discretio, & licet omnes Apostoli essent, Petro tamen a Domino concessum est, & ipsi inter se idipsum voluere, ut reliquis omnibus praeesset Apostolis, & Cephas, idest caput, & principium teneret Apostolatus &c.* Libri VIII. Caput ultimum, quod inscribitur *De receptione animarum iustorum in caelum ante restitutionem corporum in dialogo*, des. *simili modo si unus ex coniugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult, sicut dicit Apostolus, si infidelis discedit, discedat*. Tum subditur: *Explicit Liber octavus*. In ultimis quatuor foliis valde corruptis, & detritis, habentur alia sanctorum Patrum testimonia de variis quaestionibus Ecclesiasticis, & praecipue *de libero arbitrio, de peccato originali &c.* De hac Canonica Collectione haec habet Gerh. Von Mastricht in Historia Iuris Eccles. & Pontificii Amstelaedami MDCLXXXVI. 12. pag. 314. *Num & in hoc undecimum, an sequens saeculum referendus sit Gregorius Presbyter, non satis scio, ita obscura est eius fama & historia; eius quoque Collectio Canonum impressa, quod scio, non est; eam vocavit* Polycarpum, *forte quia in particulas multas est discerpta. Mss. citant ex Bibliotheca Vaticana Romani Emendatores Gratiani in Indiculo; citat quoque Mss. Antonius Augustinus, qui in Dialogis eius meminit. De eo, & Bernardo Papiensi, item auctore Libri* Populeti *haec notat Cl. Blondellus in Prolegomenis ad Pseudo=Isidorum vapulant. Cap. XVIII. pag. 99. in fine: Gregorius Presbyter similem Collectionem* (qualem nimirum Deus dedit & Ivo) *publicavit, quam* Polycarpum *nominavit; ut & Bernardus Papiensis, & auctor Libri* Populeti. *Sed haec ad manus non sunt, nec quo tempore vixere auctores nobis compertum est.*

Codex membranaceus MS. in fol. min. Saec. XII. ineuntis, binis columnis exaratus. Constat fol. scriptis 124.

ANON. ET S. BERNARDI SERMON.

Cod. XXVIII. COntinet hic Codex Sermones varios anepigraphos, quorum nonnulli Divi Bernardi Claraevallensis Abbatis nomen praeferunt hoc ordine:

I. pag. 1. Primus anepigraphus inc. *Dicit Dominus per Hieremiam Prophetam: Praeparamini contra Babylonem &c. Vos, fratres charissimi, congregati estis in domo Domini &c.* Des. *ut qui multos peccando corrupit, sustinendo poenam alios corrigat*.

II. pag. ead. b. Sermo ad Sacerdotes. Inc. *Valde pertimesco, ne commissa mihi plebs fidelium, reatus nostri additamento depereat &c.* Des. *& tamen recidantur citius, ne immoderatius excrescant*.

III. pag. 4. Item Sermo ad Sacerdotes. Inc. *Designavit Dominus Iesus alios septuaginta duos &c. Elegit, fratres charissimi, Dominus in primitiva Ecclesia XII. Apostolos, qui alios gubernarent*. Des. *vobis dicit Dominus: Negotiamini, dum venio*.

IV. pag. 5. Alius Sermo ad Sacerdotes. Inc. *In divina creationis altitudine, & ineffabilis miserationis magnitudine aciem mentis intendamus*. Des. *qui nunc pius Pontifex pro nobis interpellat Iesus Dominus noster, qui in templo sit nobis aeternae salutis impetratio. Per Christum Dominum nostrum &c.*

V. pag. 6. Sermo ad Praelatos Ecclesiarum. Post sacrae Scripturae verba: *In lectulum Salomonis ambiunt LX. fortes &c.* inc. *Salomon, qui pacificus interpretatur, Christus est, qui terrena pacificavit, atque caelestia*. Des. *unde dictum est: Multae filiae congregaverunt divitias, sed tu supergressa es universas*.

VI. pag. ead. b. Sermo ad Pastores. Post verba: *Quis putas est fidelis servus &c.* inc. *Haec verba Redemptoris, magni sunt ponderis, et summi examinis*. Des. *quod erit, praestante Deo, & in aeterna beatitudine, ad quam nos perducat qui regnat sine fine*.

VII. pag. 7. Sermo beati Ioannis Baptistae, & quidem brevissimus. Inc. *Hodie, dilectissimi, dies illuxit insignis, & tanto diebus ceteris sanctior, quanto sanctiorem hominem terris effudit*. Des. *eleventur*. T. V. pag. 688. inter S. Bernardo perperam adscriptos.

VIII. pag. ead. b. Sermo in Annuntiatione S. Mariae. Inc. *Ave, inquit Angelus, Maria gratia plena, Dominus tecum. O nova, o caelesti nectare delibuta, o multum officiosa salutatio*. Des. *infirma enim mundi elegit Deus, ut confundat fortia*.

IX. pag. 8. Sermo ad populum. Inc. *Intravit Iesus in quoddam Castellum &c. Castellum, ad quod Iesus ingreditur, voluntaria paupertas est*. Des. *sufficiant haec, quae ad praesens dicta sunt de laude Ioannis, ad gratiam Redemptoris, qui est Deus benedictus in saecula. Amen*.

X. pag. 11. b. Alius Sermo ad populum. Inc. *Hodie, fratres, si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra, sed aperite aures vestras interiores*. Des. *qui enim poenitentiam dedit, dat inde continentiam, & post opera virtutum, donec ad osculum manus perveniamus*.

XI. pag. 12. b. Sermo anepigraphus. Inc. *Memor esto, fili, quoniam pauperem vitam gerimus &c. Intelligens Tobias, quod in Sapientia legerat, quia filius stultus est ignominia*

Digitized by Google

minia, & maledictio patris. Des. *gaudium scilicet Angelorum, & gloriam Sanctorum, ad quam nos perducere dignetur Dominus gloriae, qui vivit &c.*

XII. pag. 14. b. Sermo ad populum. Inc. *David spiritu praevidens futura, liberavit, inquit, Dominus pauperem a potente &c.* Des. *nescit ille parce remunerare, si bonus servus es.*

XIII. pag. 15. In Assumptione S. Mariae. Inc. *Is, quem spirituali munere gratiae, atque privilegio singularis benevolentiae repleverat sapientia &c.* Des. *quo beata feliciter hodie introivit, adiuvante, qui ex ea nasci dignatus est, Iesu Domino nostro, qui vivit &c.*

XIV. pag. 17. b. In Quadragesima. Inc. *Convertimini, & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris &c. Audite, fratres charissimi, quantae misericordiae, quantae patientiae est Redemptor noster.* Des. *ut spiritus vester sit salvus in die Domini.*

XV. pag. 18. b. Sermo ad populum. Inc. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua &c. Dominus, & Redemptor noster, fratres charissimi, aliquando per similitudines nobis loquitur.* Des. *ibi eritis socii Angelorum, heredes Dei, coheredes Christi, quod idem praestare dignetur. Amen.*

XVI. pag. 19. Alius ad populum. Inc. *Audite verbum Domini, filii Israël &c. Osee propheta, fratres charissimi, quum Deum iratum culpa vestra videret.* Des. *ut ad exemplum poenitentiae nos invitet, quos vita prava remordet.*

XVII. pag. ead. b. Alter Sermo, cuius titulus deletus est. Inc. *Initium sapientiae, timor Domini. Timor est initium, & porta, per quam intratur ad Deum.* Des. *ut, sicut initium sapientiae timor Domini, sic sit consummatio amor Dei.*

XVIII. pag. 20. Sermo de Dedicatione. Inc. *Salomon aedificavit templum Domini in Ierusalem &c. Omnia, fratres charissimi, facta antiquae legis, figura sunt novae, & propter nos memoriae commendata.* Des. *ut eius meritis possitis patriam aeternam mercari, iuvante Domino &c.*

XIX. pag. 21. Sermo in Palmis. Inc. *Discipuli cum Domino appropinquante Ierusalem, venerunt Bethphage ad montem Oliveti.* Des. *ut non nostram, sed Dei in omnibus quaeramus gloriam. Ipse ergo benedictus, qui venit in nomine Domini.*

XX. pag. 22. Sermo, cuius titulus deletus est. Inc. *Dilectus meus descendit in hortum suum &c. Hortus iste sponsa est, fidelium scilicet congregatio, de quorum hodie solemnitate agitur.* Des. *ut pascatur in hortis, & lilia conligat.*

XXI. pag. 23. Sermo de timore, & amore cõis (*sic*). Inc. *Deum time, & mandata eius observa &c. Haec duo sunt, timor scilicet Dei, & amor, quae viam praeparant in caelum.* Des. *carni obediunt, & concupiscentias oculorum sequuntur, superbia efferuntur.*

XXII. pag. 24. Sermo de VII. aliis cõis (*sic*). Inc. *Quis dabit mihi pennas, sicut columbae &c. Ecce alter Petrus, qui periclitatur in mari.* Des. *ut de plenitudine scientiae, & sapientiae Dei subditis suis potum hauriat, quo nos potare dignetur, qui sine fine &c.*

XXIII. pag. ead. b. Sermo de luctu ad populum. Inc. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Dulcis, & iucunda est ista promissio.* Des. *ad risum sine luctu, sine dubio transibunt. Vnde Psalmista: Euntes ibant, & flebant &c.*

XXIV. pag. 25. b. Sermo de IIII. Septenis. Inc. *Pater noster, qui es in caelis &c. Haec Dominica Oratio brevis quidem est, sed valde utilis.* Des. *ipso praestante, qui ait: Sic ergo orabitis: Pater noster &c.*

XXV. pag. 27. Sermo ad Simplices. Inc. *Non habemus hic manentem civitatem &c. Quum multa quotidie in humanae fragilitatis conditione lamentando consideranda sint.* Des. *& in cor hominis non adscendit, ad quos nos perducere dignetur, qui vivit, & regnat &c.*

XXVI. pag ead. b. Sermo anepigraphus. Inc. *Sedisti ad mensam divitis. In verbis istis loquitur Spiritus consilii, voce suavi, sed & terribili.* Des. *illorum vestigia humiliter adorare, qui est benedictus in saecula. Amen.*

XXVII. pag. 29. Sermo de Misericordia, & Veritate. Inc. *Hodie misericordia, & veritas obviaverunt sibi, & multitudo miserationum Domini in peccatricem foeminam refusa est.* Des. *& placatum nobis reddat iudicem nostrum, amicum suum, qui est benedictus in saecula. Amen.*

XXVIII. pag. 30. b. Sermo ad Pastores. Inc. *Quis, putas, est fidelis servus &c. Signata sunt verba, & tremendi examinis, sapientiae caelestis sale condita.* Des. *sed potius morum eligatur gratia, sana fides, virtutum praerogativa, vitae maturitas, & prae omnibus....* Videtur Sermo imperfectus.

XXIX. pag. 31. Sermo ad Clericos. Inc. *Cantate Domino canticum novum. Vestrum est, & ad vos pertinet novum canticum cantare.* Des. *& innovati, ut praedictum est, digne poterimus cantare canticum novum.*

XXX. pag. ead. b. Sermo de simplicitate columbae. Inc. *Septem sunt columbae naturae, prima, quia caret felle &c.* Des. *in foramine petrae, & in caverna maceriae ostende faciem tuam, & reliqua.*

XXXI. pag. 32. Sermo de Corpore, & Sanguine Domini. Inc. *Beatus ille David Prophetarum eximius legerat in quodam mysteriorum secretario, reverendi Sacerdotes, quae & quanta Dominus naufraganti mundo &c.* Des. *in quo Christus christos suo exaudire dignetur, ministrando auxilium gratiae suae.*

XXXII. pag. 33. b. Sermo anepigraphus. Inc. *Sapientia aedificavit sibi domum &c. Sapientia alia creata, alia increata.* Des. *salutare tuum exspectabo, Domine: homo enim iste est Messias.*

XXXIII.

Digitized by Google

XXXIII. pag. 35. Sermo de Adventu Domini. Inc. *Negotiamini dum venero. Quinque sunt adventus; est enim adventus redemptionis, inspirationis, confirmationis, separationis, glorificationis.* Des. *mundemus ergo domum conscientiae, ut cum eo regnare valeamus, qui vivit &c.*

XXXIV. pag. 35. b. Sermo anepigraphus. Inc. *Ierusalem surge, & sta in excelso &c. Quae est ista Ierusalem? Anima fidelis, quae est habitaculum Spiritus Sancti.* Des. *oculus non vidit, quae praeparavit Deus diligentibus se.*

XXXV. pag. 36. b. Sermo anepigraphus. Inc. *Qui mihi ministrat, ait Dominus, me sequatur &c. Verba Christi, fratres, nulla ratione possunt examinari.* Des. *quatenus ei ministrare, & eius vestigia imitari valeamus, qui cum Patre &c.*

XXXVI. pag. 38. Epistola inscripta: *Dilectissimis fratribus suis, dilectissimus eorum frater charitatem.* Inc. *Booz veniens ad messores suos, invenit nihil in via, quod honestius & utilius in breviloquio posset eis dicere &c.* Des. *per vinculum supernae charitatis, per patrocinium necessitatis.*

XXXVII. pag. ead. b. Alia Epistola inscripta: *Dilectissimis fratribus suis dilectissimus eorum frater charitatem fraternitatis casto amore impendere.* Inc. *Postquam revocatus sum a Curia, ubi frequenti curiositate utriusque hominis statum non mediocriter destitueram &c.* Des. *quaesiturum licentiam, & utinam inventurus. Valete.*

XXXVIII. pag. ead. Sermo in Dedicatione Templi. Inc. *Dominici templi aedificationem, & domus regalis admirabilem unionem iuxta modum possibilitatis nostrae vobis significare cupiens &c.* Des. *minas remittit, debita dimittit, vitam aeternam concedit.*

XXXIX. pag. 42. Sermo anepigraphus. Inc. *De Libro Iudicum. Quum divideret Iesus filius Nave terras filiis Israël, venit ad eum Caleph filius Iefoniae &c.* Des. *quae per vitium fugata erat, clara, & fulgida invenitur.*

XL. pag. ead. Alius Sermo anepigraphus, adscriptis verbis: *Gregorius super Ezechielem.* Inc. *Septiformem gratiam. Vitae caelestis nobis aditus aperitur, quos gradus de caelestibus loquens Isaias, descendendo magis, quam adscendendo, numerat, scilicet sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem &c.* Heic notandum est inter pag. 43. & 44. aliquem defectum occurrere, in quo finis superioris Sermonis, & initium sequentis deperiit.

XLI. pag. 44. Sermo anepigraphus, sed videtur esse de Assumptione Corporis B. Mariae Virginis, cum Prooemio, cuius initium, ob praedictum defectum, fit a verbis.... *redimere humilitate, humilitatis naturam de sanctificato corpore sumens &c.* Sermo inc. *Quia profundissimae, & sua dignitate altissimae sum responsurus quaestioni, lectorem meum obsecro, ut pro me interprecetur, & si qua a me pleniter dicta cognoverit, bonis Dei gratus exsistat.* Des. *si ergo dixi, ut debui, approba, Christiane, obsecro, tu, & tui; si autem, ut non debui, ignosce tu, & tui, qui cum Deo Patre &c.*

XLII. pag. 45. b. Epistola inscripta: *Bernardus Abbas Claraevallensis dictus Soph. virginem virginitatis servare titulum, & apprehendere &c.* Inc. *Condelector, filia, gloriae virtutis tuae, quia fallacem mundi gloriam respuisse iactaris.* Des. *porro animae non habent quid faciant etiam, quod corpus occidunt.* Tum subiicitur: *Expliciunt Sermones Abbatis Claraevallensis.* Hanc Epistolam, & superiores, necnon qui sequuntur Sermones inter Bernardi Opera Parisiis apud Carolum Robustel, curante Io. Mabillonio, MDCCXIX. fol. frustra quaesivimus.

XLIII. pag. 46. Sequuntur alii Sermones XI. auctoris nomine destituti. Primus inc. *Adscende in Bethel &c. Mysticum est, viri reverendi, verbum, quod auditis per os meum.* Des. *ad contemplandam speciem celsitudinis praeascensoris, & Redemptoris nostri Iesu Christi, cui cum Patre &c.*

XLIV. pag. 47. Secundus inc. *Ne ad mensam tabernaculi, idest ad scripturam caelestis oraculi, quae dum aeterna bona, & qualiter ad ipsa perveniatur, ostendit &c.* Des. *quod oportet nos credere. Corde enim creditur ad iustitiam &c.*

XLV. pag. 50. Tertius inc. *Comedi favum meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Quia minus eloquens coram totius fonte sapientiae, licet balbutiendo &c.* Des. *quatenus per eam valeamus pervenire ad regnum, quod est veri Salomonis convivium, quod ipse praestare dignetur, qui cum Patre &c.*

XLVI. pag. 51. Quartus inc. *Est ad Deum quidam redeundi modus, primi hominis casui oppositus &c.* Des. *sine sonitu mallei postmodum construantur.*

XLVII. pag. ead. b. Quintus inc. *Initium sapientiae timor Domini. Timor est ianua, & initium nostrae conversationis* (sic) *ad Deum; iste est introductorius ad charitatem.* Des. *maiorem faetorem patitur, & sic desiderat exire stabulum.*

XLVIII. pag. ead. Sextus inc. *Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Verba Christi exsufflari, vel exterminari nullo modo possunt &c.* Des. *liberet nos ab omni miseria, & poenalitate, faciendo nos heredes Dei.*

IL. pag. 52. Septimus inc. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus &c. David moralis, & fidelis interpres divinae voluntatis in persona fidelis loquitur hoc.* Des. *summoque desiderio dicunt: Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei.*

L. pag. 53. Octavus inc. *Venite ad me omnes, qui laboratis &c. In his verbis Dominicis pensanda est nostrae magnitudo miseriae,*

& di-

Digitized by Google

& dignitas, & celsitudo pietatis. Des. *& haec est vera confessio, & vera laus.*

LI. pag. ead. Nonus inc. *Nuptiae factae sunt &c. Nuptiae spirituales fiunt quotidie in Ecclesia.* Des. *in omnibus operibus ei adhaerendo, & ad eius conformitatem currendo.*

LII. pag. ead. b. Decimus inc. *Revertere, revertere Sunamitis &c. Haec sunt verba Redemptoris misericorditer animam revocantis &c.* Des. *& misericordiam eius perenniter adipisci; oculi enim Domini super iustos &c.*

LIII. pag. 54. Vndecimus inc. *Despondi vos uni viro &c. Christus est sponsus, Ecclesia sponsa, Christus caput, Ecclesia corpus.* Des. *ad primam omnes invitantur, etiam impii; unde dicitur. O vos omnes, qui transitis per viam &c.* Videtur mutilus in fine.

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XIII. binis columnis, charactere minuto, & per compendia exaratus, & num. 244. in principio designatus, Constat foliis scriptis 54.

INNOCENTII III. DE MISERIA CONDITIONIS HVMANAE LIBRI III.

Cod. XXIX. OPeri titulus est: *In Christi nomine incipit Liber de miseria humanae conditionis edita* (corr. *editus*) *a Lotterio Diacono Card. sanctorum Sergii & Luchi* (corr. *Bacchi*) *qui postea Innocentius Papa III. appellatus est.* Hunc titulum sequitur Tabula Capitum trium Librorum, in quos dividitur Opus; qua absoluta iterum legitur: *Expliciunt Capitula Libri III. Incipit Prologus Libri Domini Lotarii Diaconi Cardinalis sanctorum Sergii & Bacchi compositus anno* IIII. *Caelestini III. Papae, Indictione* XIII. Prologi inscriptio & initium est: *Domino Patri karissimo P. Portuensi Episcopo Lottarius indignus Diaconus gratiam in praesenti, & gloriam in futuro. Modicum otii &c.* Finis: *ut per illud humilius exaltetur.* Liber I. inc. *Quare de vulva matris egressus sum? &c.* Liber III. des. *sulphur & ignis ardens in saecula saeculorum.* Concordant quoad initium & finem cum Codice XXVII. Plutei XII. Biblioth. Laurent. Catalogi nostri Latin. Codd. Tom. I. pag. 32. §. XII. ubi habentur sub titulo *De contemtu mundi.* In calce nostri Codicis leguntur ab alia manu descripta monita quaedam salutaria *pro Sacerdotibus, pro Dominis Potestatibus, pro Civibus, & Mercatoribus &c.*

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XIII. binis columnis, charactere minuto, sed perspicuo exaratus, & cum titulis Capitum rubricatis, Constat fol. scriptis 10.

D. THOMAE AQVINATIS POSTILLA IN HIEREMIAM PROPHETAM ET ALIA.

Cod. XXX. 1. pag. 1. TItulum primi Operis, qui desideratur ob avulsam primam paginam, ex subscriptione, qua clauditur, mutuati sumus, qui ita habet: *Postilla S. Thomae de Aquino Ordinis Fratrum Praedicatorum super Hieremiam Prophetam usque ad Capitulum XLII. non finitum, cuius quidem Postillae auctoritates, & allegationes, quae valde breviatae erant, extendi, prout melius novi, & potui, ego Frater Leonardus Ser Vberti de Florentia, minimus in dicto Ordine Fratrum Praedicatorum circa annum Domini* MCCCCLXX., *de bono opere, si quod est, gratias Deo agens, bonorum omnium largitori, de omni autem errato, & defectu humiliter veniam petens.* Post Postillam in titulum Hieremiae Prophetae, cuius tantum postrema verba ob praedictum defectum supersunt, Tractatus in Caput primum inc. *Et factum est verbum Domini ad me dicens &c. Hic incipit Tractatus istius Libri, & primo iniungitur Hieremiae prophetandi officium, secundo ponitur Prophetae iam constituti vaticinium &c.* In Caput XLII. & ultimum des. *Dominus mecum est, quasi bellator fortis. Idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt, confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur. Isaiae L. Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus.* Tum subiungitur: *Vsque huc scriptum sancti Thomae de Aquino, Ordinis Praedicatorum, super Hieremiam Prophetam. Laus Deo.* Exstat inter Opera D. Thomae Venetiis apud Dominicum Nicolinum MDXCIII. fol. Tom. XIII. a pag. 1. ad pag. 33. Ignotus fuit hic Codex clariss. Quetifio, & Echardo in scriptoribus Ord. Praedic. Tom. I. pag. 859. ubi agitur de hoc Fr. Leonardo Ser Vberti de Florentia, qui mortuus est Romae an. MCCCCLXXXI. Maii XXV.; ita enim legitur initio Codicis ab eo scripti, & in sancti Marci Bibliotheca Ordinis Praedicatorum, in quorum Societatem adscribi voluit, adservati in Arm. I. num. IX.

II. pag. 53. Fr. Barptolemaei Lapaccii Florentini, Ordinis Praedicatorum, Opus de glorificatione sensuum in Paradiso, in duos Libros distributum, praevio Prologo, qui inc. *Duas esse vitas aeternas, & duo essentialia praemia, scilicet vitam animae, & corporis, triplici auctoritate cum suis expositionibus possumus informari.* Des. *& sic patet, quod duplex est beatitudo.* Libri vero in varios Tractatus dividuntur. Libri primi Tractatus primus inc. *Prima conclusio. Omnes potentiae sensitivae corporum glorificatorum in caelesti patria, habebunt proprios actus. Ista conclusio auctoritate Augustini probatur &c.* Libri secundi Tractatus ultimus des. *quis dubitet, quod per corpus sentiemus, non solum sensum tactus extrinseci, sed etiam intrinseci refectionem, & intellectus, & affectus plenam in Deum exsultationem, iuxta illud: Cor meum, & caro mea exsultaverunt in Deum vivum, cui laus, & gloria in saecula saeculorum. Amen.* Tum subiungitur in rubrica: *Explicit*

Digitized by Google

cit Tractatus de glorificatione sensuum corporalium in Paradiso, quem praedicavit Venetiis Reverendus Pater Dominus Bartholomaeus Lapaccius Florentinus, Ordinis Praedicatorum, Episcopus Coronensis, vir in omni scientia, maxime sacra, sui temporis eruditissimus, & nulli inferior. Hic in Romana Curia apud Summum Pontificem Dux verbi, & Viola, seu Lyra appellabatur, & eius eloquentia, & sapientia multo amplius in ore suo, quam in suis litteris, & scriptis elucebat, & cetera. Hoc Opusculum typis prodiit Venetiis anno MCCCCXCVIII. 8. de quo vid. cit. Quetifum &c. Tom. I. pag. 834. seq. ubi multa scitu digna de eius Vita, & Operibus adferuntur. Obiit autem Florentiae an. MCCCCLXVI. die XXI. Iunii, & in magnifico S. Mariae Novellae Templo tumulatus est, hac teste Michaële Poccianto in Catal. Scriptor. Flor. adposita Inscriptione: BARTHOLOMAEO LAPACCIO CORONEN. EPISCOPO ARMIS OMNIBVS ECCLESIAE MILITI INVICTISSIMO PIETAS CVRAVIT.

III. pag. 75. b. Tertium Opus inscribitur: *Tractatus bonus de celebratione Missae editus a Magistro Ioanne de Garson, sacrae Theologiae Professore, & Studii Parisiensis summo Cancellario*, & dividitur in *Considerationes* undecim Inc. *Dubitatum est apud me frequenter, & diu, praesertim post susceptum sacerdotium, si quis nocturno pollutus somnio, a celebrando Missam cessare deberet &c.* Des. *Deum time, in te non sperans, in se fidens, & mandata eius observa, quod in te est non omittens, hoc est omnis homo, & sic est finis. Deo gratias.* Tum repetitur titulus ut supra. Nihil de eo habes apud Fabric. in Biblioth. Med.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, cum titulis Capitum rubricatis, optimeque servatus. Constat foliis scriptis 79.

S. CATHARINAE SENENSIS LIBER.

Cod. XXXI.

I. pag. 1. S. Catharinae Senensis Liber, cui titulus: *Comincia il Libro facto & compilato per la venerandissima Vergine fedelissima serva & sposa di Iesu Christo Crocifixo Caterina da Siena, vestita dello habito di sancto Domenico sotto gli anni del Signore mille trecento settanta otto del mese d'Octobre al tempo del Sanctissimo in Christo Padre, & Signore Papa Gregorio undecimo.* Dividitur autem in Capita CLXVII. quorum primum inscriptum: *Come l'anima per oratione s'unisce con Dio, & come questa anima, della quale quì si parla, essendo levata in contemplatione, faceva a Dio quattro petitioni*, inc. *Levandosi una anima anxiata di grandissimo desiderio verso l'onore di Dio &c.* Caput ultimum inscriptum: *Questa è una repetitione in somma di quasi tucto questo Libro presente*, des *del quale lume pare che di nuovo inebrii l'anima mia. Deo gratias. Amen.* Hic Liber exstat in eius Operum editione Senensi anni MDCCVII. in 4. Tom. IV. a pag. 1. ad pag. 326. sub titulo: *Trattato della Divina Provvidenza &c.* & quoad titulum, initium, & finem, concordat cum Codice C. Plutei LXXXIX. super. Biblioth. Gaddianae, Catalogi nostri Italic. Codd. Tom. V. pag. 334.

II. pag. 177. Miracula, seu brevis Vita S. Catharinae. Inc. *Venne a Firenze del mese di Maggio anni* MCCCLXXIV. *quando fu il Capitolo de' Frati Predicatori per comandamento del Maestro dell' Ordine, una vestita delle Pinzochere di sancto Domenico, che à nome Caterina di Iacopo da Siena &c.* Des. *poi la seguente nocte Christo l'apparve, & chiamandola disse: Caterina, perchè ti mettesti affare per lo mi' amore quella cosa, isposare ti voglio, & misile l'anello, & sparì via. Deo gratias. Amen.*

III. pag. 184. b. Epistola Anonymi, cui titulus: *In questa Pistola si contiene la morte di beata Caterina da Siena.* Inc. *Perchè voi, come tenera & fedele figliuola, desiderate di sapere il fine della nostra madre &c.* Des. *passò di questa vita a dì ventinove d'Aprile in Domenica nel mille trecento ottanta.* Forte est haec Epistola Thomae Buonconti Pisani, S. Catharinae discipuli, quam memorat Mss. Heronymus Gilius in Prolegomenis ad cit. Opera eiusdem sanctae, Senis apud Bonettum MDCCVII. Tom. I. pag. 24.

IV. pag. 187. b. *Versi* (num. XLVI.) *di Papa Pio II. facti in honore di santa Katerina da Siena canonizata da lui.* Inc.

Quis sacra gesta canat, quae lingua diserta, potensque
Efferat eximie, quibus haec Katerina secunda
Sponsa Dei micuit, totum celebrata per orbem.

Des.

Inclyta Romae obiit Katerina beata Senensis.

Non memorantur hi Versus in Actis SS. Tom. III. pag. 851. seqq. sub die XXX. April. ubi plura ad eius Vitam illustrandam adferuntur. In Prolegomenis autem supra citatis ad eius Opera Tom. IV. Praef. pag. XXI. ita indicantur: *Pio Secondo in alcuni versi ancora che sopra la Santa scrisse:*

Caelitus eloquio fuit haec afflata profundo,
Doctrinae antistes, rerum mirabilis auctrix &c.

Clauditur Codex Tabula Capitum praedicti Operis S. Catharinae, sed imperfecta.

Cod. membranac. MS. Italicus in 4. maiori Saec. XIV. exeuntis, binis columnis exaratus, optimeque servatus, cum titulis Capitum rubricatis, & littera primi Operis initiali aurata & colorata, in qua sancta Catharina ante imaginem Iesu Christi Crucifixi genuflexa, & orans exhibetur. In prima pagina legitur: *Libro del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi num.* 49. Constat foliis scriptis 189.

VI-

Digitized by Google

VITA B. IOANNIS COLVMBINI.

Cod. XXXII.

I. pag. 1. Titulus ita habet: *Vita del beato Giovanni Colombini composta per Feo Belcari, & mandata al Magnifico huomo Giovanni di Cosmo de' Medici.* Praecedit Prologus, cuius initium: *Avendo per consolatione de' poveri Iesuati volgarizato el Prato Spirituale de' Santi Padri &c.* Finis: *leggi adunque con diligentia et devotione questa reverenda Vita, et a te cordialmente la raccomando. Vale feliciter.* Vita inc. *L'antiqua, et famosa Città di Siena, sicome ella ha avuta più che l' altre terre singularissima reverentia, et devotione alla Madre et Genitrice di Dio, così è stata fecundissima genitrice, et madre de' buoni servi di Dio.* Des. *et facto el voto, la donna concepette, et partorì uno fanciullo, al quale pose nome Giovan Piero, et vestillo dell' abito de' Iesuati.* Tum repetitur titulus hoc pacto: *Finisce la sancta Vita del beato Giovanni di Piero di Iacopo Colombini, composta da Feo di Feo di Iacopo Belcari, Cittadino Fiorentino, nell' anno del Signore* MCCCCXLIX. Tandem scriptoris nomen apparet ex sequenti subscriptione: *Ego Carolus Pallae Guidi Domini Francisci della Foresta hunc Librum transcripsi. Laus Deo.* Edita fuit primum Florentiae, & inde Brixiae per Mag. Rondum an. MDV. & alibi, ut habet Mazuchellius Biblioth. Script. Italic. Tom. II. Part. II. pag. 621.

II. pag. 81. b. Epigramma Italicum inscriptum: *Feo Belcari a Giovanni di Cosimo.* Inc.
Se tra nomi excellenti io bene annovero &c.

III. pag. 82. Ode Italica in laudem beati Ioannis Columbini. Inc.
O beato Giovanni Iesuato,
O Colombin pien di Spirito Sancto &c.
Des.
Et goderete ogni ben operato.
Tum subiicitur: *Cantasi come; Nella bellezza del sommo splendore.*

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. min. Saec. XV. exeuntis, optime servatus. Constat foliis scriptis 85.

ACTA CONCILII BASILEENSIS.

Cod XXXIII.

Acta, quae ad Concilium Basileense pertinent, quaeque diligenter, non sine taedio duximus singillatim recensenda, ut per se dignoscere quisque possit, quae exstent, necne, in Collectionibus eiusdem Concilii apud Labbaeum Tom. XVII. Concilior. editionis Venetae apud Io. Bapt. Albritium MDCCXXXI. in Supplemento Io. Dominici Mansii Arch. Lucensis, Lucae typis Iosephi Salani MDCCLI. Tom. V. & in eiusdem Anecdotis Baluzianis, ibid. per Vinc. Iunctinum MDCCLXII. & apud Hermannum Vander Hart in magno Oecumenico Constantiense Concilio Voluminib. VI. fol. Francofurti & Lipsiae impresso MDCC.

I. pag. 1. Decretum Concilii Constantiensis de celebratione Conciliorum, de electione Papae, & professione. Inc. *Frequens generalium Conciliorum celebratio, agri Dominici praecipua cultura est, quae vepres, spinas, & tribulos haeresum, errorum, & scismatum exstirpat &c.*

II. pag. ead. b. De professione facienda per Papam. Inc. *In nomine sanctae, & individuae Trinitatis &c. Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, indict. &c. Ego N. electus in Papam, omnipotenti Deo, cuius Ecclesiam suo praesidio regendam suscipio &c.*

III. pag. ead. De solutionibus annatarum, & vacantium Monasteriorum ex Concilio Constantiensi. Inc. *De Ecclesiis, & Monasteriis virorum dumtaxat vacantibus, & vacaturis solventur pro fructibus primi anni a die vacationis &c.*

IV. pag. 2. De provisione Papae, & Cardinalium. Inc. *Romano Pontifici, & sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus pro eorum substentatione, rebus Romanae Ecclesiae stantibus &c.*

V. pag. ead. Condemnatio Concilii Senensis contra Wiclefistas. Inc. *Sacrosancta Synodus Senensis generalis in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repraesentans, praesidentibus in ea P. Archiepiscopo Cretensi, Iacobo Episcopo Spoletano &c.*

VI. pag. ead. b. Item condemnatio Petri de Luna, qui fuit vocatus Benedictus. Inc. *Item haec sancta Synodus sententiam damnationis in personam damnatae memoriae Petri de Luna, olim Benedicti XIII. &c.*

VII. pag. 3. Bulla Domini Eugenii, quam fecit post suam assumptionem super Capitula concordata per Dominos Cardinales ante electionem eius, & post obitum Domini Martini. Inc. *Eugenius Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In qualibet monarchia tam Ecclesiastica, quam mundana &c.*

VIII. pag. ead. b. Capitula ipsorum Cardinalium facta, Sede vacante, per mortem Domini Martini. Inc. *Nos omnes, & singuli sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales iuramus, & vovemus Deo, & sanctis eius, Ecclesiaeque suae sanctae &c.*

IX. pag. ead. Decretalis Nicolai IV. de divisione reddituum terrarum Ecclesiae, inter Papam, & Cardinales. Inc. *Nicolaus Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Caelestis altitudo potentiae, clementi providentia cuncta disponens &c. Actum Romae apud Ecclesiam sanctae Mariae supra Minervam in Capella Conclavis anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo, indictione nona, die vero Veneris, secunda mensis Martii, Apostolica Sede vacante.* Tum sequuntur subscriptiones, & iuramenta singulorum Cardinalium.

X. pag. 4. b. Protestatio facta per Dominum Abbatem Virziliacensem in principio

Digitized by Google

pio Concilii Basileensis, & pro eius inchoatione. Inc. *In Dei nomine amen. Tenore praesentis publici instrumenti cunctis ipsum intuentibus pateat evidenter &c.*

XI. pag. 5. Dissolutio Concilii Basileensis, quam fecit Dominus Eugenius. Inc. *Eugenius &c. Quoniam alto, & incomprehensibili Domino reddere constituimus vota nostra in conspectu omnis populi &c. Datum Romae apud sanctum Petrum* XV. *Kal. Ianuarii Pont. nostri anno primo.*

XII. pag. ead. b. Copia Bullae Domini Eugenii, quam misit ad Dominum Comitem Armaniaci super dissolutione Concilii Basileensis, cuius etiam tenorem misit ad omnes Principes, & Praelatos. Inc. *Eugenius &c. Quoniam ex multorum relatione sentimus murmurare nonnullos, audita dissolutione Concilii &c. Datum Romae apud S. Petrum A. D.* MCCCCXXXI. III. *Idus Febr. Pont. nostri anno primo.*

XIII. pag. 6. Copia alterius Bullae, quam misit Dominus Eugenius super eadem materia ad Dominum Petrum Archiepiscopum Ianuensem. Inc. *Eugenius &c. Quum pastorali officio, cui disponente Domino praesidemus, & Sedis Apostolicae auctoritati nihil magis convenire putaremus &c. Datum Romae apud S. Petrum A. D.* MCCCCXXXI. XV. *Kal. Ianuarii Pont. nostri anno primo.*

XIV. pag. ead. Littera missa ex parte Concilii per universas Christianorum partes, ut omnes ad Concilium veniant, & quod non obstantibus quibuscumque perseverare intendunt. Inc. *Sacrosancta generalis Synodus &c. Zelus domus Dei, quae est Ecclesia, extra quam non est salus, nos incitat, atque charitative compellit adversus haereses &c. Datum Basileae* XXI. *Ianuarii anno Domini* MCCCCXXXII. *Pont. dicti Domini nostri Papae Eugenii Quarti anno primo.*

XV. pag. ead b. Sequuntur Acta generalis Basileensis Concilii. Prima Sessio. Narratio quomodo Dominus Iulianus, & sancti Angeli Legatus venit ad Concilium, & incepit in dicta Civitate Basileensi. Inc. *In Nomine sanctae, & individuae Trinitatis feliciter amen. Censetur utique dignum, & condignum, prout id singulariter exposcit nimium labilis hominum memoria &c.*

XVI. pag. 7. Cedula Concilii denunciatura primae sessionis, & de die, & loco eius. Inc. *Ad laudem omnipotentis Dei, exaltationemque fidei Catholicae, nec non tranquillitatem, & pacem totius Christianitatis &c.*

XVII. pag. ead. Decretum *Frequens* Concilii Constantiensis, quod in prima sessione publice recitavit Episcopus Constantiensis. Inc. *Ad omnipotentis Dei gloriam, fidei Catholicae exaltationem, Christianaeque Religionis profectum, faciens fundamentum in illo summo angulari lapide Christo Iesu &c.*

XVIII. pag. ead. b. Deputatio loci Concilii Basileensis facta in Concilio Senensi. Inc *In nomine Domini amen. Tenore praesentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter, & sit notum, quod anno a Nativitate Domini eiusdem* MCCCCXXIV. *indictione* II. *&c.*

XIX. pag. ead. Facultas Domini Martini data Praesidentibus Concilio Senensi de electione loci Concilii futuri. Inc. *Martinus Episcopus &c. Nuper siquidem cupientes generale Concilium iuxta deliberationem, & ordinationem sanctae Synodi Constantiensis, ac deputatorum loci, olim, eadem approbante Synodo, per nos factam in civitate Papiae, auctore Domino celebrari &c. Datum Romae apud S. Petrum* VIII. *Kal. Maii Pont. nostri anno sexto.*

XX. pag. 8. Consensus Nationum, sive Praesidentium earum in Concilio Senensi super loco Basileensi pro futuro Concilio celebrando. Ibique habetur Protestatio Domini Petri Alphonsi Abbatis sancti Vincentii, & Canonici Ecclesiae Toletanae, qui ut Archiepiscopus pariter consensit, ut Praesidens tamen tempus petiit, ut suam posset consulere Nationem. Inc. *Quibus quidem Decreto, & Litteris Apostolicis lectis, & publicatis, praedicti Domini quatuor Praesidentes, ibidem praesentes per organum dicti Domini Reverendissimi P. Domini Petri Archiepiscopi Cretensis &c.*

XXI. pag. ead. b. Facultas data a D. Martino Papa, Domino Legato, scilicet D. Iuliano tituli sancti Angeli, super factis Concilii Basileensis. Inc. *Martinus Episcopus &c. Dum onus universalis gregis Dominici superna dispositione nobis iniunctum diligenter attendimus &c. Datum Romae apud sanctos Apostolos Kal. Februarii Pontificatus nostri anno quartodecimo.*

XXII. pag. 9. Mandatum D. Eugenii Domino sancti Angeli, quod de Bohemia transeat ad Basileam, ibique agat secundum ordinata in Concilio Constantiensi, & secundum iniuncta per Dominum Martinum in hac caussa. Inc. *Eugenius Episcopus = Certificati, tam per litteras tuas, quam alias de sollicitudine, & circumspecta diligentia, quam habes in prosequendo caussam fidei contra Bohemos haereticos &c. Datum Romae apud S. Petrum A. D.* MCCCCXXXI. II. *Kal. Iunii Pont. nostri anno primo.*

XXIII. pag. ead. Quomodo Dominus Legatus occupatus circa haereses Bohemorum, misit Locatenentes suos in Basileam, & ipse, quam citius potuit, venit. Inc. *Ipse autem Reverendiss. D. Legatus mandatum Apostolicum exsequi cupiens &c.*

XXIV. pag. ead. Tria, ad quae congregata fuit Synodus Basileensis. Inc. *Ceterum quum unumquodque eo directius, & intensius suas dirigat actiones, quo ipsarum destinatum finem agnoscit &c.*

XXV. pag. ead. Quod omnibus libera sit loquendi, consulendique facultas. Inc. *Praeterea quum praemissa, ad quae huius sacri Concilii tendit intentio, sint plurimum ardua, & accuratum studium exigant &c.*

XXVI. pag. ead. b. Concilii Toletani

Digitized by Google

ni Decretum de honestate servanda in Congregationibus. Inc. *In loco benedictionis, consedente Domino, Sacerdos nullus debet, aut indiscretis verbis perstrepere &c.*

XXVII. pag. ead. Ordinatio, ad obviandum controversiis, quod per intitulatos, nominatos &c. nullum ius alicui acquiratur, nec alteri minuatur. Inc. *Ad obviandum controversiis, quae solent huiusmodi in Conciliis, & publicis Congregationibus suboriri, & nonnumquam ipsorum progressum per longa tempora impedire &c.*

XXVIII. pag. ead. Confirmatio Decreti Constantiensis contra impedientes eos, qui volunt venire ad Concilium. Inc. *Sane quoniam opus aliquod intendenti non satis est aedificationi operam dare &c.* Tum adfertur ex integro Decretum praedictum, quod inc. *Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis = Iustitiam & aequitatem exerceri non dubitatur &c. Datum Constantiae secundo Non. Iulii anno a Nativitate Domini* MCCCCXV. *Sede Apostolica vacante, Regnorum Serenissimi Domini Principis Domini Sigismundi Romanorum ac Hungariae &c. Regis, videlicet electionis quinto, coronationis primo, Hungariae vero vigesimo.*

XXIX. pag. 10. b. Minatur Concilium Basileense perturbatores, seu ad sui dissolutionem suggestores. Inc. *Porro quoniam nonnumquam lingua subdola plurimum impedit, & perturbat, falsa, vel detractoria seminando &c.*

XXX. pag. ead. Ordinatio Concilii, quod supposita die Concilii, a die arrepti itineris ad veniendum, gaudeant fructibus Beneficiorum. Inc. *Quum ii, qui intersunt in hoc sacro Concilio generali pro communi bono totius Ecclesiae congregato, non debeant minori praerogativa gaudere &c.*

XXXI. pag. ead. Deputatio Officialium, Notariorum, Promotorum &c. Inc. *Quia vero ad prosequutionem huius sacri Concilii requiruntur Officiales, & Ministri, ideo deputat & ordinat Notarios ad scribendum Acta ipsius Concilii &c.*

XXXII. pag. ead. Secunda Sessio, in qua septem praecipua rerum capita decernuntur; primo declarat, seipsam legitime, & recte in Spiritu Sancto congregatam. II. Quod immediate a Christo habet potestatem, cui quilibet cuiuscumque dignitatis, & status, etiam Papalis, obedire tenetur. III. Quod suis ordinationibus non parentes, puniantur. IV. Quod nullus, nec etiam Papa, potest eam dissolvere, aut ad aliud tempus, vel locum prorogare, sine suo consensu. V. Quod venientes ad Concilium a tempore itineris incepti, non possint directe, vel indirecte impediri, quocumque modo, nec etiam vocari, nec citari. VI. Quod nullus de interessentibus Concilio audeat, sine licentia Deputatorum, recedere. VII. Ordinat tres alios Promotores. Inc. *Sacrosancta generalis Synodus Basileensis, Ecclesiam militantem repraesentans, ad perpetuam rei memoriam, ad laudem Dei omnipotentis, & beatae individuaeque Trinitatis gloriam & honorem, pro haeresum atque errorum exstirpatione &c. Dat. Basileae in Sessione publica solemniter celebrata in Ecclesia maiori die* XV. *Februar.* MCCCCXXXII.

XXXIII. pag. 11. Littera missa Bohemis per Nuncios Concilii exsistentes circa Bohemiam. Inc. *Vniversis viris Ecclesiasticis, Nobilibus, & toti populo Regni Bohemiae, Frater Ioannes Nider Prior domus Praedicatorum Basileensis, & Frater Ioannes de Mulubrun = Etsi cupitae rei quaeque exspectatio aliquid ex mora poenae contineat &c. Dat. Nurimbergae die quinta Ianuarii, anno a Nativitate Domini* MCCCCXXXII.

XXXIV. pag. ead. b. Responsio Bohemorum ad illam facta per Pragenses. Inc. *Oblatae pacis desideria amplectimur cum fideli eorumdem ad vos, & omnes Christifideles reciprocatione votorum &c. Dat. Pragae quarta feria ante festum Purificationis beatae Mariae Virginis gloriosae anni* MCCCCXXXII.

XXXV. pag. 12. Alia Littera eorumdem Ambassiatorum. Inc. *Ampliorem, spectabiles viri, reintegrandae internos pacis spem vestris ex scriptis concepimus &c Dat. Nurimbergae* XII. *Februarii anno* XXXII.

XXXVI. pag. ead. Littera Pragensium ad Consules Egrenses. Inc. *Servitium nostrum iuxta praesentis cursus qualitatem vobis circumspectis, & prudentibus amicis intimamus &c. Dat. Pragae feria quarta post festum S. Mathiae Apostoli anno* XXXII.

XXXVII. pag. ead. b. Alia Littera missa per Pragenses, & Nobiles Bohemorum Ambassiatoribus Concilii in Nuremberga exsistentibus. Inc. *Affectandae pacis commoda in summo verae tranquillitatis auctore, reverendi, & religiosi viri &c. Dat. feria quarta post diem Mathaei Apostoli Domini, A. D.* MCCCCXXXII.

XXXVIII. pag. ead. Sequitur tertia Sessio. Decretum Concilii Basileensis contra dissolutionem eiusdem factam per Dominum Eugenium, in quo illam fuisse nullam declarat. Convocat Papam, & Cardinales ad Concilium, ac alios Episcopos, & Praelatos, Inquisitores etiam haereticae pravitatis; & Papae, ac aliis terminum parendi praefigit. Inc. *Sacrosancta generalis Synodus Basileensis = Olim sacrum Constantiense Concilium volens futuris Ecclesiae necessitatibus providere, matura deliberatione statuit &c. Dat. Basileae = sub anno a Nativitate Domini* MCCCCXXXII. *indict. decima, die vero Martis* XXIX. *mensis Aprilis.*

XXXIX. pag. 13. b. Epistola Archiepiscopi Lugdunensis ad Concilium directa. Inc. *Reverendissimi Patres, & Domini mei honorandissimi, humillima recommendatione praemissa. Post longam concertationem Dominorum Praelatorum, Gallicanam Ecclesiam Bituris repraesentantium, quam pro confirmatio-*

Digitized by Google

tione suarum mentium diutius protraxerunt, omnibus praesentibus, nemineque discrepante conclusum est &c. Die XXVIII. *Aprilis.*

XL. pag. ead. Epistola eiusdem ad Episcopum Lausanensem de deliberatione Ecclesiae Gallicanae super dissolutione Concilii. Inc. *Reverende Pater, & Domine mi honorandissime, omni moda recommendatione praemissa. Praesentibus adiunguntur deliberata Ecclesiae Gallicanae in Concilio Bituricensi, ubi perdigeste examinatum est negotium &c. Die* XXVIII. *Aprilis.*

XLI. pag. 14. b. Avisamenta Dominorum Praelatorum Ecclesiae Gallicanae Bituris congregatae, super negociis Concilii. Inc. *In primis quod attentis haeresibus Bohemorum, & eorum insultationibus, guerrarum calamitatibus, & morum in clero, & populo undique deformitatibus &c.*

XLII. pag. 16. Littera Basileensis Concilii ad Regem Franciae. Inc. *Sacrosancta generalis Basileensis Synodus = Pro quam piis, & populo Christiano necessariis caussis hoc sacrum Concilium congregatum sit, iamdiu litteris, & nunciis vestrae Serenitati significavimus &c. Datum Basileae die* IX. *Maii anni* MCCCCXXXII.

XLIII. pag. ead. Item alia ad eiusdem Regis Consiliarios. Inc. *Sacrosancta = Destinamus praefato Christianissimo Regi Franciae Litteras infrascripti tenoris &c. Basileae,* ut supra.

XLIV. pag. ead. Item alia ad Dominum de Tremollia. Inc. *Sacrosancta = Quum divino munere vobis concessum sit, ut gratiam in oculis Christianissimi Regis Franciae inveneritis &c. Basileae,* ut supra.

XLV. pag. ead. b Item alia ad Archiepiscopum Remensem. Inc. *Sacrosancta = Rescripsit nobis venerabilis vir, Prior Conventus Chamberiaci, Ordinis Praedicatorum, Ambassiator noster, quanto zelo huic sacro Concilio afficiamini &c.*

XLVI. pag. ead. Item alia ad Archiepiscopum Lugdunensem. Inc. *Sacrosancta = Cum magna iucunditate, & exsultatione audivimus Litteras &c. Scriptum Basileae, & datum,* ut supra.

XLVII. pag. ead. Sequitur quarta Sessio, in qua quatuor decernuntur; primo, quod in eventum vacationis fiat electio in Concilio; secundo, quod omnes absolvuntur a iuramentis, ut illis non obstantibus, veniant ad Concilium; tertio, quod utatur Bulla plumbea; quarto, quod Papa non possit facere Cardinales. Inc. *Sacrosancta = Ad providentiae spectat officium perspicaci consideratione futura prospicere &c. Datum in Sessione publica, ut inferius.*

XLVIII. pag. 17. Commissio civitatis Avinionensis Domino Cardinali sancti Eustachii. Inc. *Sacrosancta = Quum universi populi pacem, & tranquillitatem exoptantes, per diversas mundi partes &c. Datum in Sessione publica eiusdem sanctae Synodi, in Ecclesia maiori Basileensi celebrata* XII. *Kal. Iulii anno a Nativitate Domini* MCCCCXXXII.

IL. pag ead. b. Epistola missa Bohemis cum salvoconductu. Inc. *Sacrosancta = Pridie Oratores nostri ex oppido Egrae ad nos reversi, & ibi cum nunciis vestris conclusa, seriose referentes &c. Datum,* ut supra.

L. pag. 18. Confirmatio Decreti editi in quarta Sessione super electione Papae fienda in Concilio, si eo durante Sedes vacaret, & de tempore LX. dierum ad intrandum Conclave. Inc. *Sacrosancta = Cogitationes unitatis, & pacis haec sancta Synodus iugiter cogitat &c. Datum &c.*

LI. pag. ead. b. Epistola Concilii super eodem ad Principem Carolum Regem Franciae. Inc. *Litteras nostras direximus ad sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales huiusmodi sub tenore &c. Datum &c.*

LII. pag. ead. Alia ad Populum Romanum. Inc. *Sacrosancta = Ignorare vos nolumus litteras directas ad sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales huiusmodi seriei &c. Datum &c.*

LIII. pag. ead. Alia declaratio iam dicti Decreti de electione fienda in Concilio, si Sedes vacaret. Inc. *Dudum haec sancta Synodus super electione Romani Pontificis, si Sedem Apostolicam hoc sacro durante Concilio vacare contigerit, Decretum quoddam edidit huiusmodi sub tenore &c.*

LIV. pag. 19. Quaedam Littera Concilii ad Ducem Mediolanensem Philippum Marieanglum. Inc. *Sacrosancta = Praeclara opera tua, quae ad favorem & exaltationem huius sanctae Synodi in Spiritu Sancto legitime congregatae in hanc usque diem incessanter praestitisti &c. Dat. Basileae* XXI. *mensis Aug. A. D.* MCCCCXXXII.

LV. pag. ead. Sequitur quinta Sessio. In primo Decreto deputantur Iudices fidei. In secundo Procuratores fidei. In tertio Iudices caussarum. In quarto Praecognitores; inter alios Firmanus, & sancti Angeli. In quinto, quod potestas istorum Officialium duret per tres menses. In sexto, quod contra exsistentes in Concilio, procedi non possit, etiam per Papam. In septimo constituit Auditorem Camerae. In octavo constituitur Soldanus. In nono, quod caussae commissae per Congregationem generalem valeant, ac si commissae fuissent in Sessione publica. In decimo deputatio quorumdam Notariorum. Inc. *Sacrosancta = Considerans, quod ipsa inter alia fructuosa opera, ad haereses exstirpandas, & a fide devios ad eiusdem orthodoxae fidei unionem reducendos &c.*

LVI. pag. 20. Sequitur sexta Sessio. Accusatio contumaciae Papae Eugenii. Post quaedam praeliminaria, inc. *Quum ex Decreto tertiae Sessionis huius sacri Concilii SS. D. N. Papa Eugenius cum omni reverentia, & instantia fuerit per viscera misericordiae Iesu Christi exhortatus, requisitus, ac monitus &c.*

LVII. pag. ead. b. Oratio Gerardi Landriani

Digitized by Google

driani Episcopi Laudensis, coram Rege Angliae, & suo Concilio. Inc. *Facite quod Dei est, & ipse faciet, quod vestrum est. ex sacris apud Gregorium Epistola octava &c.*

LVIII. pag. 22. Oratio Magistri Andreae de Pera, Archiepiscopi Colocensis, in Congregatione generali pro Domino Eugenio. Inc. *Maximam mihi dicendi fiduciam praestat, Reverendissimi Patres, ceterique vos viri electissimi, hic vester conventus amplissimus, ac spectatissimus &c.* Des. *sed solius Religionis amplificandae gratia hos varios ac diuturnos labores vos constantissime suscepisse, quod vobis omnibus ille concedat, qui sine fine vivit &c.*

LIX. pag. 25. Oratio Ioannis Archiepiscopi Tarentini pro eodem Eugenio. Inc. *Humanissimam, atque sanctissimam Domini nostri dignissimi Summi Pont. D. Papae Eugenii Papae IV. intentionem &c.* Des. *ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in adventu D. N. I. C. servetur. Amen.*

LX. pag. 27. b. Responsio data prius Ambassiatoribus Papae per Concilium. Inc. *Cogitanti huic sacrae Synodo generali &c.* Des. *nec spiritum suum contristabit.* Notanda heic sunt pag. 33. quae de Cardinali Firmano proferuntur his verbis: *Additis indignum esse ad instantiam unius, quantacumque dignitate praesit, molestari Decreto nostro Summum Pontificem. Putamus sentire vos de dilecto Ecclesiae filio Dominico Cardinali Firmano communiter nuncupato. Dolenter de ista re verbum facimus; Ipse gravissime in publica ac generali sacra Congregatione nostra questus est, quod potuit cum honestate, intolerabilem sibi fuisse inrogatam iniuriam, petens sibi per Concilium ministrari iustitiam, quam alibi numquam consequi potuit. Retulit quemadmodum a fel. record. Domino Martino assumptus fuerat in S. R. E. Diaconum Cardinalem; post cuius mortem accessit ad urbem, ut una cum aliis Cardinalibus in electione Romani Pontificis, ut Cardinalis & Elector, interveniret; & licet se ad electionem admitti instantissime peteret, nihilominus, ut asseruit, eo spreto & contempto, fuit ad electionem Summi Pontificis processum in magnam iniuriam & damnum ipsius, & suae dignitatis Cardinalatus, & in publicum scandalum totius Ecclesiae, contra bonos mores, & sanctorum Patrum instituta, quod hactenus numquam auditum fuit. Asseruit etiam, post electionem ipsius Domini Eugenii plures sibi inlatas iniurias, quum omnium bonorum suorum, & fructuum suae Ecclesiae Firmanae de facto spoliatus est* (sic); *& quod super praedictis numquam potuerit obtinere iustitiam, quam per medium nonnullorum venerabilium S. R. E. Cardinalium pluries fieri sibi petiit, & requisivit, maxime quum nec Romam possit, sine evidenti mortis periculo, ut asserit, accedere. Patres Concilii animadvertentes praedicta, & cognoscentes, quod negotium istud est gravissimum, & merito per Concilium non negligendum, maxime ut declaretur ius ipsius, an sit Cardinalis, an non, ut in futura electione, quando Sedem vacare contingeret, sciatur, an sit admittendus, vel non, ne scandalum aliquod in ipsa electione, vel post, oriri possit; commiserunt caussam istam iudicibus Concilii, in quantum concernit ius ipsius dumtaxat cognoscendum; & ut Patribus Concilii magis de iure suo constaret, legi fecit copiam cuiusdam Decreti fe. re. Domini Martini, ut asseruit, cuius tenor sequitur, & est talis &c.*

LXI. pag. 34. b. Ordinationes, quibus Concilium regi debet. Inc. *Primo sint quatuor Deputationes, sicut sunt, inter quas omnes de Concilio distribuantur aequaliter &c.*

LXII. pag. 35. b. Admonitiones, quibus omnes admonentur honeste vivere. Inc. *Admonet haec sancta Synodus omnes sacrum Concilium celebrantes &c.* Harum autem Admonitionum summaria in margine sunt apposita.

LXIII. pag. 36. b. Sessio septima, quod a die vacationis Sedis Apostolicae, non procedatur ad electionem per duos menses. Inc. *Dudum haec sancta Synodus super electione Romani Pontificis in casu vacationis Sedis Apostolicae, hoc sacro durante Concilio Decretum quoddam edidit &c.*

LXIV. pag. 37. Vocatio Bohemorum, & allegationes, quibus respondetur iis, qui dicunt, quod non potuerunt vocari. Inc. *Sacrum generale Concilium legitime apud Basileam congregatum, inter alia sanctitatis opera, principaliter intendens ad exstirpandas haereses &c.*

LXV. p. 40. b. Epistola Concilii ad Bohemos. Inc. *Sacrosancta Basileensis Synodus = Compulit nos charitas Christi egredi de terra nostra, & cognatione nostra &c.*

LXVI. pag. 41. Sessio octava, in qua primo citatur Papa infra LX dies sub multis poenis. Secundo decernitur sub magnis poenis, ne aliquis vadat Bononiam, ratione Concilii generalis. Tertio fit Decretum contra impetrantes Beneficia incorporatorum in Concilio. Quarto, quod Papa non possit alienare res Ecclesiae. Inc. *Sacrosancta = Quum iamdudum de mense Aprilis in huius sacri Concilii Sessione solemniter editum & publicatum fuerit Decretum &c.*

LXVII. pag. 42. b. Quaedam Littera missa per Cardinalem sancti Angeli Domino Eugenio super factis Concilii. Inc. *Beatissime Pater, post devota pedum oscula beatorum. Iam nunc universus cognoscet orbis &c. Dat. Basileae* V. *Iunii* MCCCCXXXII.

LXVIII. pag. 44. Ambassiata missa ad Papam per Regem Romanorum. Inc. *Beatissime Pater. Serenissimus, & invictissimus Princeps D. N. Romanorum = recepit quasdam V. S. Bullas cum ea qua decuit reverentia &c.*

LXIX. pag. 46. b. Responsio Domini Eugenii ad Ambassiatores. Haec autem inserta est in quodam instrumento publico, quod inc.

Digitized by Google

inc. *In nomine D. N. &c. Anno a Nativitate eiusdem* MCCCCXXXII. *ind.* X. *die vero* XVII. *mensis Maii, hora Nonarum in aula Curiae Ducalis Parmae, Pont. SS.mi in Christo Patris & Domini D. Eugenii divina providentia Papae IV. anno II. serenissimo & gloriosissimo Principe & D. D. Sigismundo, divina favente clementia Romanorum Rege &c. Praefatus sereniss. D. Sigismundus &c. habens & tenens in suis manibus quasdam scripturas &c.*

LXX. pag. 47. b. Littera Regis Romanorum sub Bulla aurea, quod Concilio semper adhaerebit. Inc. *In nomine &c. Ad perpetuam rei memoriam notum facimus tenore praesentium universis, quod inter alios orbis Principatus &c. Datum Senis anno Domini* MCCCCXXXII. *die* XXII. *mensis Novembris &c.*

LXXI. pag. 48. Copia Mandati Bohemorum. Inc. *Reverendiss. &c. Capitanei exercituum, Barones & Nobiles, Civitas Praga &c. veritatibus Evangelicis inhaerentes &c. Dat. in plena Congregatione Regni in montibus Cutinis die* V. *Sept. an. Dom.* MCCCCXXXII.

LXXII. pag. ead. b. Copia Mandati Ambassiatorum omnibus Pragensibus. Inc. *Reverendiss. &c. Olim patriae gloriae splendor aeternus, eclypsim nesciens. Dat. Pragae anno a Nat. Domini* MCCCCXXXII. *die prima mensis Decembris.*

LXXIII. pag. ead. Nona Sessio. Cassant omnes processus factos, & fiendos per Papam contra quoscumque Reges, & Principes. Inc. *Sacrosancta &c. Inter iustitiae opera &c. Datum in Sessione publica in Ecclesia maiori Basileensi* XXII. *die mensis Ianuarii anno Domini* MCCCCXXXIII.

LXXIV. pag. 49. Procuratorium Regis Aragonum. Inc. *Vniversis huiusmodi seriem audituris = pateat evidenter, quod nos Alphonsus, Dei gratia Rex Aragonum, Siciliae &c. de fide & animi puritate &c. Dat. & actum in civitate Syracusarum die* XXII. *mensis Octobris, anno Domini a Nativitate* MCCCCXXXIII. *Regnique nostri* XVII.

LXXV. pag. ead. b. Caeremoniae, quae celebrari debent per Episcopum in Concilio, aut coram Papa, vel in Sessione. Inc. *Primo ad dexteram altaris, quantum fieri potest, longe debet esse una mensa cooperta tobaliis albis pro credentia &c.*

LXXVI. pag. 50. b. Ordo Praelatorum in Missa, dum per Praelatum solemniter celebratur. Inc. *Primo diebus, quibus utuntur paramentis in Missa, debent illa recipere, quando Episcopus in faldistorio paratur &c.*

LXXVII. pag. 51. Modus observandus in publica Sessione in Concilio, qui fuit Constantiae observatus. Inc. *Primo in loco ubi tenetur Sessio, celebratur solemnis Missa per Cardinalem &c.*

LXXVIII. pag. ead. b. Oratio Domini Legati facta Bohemis, quae ita inscribitur, & inc. *Hanc collationem, seu propositionem fecit, ac pronunciavit Reverendiss. in Christo Pater, & Dominus Iulianus sancti Angeli Cardinalis, Apostolicae Sedis Legatus, Praesidens sacri Concilii Basileensis coram dicto Concilio, sabbato* X. *mensis Ianuarii, qua videlicet die, Oratores & Nuntii Bohemorum a sacro Concilio publice in generali Congregatione recepti sunt, & auditi, anno Domini* MCCCCXXXIII. *Loquuturus pro publica populi Christiani utilitate &c.* Des. *vos omnes, & alios filios meos ubique exsistentes perducere dignetur, qui vivit &c.*

LXXIX. pag. 56. Quaedam collusio facta, ut dicebatur, per Papam cum Archiepiscopo Ebredunense, de qua Dominus Rex Romanorum scripsit Concilio. Inc. *In nomine Domini. Amen. Anno a Nativitate Domini eiusdem* MCCCCXXXII. *ind.* X. *die vero* XV. *mensis Iulii, Pont. SS.mi in Christo Patris, & D. N. D. Eugenii, divina favente clementia Papae quarti, anno secundo, praefatus sereniss. D. D. Sigismundus, Romanorum Rex, habens & tenens in suis manibus duas certas Litteras Apostolicas &c.*

LXXX. pag. 57. Salvusconductus concessus Ambassiatoribus Papae. Inc. *Reveverendiss. in Christo Patres, & Domini, amici charissimi, ac venerandi. Sincere & grate vobis dilecti scripseramus &c. Dat. in civitate nostra Senarum die* XXVII. *Iulii, Regnorum &c.*

LXXXI. pag. ead. b. Alia Declaratio huiusmodi salviconductus. *Sacrosancta generalis Basileensis Synodus = Quamvis plenissima libertas, & securitas &c. Dat. Basileae in Congregatione generali dictae Synodi, die Veneris,* IX. *mensis Iulii, anno Domini* MCCCCXXXII.

LXXXII. pag. ead. b. Quaedam Littera Regis, in qua dicit familiares fecisse citationem Papae. Alia Littera eiusdem Domini Regis. Prima inc. *Licet salvusconductus per vos petitus &c.* Alterius initium est: *Reverendiss. in Christo Patres = Receptis alias in Parma citationibus. Dat. Lucae die* XVII. *mensis Iunii, Regnor. nostror. anno Hungariae* XLVI. *Romanor.* XXII. *Bohemiae* XXII.

LXXXIII. pag. 58. Alia Littera eiusdem Domini Imperatoris de firmo proposito adhaerendi Concilio usque ad mortem. Inc. *Reverendiss. = Post expeditionem horum servitiorum meorum ad vos &c. Dat. Lucae die* XXII. *mensis Iunii, Regnor. &c.*

LXXXIV. pag ead. Sessio decima. Confirmatio irritationis factarum provisionum, vel fiendarum per Papam, durante Concilio, vel non revocante istam irritationem. Inc. *Sacrosancta = Pridem in octava Sessione huius sacri Concilii &c.*

LXXXV. pag. ead. Accusatio contumaciae Papae. Inc. *Reverendiss. = Quum iamdudum de mense Aprilis proxime praeterito &c. Datum in Sessione publica in Ecclesia Basileen. anno Domini* MCCCCXXXIII. XIX. *mensis Februarii.*

LXXXVI. pag. 59. Procuratorium Domini Regis Romanorum super facto Bohemorum.

Digitized by Google

morum. Inc. *Sigismundus &c. Notum facimus tenore praesentium universis ineffabilis dispositionis clementiae divinae non ignari collatam nobis caelitus, quam habemus & cognoscimus dignitatem &c. Dat. Senis an. Dom.* MCCCCXXXII. *die tertia mensis Decembris, Regnor. nostr. Hungariae &c.*

LXXXVII. pag. 60. Salvusconductus concessus Bohemis venientibus ad Concilium. Inc. *Sacrosancta &c. Recognoscimus tenore praesentium universis, quod omnibus & singulis Sacerdotibus &c. Datum in Sessione publica eiusdem S. Synodi in Ecclesia maiori Basileen. celebrata* XII. *Iulii, anno Domini* MCCCCXXXII.

LXXXVIII. pag. ead. b. Propositio Ioannis de Mella unius ex Ambasiatoribus Papae, *die* VII. *mensis Martii* MCCCCXXXIII. Inc. *Noli timere, filia Sion, ecce pastor tuus venit tibi mansuetus = Eugenius Papa IV. verus Christi Vicarius, ac legitimus Petri successor &c.*

LXXXIX. pag. 61. b. Copia quatuor Bullarum Papae super facultatibus datis Ambassiatoribus, quae reputatae fuerunt valde captiosae.

I. Eugenii IV. Ioanni de Mella &c. Inc. *Nulla maior cura &c. Dat. Romae apud S. Petrum an.* MCCCCXXXII. XVIII. *Kal. Ian. Pont. nostri anno secundo.*

II. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Romano Pontifici convenit nullum officii genus praetermittere &c. Dat. Romae apud Sanct. Petrum* MCCCCXXXIII. *Pont. nostri anno secundo.*

III. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Sedis Apostolicae circumspecta clementia = Dat. Romae apud S. Petrum* MCCCCXXXII. XV. *Kal. Febr. Pont. nostri anno secundo.*

IV. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Inter omnes pastoralis officii = Dat. Romae apud S. Petrum* MCCCCXXXIII. XIX. *Kal. Ianuarii Pont. nostri anno secundo.*

XC. pag. 62. b. Bulla, per quam videbatur aliquibus Papam adhaesisse Concilio. Inc. *Eugenius &c. Ad sacram Petri Sedem divina disponente clementia evocati &c. Dat. Romae apud S. Petrum anno Inc. Dom.* MCCCCXXXII. XVI. *Kal. Martii. De Callio.*

XCI. pag. 63. b. Propositio facta per Abbatem de Cicilia die. . . (*sic*) Martii an. Dom. MCCCCXXXIII. Inc. *Ecce nunc tempus acceptabile &c.*

XCII. pag. 65. b. Breve quoddam missum per Papam cuidam Doctori, quem coëgerat recedere de Curia, de quo multi mirati sunt, cui praecedit haec adnotatio: *Anno Domini* MCCCCXXXIII. *die quinta mensis Martii, intraverunt Basileam Magister Ioannes de Mella Notarius, & Christophorus Episcopus Cerviensis Referendarii, & dilecti Ecclesiae filii, Ludovicus sanctae Iustinae, & Nicolaus S. Mariae de Moniacis Apostolicae Camerae Auditor, Monasteriorum Abbates, Ambassiatores Domini Eugenii Papae, qui auditi fuerunt in generali sacri Concilii Basileensis septima eiusdem mensis Congregatione, ubi alter ipsorum, videlicet Mag. Io. de Mella alta & intelligibili voce proposuit Orationem quamdam, cuius thema fuit: Noli timere, filia Sion, ecce Rex, & Pastor tuus venit tibi mansuetus; qui Ambassiatores praedicti portaverunt Bullas, & Litteras plures, & Brevia, inter quae Brevia, unum dirigebatur Magistro Simoni de Valle Veneto, cuius tenor sequitur: Eugenius Papa IV. Dilecte fili sal. & Ap. ben. Dilecto filio Magistro Io. de Mella Notario nostro &c.*

XCIII. pag. ead. b. Sessio undecima. De modo celebrandi Concilia in futurum Decretum. Inc. *Sacrosancta &c. Quoniam frequens generalium Conciliorum celebratio, tamquam agri Dominici praecipua cultura.*

XCIV. pag. 66. De modo dissolvendi Concilium. Inc. *Declarat haec sancta Synodus verba illa, videlicet nullatenus prorogetur &c.*

XCV. pag. ead. Quod Papa iuret hoc Decretum conservare. Inc. *Ut praemissa facilius exsequutioni demandentur, statuit ipsa sancta Synodus, quod Electores Romani Pontificis, ante ingressum Conclavis iurare, Deoque & Ecclesiae promittere teneantur &c.*

XCVI. pag. ead. b. Pacta inter Papam, & Imperatorem. Inc. *Eugenius Episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Quoniam Dominus Dei filius de caelis ad terram descendens &c.* Subiicitur copia iuramenti, cuius initium est: *Nos Matilio de Collonen., Comes Keromensis, & Capitaneus Mandekalbensis, & Gaspar Selich Vicecancellarius, & Capitaneus terrarum Egrae Ambassiatorum & Procuratorum invictissimi Principis ac Domini nostri Sigismundi Romanorum Regis semper Augusti = ad SS. & clementissimum D. D. Eugenium quartum destinati, recognoscimus tenore praesentium &c. Datum Romae an. Dom.* MCCCCXXXIII. *die* VII. *mensis Aprilis.*

XCVII. pag. 67. b. Littera Regis Romanorum super dictis Pactis missa Concilio praedicto. Inc. *Reverendiss. &c. Ad requisitionem & continuatam instantiam = Dat. Senis die* XV. *mensis Aprilis.*

XCVIII. pag. ead. Procuratorium Regis Romanorum datum Wilhelmo Duci Bavariae, & Ioanni Episcopo Curiensi, ad disponendum, tractandum, & alia peragendum, nomine ipsius Regis in Concilio Basileensi. Inc. *Sigismundus &c. Ad notitiam universorum tenore praesentium volumus pervenire = Dat. Senis an. Dom.* MCCCCXXXIII. *die prima Februarii.*

XCIX. pag. 68. Mandatum Christianissimi Regis Franciae datum suis Ambassiatoribus. Inc. *Karolus &c. Quum in sequendo bonas consuetudines = Dat. Ambazie* XIV. *die mensis Aprilis, anno gratiae* MCCCCXXXIII. *& nostri Regni undecimo &c. Lecta in Congregatione generali die Veneris,* XXII. *mensis Maii, an. Dom.* MCCCCXXXIII.

C. pag. ead. Copia eiusdem Bullae factae per

Digitized by Google

per Papam in favorem Curialium, propter Decreta Sacri Concilii. Inc. *Eugenius &c. In eminenti Sedis Apostolicae specula divina disponente clementia constituti &c.*

CI. pag. ead. b. Monitio contra Cardinalem de Fuxo, & eius fratres. Inc. *Sacrosancta generalis Synodus = Venerabilibus Patriarchis, Archiepiscopis = ad quos praesens processus pervenerit salutem, & Dei omnipotentis benedictionem. Quantum bono universalis Ecclesiae &c. Dat. Basileae tertio Idus Maii, an. Dom.* MCCCCXXXIII.

CII. pag. 69. Alia Monitio. Inc. *Sacrosancta &c. Et sicut accepimus, fama publica referente &c. Dat. Basileae* XI. *Kal. Iunii anno a Nat. Domini* MCCCCXXXIII.

CIII. pag. ead. b. Copia quarumdam Litterarum Papae super facultatibus datis Praesidentibus, quos volebat praesidere in Concilio, & visae fuerunt perniciosae. Inc *Eugenius &c. Venerab. fratribus Iordano Sabinensi, & Petro Albanensi Episcopis, ac dilectis filiis Nicolao S. Crucis in Ierusalem, & Angelocto tituli S. Marci Presbyteris Cardinalibus, Apostolicae Sedis Legatis sal. & Ap. Dei benedictionem. Alta nos cura sollicitat = Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae* MCCCCXXXII. *Kal. Martii, Pont. nostri anno secundo.*

CIV. pag. 70. Alia Copia alterius Bullae, & facultatis datae per Dominum Eugenium Ambassiatoribus suis in Basilea exsistentibus. Inc. *Eugenius = dilecto filio Magistro Ioanni de Mella = Quum ex certis rationabilibus caussis = Dat. Romae apud S. Petrum anno Inc. Dominicae* MCCCCXXXIII. *mensis Maii, Pont. nostri anno tertio. Laurentius de Orto.*

CV. pag. ead. b. Copia Bullae Papae, quam Concilio direxit, ut recipiant suos Ambassiatores, scilicet Ioannem de Mella &c. ad praesidendum Concilio. Inc. *Eugenius = Venerabilibus fratribus & dilectis filiis in generali Basileensi Concilio congregatis salutem & Ap. Ben. Posteaquam statuimus in civitate Basileensi debere Concilium celebrari = Dat. Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dom.* MCCCCXXXIII. *sexto Idus Maii, anno tertio. L. de Orto.*

CVI. pag. 71. Bulla Domini Eugenii ad Dominum sancti Angeli, ut praesideat Concilio cum aliis suis Legatis. Inc. *Eugenius = Dilecto filio Iuliano Cardinali, Apostolicae Sedis Legato, sal. & Ap. Ben. Dudum ex certis, & rationabilibus caussis decrevimus = Romae apud S. Petrum anno Inc. Dom.* MCCCCXXXIII. *octavo Id. Maii, an.* III. *Ia. de Langucio.*

CVII. pag. ead. Responsio facta per Concilium Ambassiatoribus Papae. Inc. *Speravit hactenus haec sancta Synodus diuturnam patientiam suam posse Summum Pontificem ad ea, quae rationis, & aequitatis sunt, posse deflectere &c.*

CVIII. pag. 72. b. Salvusconductus datus per Regem Romanorum. Inc. *Sigismundus = Notum facimus tenore praesentium universis, quoniam nil utilius, nil honestius, nil celebrius, vel commodius populo Christiano &c. Dat. Nurembergae an. D.* MCCCCXXXI. *die* VII. *Iulii, Regnor. Hungariae* XLV. *Romanor.* XXI. *Bohemiae* XI.

CIX. pag. 73. Quaedam Bulla Eugenii, ut Dominus sancti Angeli praesideat, quae non fuit accepta, quia non erat sufficiens. Inc. *Eugenius = Dilecto filio Iuliano S. Angeli Diacono Cardinali, Apostolicae Sedis Legato, sal. & omnipotentis Dei Ben. Certificati tam per litteras tuas = Dat. Romae apud S. Petrum an. Inc. Dom.* MCCCCXXXI. II. *Kal. Iunii, Pont. an.* I.

CX. pag. ead. Procuratorium Ducis Burgundiae. Inc. *Philippus Dei gratia Burgundiae, Lotharingiae = Comes = universis praesentes litteras inspecturis salutem in vero salutari. Etsi ab inceptione, & prima convocatione = Dat. in villa nostra die* XI. *mensis Maii, an. Dom.* MCCCCXXXIII. *per Dominum Ducem G. Serarii.*

CXI. pag. 73. b. Procuratorium Regis Cypri. Inc. *Hugo miseratione divina Episcopus Praenestinus sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis de Cypro nuncupatus, Rev. in Christo Patribus Dominis Guillelmo Redonen, & Bertrando Vticen. Episcopis sal. in Domino sempiternam. Quum Serenissimus Princeps Dominus Ioannes Ierusalem, Cypri, & Armeniae Rex, Nepos noster = Datum Neapoli in domibus nostrae solitae residentiae, sub anno a Nativitate Domini* MCCCCXXXIII. *ind.* XI. *die vero* XX. *mensis Martii &c.*

CXII. pag. 74. Capitula pacis Italiae conclusa inter Ducem Mediolanensem, & Venetos, die XXVI. Aprilis A. D MCCCCXXXIII. in ortu solis. Inc. *De petitione ab Abada (vel Abicida) citra sententiatum est, quod Dux Mediolani sit libere a dicta petitione absolutus.* Des. *& si dubium orietur propter hoc, Domini arbitri declarare debeant tale dubium.*

CXIII. pag. 75. Sessio duodecima. Decretum monitionis, & suspensionis, si non adhaeserit contra Dominum Eugenium. Inc. *Sacrosancta = sancta Catholica Ecclesia in sacro Constantiensi Concilio conveniens = Dat. in Sessione publica* XIII. *die Iulii, an. Domini* MCCCCXXXIII.

CXIV. pag. 76. Decretum electionum, & confirmationum. Inc. *Sacrosancta = Sicuti in constituenda domo praecipua est architectoris cura &c.*

CXV. pag. 77. Sessio decimatertia. Decretum prorogationis, & suspensionis ad XXX. dies. Inc. *Sacrosancta = Dudum siquidem haec sancta Synodus volens periculis & gravissimis scandalis = Dat. Basileae in publica Sessione ipsius S. Synodi celebrata in Ecclesia maiori Basileensi, tertio Idus Septembris, anno Dom.* MCCCCXXXIII.

CXVI. pag. 77. b. Decretum pro tutela incorporatorum Concilii. Inc. *Sacrosancta =*

Vt

Digitized by Google

Vt sacri Concilii, & suppositorum indemnitati congrue provideatur = Dat. Basileae in publica Sessione ipsius S. Synodi celebrata in Ecclesia maiori Basileensi III. *Idus Septembris, anno Dom.* MCCCCXXXIII.

CXVII. pag. 78. Quoddam Statutum Regis Angliae. Inc. *Item, quum Domino nostro Regi ex parte Praelatorum, & Cleri Regni sui Angliae in praesenti sui Parlamento sit omissum &c.*

CXVIII. pag. ead. b. Quaedam Constitutio Archiepiscopi Cantuariensis contra haereticos. Inc. *Periculosa quoque res est, testante beato Hieronymo &c.*

CXIX. pag. ead. Responsio ad rationes Bullae dissolutionis Concilii. Inc. *Dicitur primo, quod in partibus Basileae propinquis, aliqui oppidani haeresim Hussitarum insequentes &c.*

CXX. pag. 80. b. Quaedam Conclusiones contra adversarios Concilii. Inc. *Quum notorium sit toti Christianitati &c.*

CXXI. pag. ead. Exposita per Ambassiatores Concilii Papae Eugenio pro utilitate Concilii. Inc. *Primo quum in dicto Concilio agendum sit principaliter de haeresum exstirpatione &c.*

CXXII. pag. 81. b. Duae Bullae cum aliquibus rationibus Domini Eugenii contra Concilium.

I. *Eugenius = Ad futuram rei memoriam. Inscrutabilis divinae providentiae altitudo = Dat. Romae apud S. Petrum* IV. *Kal. Augusti, anno tertio.*

II. *Eugenius = Ad futuram rei memoriam. In arcano nostrae mentis saepissime cogitantes = Dat. Romae apud S. Laurentium in Damaso* MCCCCXXXIII. III. *Idus Septembris, anno tertio.*

CXXIII. pag. 82. b. Instructiones, quas Dominus Eugenius misit per Vniversum contra Concilium, & specialiter ad Dominum Regem Castellae. Inc. *Primo quia Basileae congregati, auctoritate Apostolica spreta &c.*

CXXIV. pag. 84. Bulla quaedam Eugenii, quae iudicata fuit valde perniciosa contra Concilium, de qua tamen se excusarunt Ambassiatores ipsius, quod illam numquam fieri mandavit. Inc. *Eugenius = universis Christifidelibus Deus norat, secretorum omnium optimus perscrutator = Dat. Romae apud Sanctum Petrum an. Incarnat. Dominicae* MCCCCXXXIII. XVIII. *Kal. Ianuarii, Pont. nostri anno tertio.*

CXXV. pag. 86. Alia prorogatio dicti Decreti suspensionis propter iucundum adventum Domini Imperatoris. Inc. *Die Dominica,* XI. *mensis Octobris, anno Domini* MCCCCXXXIII. *intravit civitatem Basileensem Serenissimus Princeps Sigismundus, Romanorum Imperator, ad cuius instantiam propter eius iucundum adventum sacrum Concilium Basileense prorogavit* XXX. *dierum suspensionem Domini Eugenii Papae ad octo dies, dictos* XXX. *immediate sequentes &c.*

CXXVI. pag. 86. b. Sessio decimaquarta. Decretum prorogationis suspensionis ad IX. dies, cum forma adhaesionis inserta. Inc. *Sacrosancta = Terminum* LX. *dierum datum sanctissimo Domino Eugenio Papae quarto iuxta formam Monitorii.* Formula autem adhaesionis inc. *Eugenius = Dudum sacrum Concilium Basileense per generalium Constantiensis, & Senensis Conciliorum Statuta &c.*

CXXVII. pag. ead. Duae Bullae Domini Eugenii, ut dicebatur, adhaesionis, quae visae, in nullo satisfaciebant. Prima inc. *Eugenius = venerabilibus fratribus Bartholomaeo Archiepiscopo Spalatensi &c. Quum nos ad petendum quemcumque = Dat. Romae apud S. Petrum an. Inc. Dom.* MCCCCXXXIII. *Idib. Aug. Pont. nostri anno tertio.* Altera inc. *Eugenius &c. Ad futuram rei memoriam. Dudum sacrum generale Concilium Basileense pro reformatione morum = Dat. &c. Kal. Augusti an. Inc. Dom.* MCCCCXXXIII. *Pont. nostri anno tertio.*

CXXVIII. pag. 87. b. Responsio facta per Abbatem Bonevallis ad quosdam articulos, quos Dominus Eugenius misit per Vniversum, coram Rege Castellae. Inc. *Vt vobis, Serenissimo Principi, & semper Christianissimo, & invictissimo Domino nostro, Regi Castellae & Legionis, appareat evidenter, quod sincera & pura fuit intentio &c.*

CXXIX. pag. 94. Sessio decimaquinta. Decretum de Episcopalibus Synodis, & Conciliis Provincialibus. Inc. *Sacrosancta = Pridem haec sancta Synodus quoddam saluberrimum promulgavit decretum = Datum Basileae in Sessione publica* VI. *Kal. Decembr. an. Dom.* MCCCCXXXIII.

CXXX. pag. 95. Copia cuiusdam Bullae Domini Eugenii missae omnibus Principibus Christianitatis. Inc. *Eugenius = charissimo in Christo filio Henrico Regi Angliae illustri salutem & Ap. Ben. Sicut a multis fide dignis accepimus, Oratores tui, quos destinasti ad Basileense sacrum Concilium = Dat. Romae apud S. Petrum anno Inc. Domin.* MCCCCXXXIII. *quarto Idus Augusti, Pont. nostri anno tertio.*

CXXXI. pag. ead. Sessio decimasexta. Decretum adhaesionis Domini Eugenii Papae, per quod apparet de verbo ad verbum, sicut mandavit Concilium, ita scripsit, & fecit. Inc. *Sacrosancta = Ad perpetuam rei memoriam. Litteris sanctissimi Domini Eugenii Papae IV. more Romanae Curiae bullatis, ac per nonnullos S. R. E. Cardinales subscriptis &c.*

CXXXII. pag. ead. b. Item nota diei, in qua Archiepiscopus Tarentinus, & Episcopus Cerviensis praesentarunt Bullam credentiae Papae sacro Concilio, requirentes, quod declararent, Papam satisfecisse. Inc. *Die* XXI. *mensis Ianuarii, an. Dom.* MCCCCXXXIIII.

in-

Digitized by Google

intraverunt Basileam Nuncii & Ambassiatores Dom. Eugenii Papae IV. videlicet Arch. Tarentinus &c.

CXXXIII. pag. ead. Bulla Domini Eugenii, in qua adnunciat, Praesidentes admittendos in Concilio suo. Inc. *Eugenius = Ven. fratribus Iordano Sabinensi, & Petro Albanensi Episcopis = Alta nos cura sollicitat, dum unicae Sedis, cui divina voluntate praesumus = Dat. Romae apud S. Petrum anno Inc. Dom.* MCCCCXXXIII. *decimo octavo Kal. Ianuarii, Pont. nostri anno tertio.*

CXXXIV. pag. 96. Bulla Domini Eugenii, in qua nominantur alii Praesidentes in dicto Concilio. Inc. *Eugenius = Ven. fratribus Ioanni Archiepiscopo Tarentino, & Petro Episcopo Paduano, ac dilecto filio Ludovico Abbati sanctae Iustinae, Monasterii Paduani, sal. & Ap. Ben. Quum sacrum generale Basileense Concilium iuxta Constantiensis & Senensis Conciliorum Statuta celebrari mandaverimus = Dat. Romae apud S. Petrum an. Inc. Dom.* MCCCCXXXIII. XVII. *Kal. Ianuarii, Pont. nostri anno tertio.*

CXXXV. pag. ead. Bulla Domini Eugenii, per quam constituit Dominum sancti Angeli Praesidentem in dicto Concilio, una cum in superioribus litteris nominatis. Inc. *Eugenius = Dilecto filio Iuliano S. Angeli Diacono Cardinali, Apostolicae Sedis Legato, sal. & Ap. Ben. Auctoritate praesentium tibi iniungimus, quatenus praesidentiam in sacro generali Basileensi Concilio, ad quam fe. re. Martini V. praedecessoris nostri, & nostra auctoritate deputatus exstitisti = Dat. Romae apud S. Petrum an. Inc. Dom.* MCCCCXXXIII. XVI. *Kal. Ian. Pont. nostri anno tertio.*

CXXXVI. pag. ead. Sessio decimaseptima. Decretum Concilii Basileensis, in quo admittuntur Praesidentes quinque, videlicet Cardinales duo, unus Archiepiscopus, & unus Episcopus, & unus Abbas cum certis conditionibus. Inc. *Sacrosancta = Dilectos Ecclesiae filios Nicolaum &c. Dat. in Sessione publica ipsius sanctae Synodi celebrata in Ecclesia maiori Basileensi* VI. *Kal. Maii, an. a Nat. Dom.* MCCCCXXXIV.

CXXXVII. pag. ead. b. Sessio decimaoctava. Decretum Concilii Basileensis, in quo recitantur aliqua Decreta Concilii Constantiensis, videlicet, quod quilibet teneatur obedire Concilio &c. *Sacrosancta = Ad perpetuam rei memoriam, & magnam Ecclesiae utilitatem pertinere dignoscitur = Dat. in Sessione publica ipsius sanctae Synodi in Ecclesia maiori Basileensi solemniter celebrata* III. *Kal. Iulii, an. a Nativitate Domini* MCCCCXXXIV.

CXXXVIII. pag. ead. b. Sessio decimanona. Decretum dicti Concilii de pactis habitis cum Graecis de veniendo ad terram Latinorum ad Concilium celebrandum. Inc. *Sacrosancta = Ad perpetuam rei memoriam. Sicut pia mater pro filiorum salute semper anxia est. &c.*

CXXXIX. pag. 98. Item Copia Bullae aureae Imperatoris Graecorum translatae de graeco in latinum. Inc. *Quoniam fuerunt ad sacrosanctum Concilium generale Basileense nostri, & Imperii nostri Ambassiatores = factumque praesens Chrysobolum Imperii nostri a mundi creatione sexmillesimo nonagesimo quadragesimo, & Domini nostri Iesu Christi Nativitate millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, die* XI. *Novembris* C̄Poli *in Palatio nostro Imperiali, & subscriptum litteris rubeis manu nostra propria, more Imperiali, cum pendenti aurea Bulla.*

CXL. pag. 98. Item Bullae Patriarchae Constantinopolitani. Inc. *Ioseph Dei gratia Archiepiscopus* C̄Politanus, *novae Romae, universalis Patriarcha, Reverendissimis Dominis Cardinalib. Romanae Ecclesiae, & Reverendis Episcopis, & omnibus aliis devotis congregatis in Synodo Basileensi condignam & condecentem mitto omnibus, ea, qua teneor charitate, & amicitia spirituali salutem. Litteras V. R. recepimus per R. Antonium Episcopum Sudensem, & Fratrem Albertum de Crispis, sacrae Theologiae Magistrum, Oratores vestros = Datum in Vrbe* C̄Politana MCCCCXXXIII. *die* XV. *Octobris.*

CXLI. pag. ead. b. Item Decretum Iudaeorum, & Neophytorum in dicta Sessione recitatum. Inc. *Sacrosancta = Salvatoris nostri Iesu Christi sequens vestigia haec sancta Synodus = Datum, ut suprascriptum est in fine Decreti Graecorum, videlicet in* XIX. *Sessione publica ipsius S. Synodi solemniter celebrata in Ecclesia maiori Basileensi septimo Idus Sept. anno a Nat. Dom.* MCCCCXXXIV.

CXLII. pag. 99. Item Oratio Ambassiatorum Graecorum facta per Abbatem sancti Demetrii translata de graeco in latinum per Archiepiscopum Rucen. tunc Abbatem S. Demetrii, Ordinis S. Basilii. Inc. *Primum quidem, o sacrosancta Synodus, de laude & gloria vestra dicturus &c.* Des. *sed, si Deus dederit, orationem pro illo faciam opportunam.*

CXLIII. pag. 100. b. Rationes, & persuasiones, quod Concilium debet eligere locum, in quo Dominus Eugenius posset interesse. Inc. *Quia quum auctoritas Vicarii Iesu Christi sit illa, qua Concilia congregari debeant &c.*

CXLIV. pag. ead. Rationes, & persuasiones, quare Dominus Eugenius, neque debet, neque commode potest Italiam egredi. Inc. *Quia egredi Italiam est totum Ecclesiae patrimonium gladio, incendio, depopulationi subiicere &c.*

CXLV. pag. 101. Propositiones extractae de Bulla assertionum Domini Eugenii contra Concilium. Inc. *Quod translatio, sive commutatio Concilii Basileensis ad Bononiam &c.*

CXLVI. pag. ead. b. Quaedam Littera Imperatoris Graecorum lecta in generali Congregatione die Veneris, ultima mensis Augusti MCCCCXXXVI. sacro generali Basi-

Digitized by Google

leensi Concilio. Inc. *Ioannes in Christo Deo fidelis Imperator, & moderator Romeorum, Apolialogus semper Augustus, sacrosancto Concilio Basileensi &c. salutem in eo, qui est vera salus. Per venerabilem Henricum Menger Ambassiatorem vestrum cum galeis Venetorum = Datum in C̄Poli a creatione mundi sexmillesimo nongentesimo quadragesimo quarto, mense Martii, indictione* XIIII.

CXLVII. pag. 102. Littera Patriarchae Constantinopolitani. Inc. *Ioseph = A vestro Ambassiatore Domino Henrico, qui cum galeis Venetorum in mense Novembris a nobis recesserat = Datum in C̄Poli a creatione mundi sexmillesimo nongentesimo quadragesimo quarto, mense Martii, indict.* XIIII.

CXLVIII. pag. ead. b. Littera Magistri Ioannis de Ragusio, & Simonis Freris Ambassiatorum Concilii. Inc. *Sacrosanctae generali Synodo Basileensi = Licet iam gratia Altissimi = Scriptum in C̄Poli die* IX. *Februarii* MCCCCXXXVI.

CXLIX. pag. 103. Alia Littera Magistri Simonis Freris ad Dominum Legatum. Inc. *Reverendiss. in Christo Patri D. Iuliano S. Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali = Scribimus ad plenum sacro Concilio quaecumque fecimus = Ex C̄Poli die* V. *Martii. Vester Cappellanus Simon Freris, sacri Concilii Basileensis orator.*

CL. pag. 103. b. Alia Littera Magistri Ioannis de Ragusio. Inc. *Rev.me in Christo Pater = Post concordiam de expositione pecuniarum, adstatim missi sunt Nuntii ad partes orientales = Scriptum in C̄Poli die* IX. *Februarii* MCCCCXXXVI. *Subscriptio eiusdem: R. P. V. humilis servitor Io. de Ragusio.*

CLI. pag. 104. b. Ad eumdem alia per Magistrum Ioannem de Ragusio. Inc. *Rev.me in Christo Pater = Postquam scripseramus omnia, & Nuncii erant parati ad iter = Scriptum in C̄Poli die* X. *Martii* MCCCCXXXVI. *Subscriptio eiusdem D. V. R. humil. servitor*

Io. de Ragusio.

CLII. pag. 105. Propositio Ambassiatorum Graecorum. Inc. *Reverendiss. Patres, & Domini. Sereniss. D. Imperator, & Reverendiss. D. Patriarcha, & Graeci Orientales me ad sacrum miserunt,* (intellige *Concilium*) *& multis respectibus, & specialiter propter quatuor. Primo, ut significarem vobis, qualiter omnes de Ecclesia Orientali sunt parati venire &c.*

CLIII. pag. ead. Quaedam consilia proposita in Concilio super electione loci pro celebrando Concilio cum Graecis. Inc. *Quum Reverendissimi Patres, & Domini omnes in hoc sacro Concilio incorporati iuraverunt dare bonum & sanum consilium &c.*

CLIV. pag. 108. b. Alia propositio Graecorum Ambassiatorum in Concilio. Inc. *Reverendissimi Patres, prout vobis multis vicibus dixi, ego non sum missus huc ad disputandum &c.*

CLV. pag. ead. Instructiones Regis Franciae pro Ambassiatoribus suis, quos misit ad Concilium, & deinde ad Papam. Inc. *Speciales instructiones traditae, atque commissae Dominis Simon Karoli, Alano de Cortua = & primo S. D. N. Papae exhibita solita reverentia, littera credentiae Domini nostri Regis. Maiestatem ipsius cum omni charitate = Datum Lochiis, penultima die mensis Martii, anno Domini* MCCCCXXXV. *sic signata in capite* Charles, *& inferius* Duban.

CLVI. pag. 111. Aliae in gallica lingua. Inc. *De par le Roy. Instructions baillees & commises consellers du dit Seigneur &c.*

CLVII. pag. 113. Requisitio Avinionensis ad quaesita per Ambassiatorem Concilii. Inc. *Hae sunt responsiones factae per Regem super requestis sibi factis per Abbatem Conchensem, Archidiaconum Metensem, & Sacristam S. Martini Lugdunensis, Nuntios, & Ambassiatores sacri Concilii Basileensis, praesentialiter missos apud eumdem Dominum Regem = primo super requesta, & articulo faciendi mentionem, quod placeret Regi exhortari D. N. Papam per Ambassiatas, aut alias, quod dignetur personaliter ad Concilium, quod celebrari debet in civitate Avinionensi, venire &c.*

CLVIII. pag. 115. b. Relatio Domini Patriarchae Aquilegiensis in Basilea die XIII. Sept. MCCCCXXXVI. Inc. *Solent Nuntii, & Oratores, qui praesens sacrum Concilium adeunt, in primordio dicendorum alloquio, orationem aliquam ornare compositam, matureque digestam &c.*

CLIX. pag. 116. b. Copia Salviconductus ordinati Basileae. Inc. *Vniversis & singulis notum facimus, qualiter nos desiderio affectantes, ut unio Graecorum cum sancta Romana Ecclesia fiat &c.*

CLX. pag. ead. Instructiones ex parte Domini nostri pro Episcopo Segnensi eunte ad Imperatorem. Inc. *Primo salutem & Ap. Ben. more solito & consueto suae Maiestati exhibere. Secundo, quod sanctissimus Dominus noster cum sacro Collegio, magno gaudio, magnaque laetitia, & iucunditate audiunt &c.*

CLXI. pag. 118. Decretum de promotione litteratorum virorum ad Beneficia. Inc. *Quoniam natura humana semper currit in infinitum &c.*

CLXII. pag. ead. Quaedam proponenda pro bono universalis Ecclesiae. Inc. *In primis litteras exhortatorias Dominis singulis Orientis, & Occidentis, insuper & Communitatibus pro armata fienda &c.*

CLXIII. pag. 119. Littera Domini sancti Petri, & Domini S. Sabinae ad aliquos Cardinales in Curia exsistentes. Inc. *Reverendissimi in Christo Patres & Domini = Pro magna fide & charitate, quam habemus ad pacem Ecclesiae, & ad bonum SS̄mi D. N. scribimus suae Sanctitati in modum infrascriptum: Beatissime Pater. Laboramus cuncti, quanta possumus diligentia &c.*

CLXIV. pag. ead. b. Quaedam colloquutio Domini Imperatoris cum Dominis de Bohe-

Digitized by Google

Bohemia in civitate Pragensi, die Martis proxima post Dominicam *Laetare*, an. Dom. MCCCCXXXVII. Inc. *Item in primo dixit praefatus Dominus Imperator: Dilecti viri, & specialiter dilecti fideles, & etiam vos Magistri, sicuti vobis omnibus bene notum est &c.*

CLXV. pag. 120. b. Articuli quidam declarandi in Concilio circa errores Bohemorum. Inc. *Primo Concilium debet declarare, an de necessitate salutis sit omnium animarum, quod populus communicetur sub utraque specie panis & vini &c.*

CLXVI. pag. 120. b. Proposita Domino Eugenio ex parte Regis Portugalliae tractanda pro bono Ecclesiae. Inc. *Beatissime Pater. Haec videntur Serenissimo Principi Domino Regi Portugalliae &c., devotissimo filio Sanctitatis vestrae requirenda ac pertractanda in Concilio generali ad reformationem Ecclesiae Dei = & primum quia plurima & praecipua reformatoria &c.*

CLXVII. pag. 121. b. Quod non sit expediens compellere Ambassiatores Principum iurare Decreta Concilii. Inc. *Non est huic Concilio expediens compellere Ambassiatores Regum & Principum &c.*

CLXVIII. pag. 122. Narratio Tractatus Domini Eugenii cum Graecis, & Armenis, & quomodo, ipso nesciente, alia tractaverunt cum Concilio. Inc. *Dudum S. D. N. in minoribus constitutus considerans, quantum Deo grata exsitisset unio Orientalis Ecclesiae cum Occidentali, ut sicut unus Deus per utramque Ecclesiam recognoscitur, ita sub unius fidei unitate, integritate, ac religione veneretur &c.*

CLXIX pag. 123. b. Littera Imperatoris Graecorum ad Concilium. Inc. *Quoniam destinatae fuerunt ab Imperio meo praesanctissimo Domino Oecumenico Patriarcha Ambassiatae ad sacrosanctam Ecclesiam Romanam = An. a Nat. Chr. MCCCCXXXV. die XXVI. Nov.* Subscriptio: *vestro servo Dompno Ant. de Perusio* superscriptio: *Rev.mo in Christo Patri & Domino D. D. de Capranica, miseratione divina Presbytero Cardinali Firmano, tituli S. Mariae in Via Lata, Domino meo singularissimo.*

CLXX. pag. 124. Conventio Domini Martini cum Graecis de loco, & de modo ad tractandam unionem. Inc. *In nomine S. Trinitatis. Sic conclusum est a beatissimo Papa Martino quinto, hoc est ad aliquam civitatem littoream Calabriae usque Anchonem, quam Imperator Graecorum elegerit, conveniant &c*

CLXXI. pag. ead. Quaedam Avisamenta pro instructione communi. Inc. *Quum Ecclesia reformari debeat in capite & in membris, a capite incipiendum est &c.*

CLXXII. pag. ead. b. Articuli eorum, quae facere possunt ad plenam concordiam Concilii cum Papa. Inc. *In primis Sanctiss. D. N. Papa dabit Bullas suas in forma advisanda, de observatione Decretorum, de Electionibus & Annatis, sine fraude, & dolo &c.*

CLXXIII. pag. 125. Querimonia Regis Portugalliae, quia Papa miserat Visitatores in Regno Portugalliae. Inc. *Beatissime Pater. Licet Sanctitas vestra divino iudicio ad suprema vocata &c.* Nominantur Episcopus Lumacensis, & Abbas Florentinus, Visitatores & Correctores deputati per totum Regnum Portugalliae.

CLXXIV. pag. 126. Instructiones ad Dominum Eugenium, & Collegium Cardinalium ex parte cuiusdam Oratoris Papae in Concilio exsistentis. Inc. *Beatissime Pater, post devota pedum oscula beatorum. Licet onus mihi nuper per S. V. relatione Domini Leonardi iniunctum, non parum grave existimem &c.*

CLXXV. pag. 127. Sessio vigesima. Decretum Concilii Basileensis de Concubinariis. Inc. *Sacrosancta = Quicumque clericus, cuiuscumque status, conditionis, & religionis, dignitatis &c.*

CLXXVI. pag. ead. Decretum de excommunicatis vitandis. Inc. *Ad vitandum scandala, ad multa pericula &c.*

CLXXVII. pag. ead. b. De interdictis non leviter ponendis. Inc. *Quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione multa consueverunt scandala evenire &c.*

CLXXVIII. pag. ead. De frivolis appellationibus. Inc. *Vt lites citius terminentur = Dat. in Sess. publ. in Eccl. ma. Basil. XI. Kal. Febr. MCCCCXXXV.*

CLXXIX. pag. ead. Proposita quaedam in Concilio ex parte XII. Deputatorum, antequam Praelati multi viam arriperent ad diversas ambassiatas, ad quas mittebantur. Inc. *Quum ad reformationem Ecclesiae universalis toti mundo promissam &c.*

CLXXX. pag. 128. b. Quaedam alia super materia Annatarum. Inc. *Die Veneris, tertia mensis Iunii MCCCCXXXV. in sacra Deputatione pro communibus super avisamento Rev.mi D. Card. Legati &c.*

CLXXXI. pag. ead. Protestatio Cardinalis sancti Clementis, & Cardinalis sanctae Mariae in Cosmedin coram Domino Eugenio contra Decretum Concilii de Annatis. Inc. *Quum beneficium protestationis ad defensionem, & conservationem iuris & iustitiae, protestantium &c.*

CLXXXII. pag. 129. b. Sessio vigesimaprima. Decretum dicti Concilii de Annatis, & multis aliis in dicto Decreto recitatis. Inc. *Sacrosancta = In nomine S. Spiritus Paracliti statuit haec sancta Synodus, quod tam in Curia Romana, quam alibi etc.*

CLXXXIII. pag. 130. Decretum de pacificis possessoribus. Inc. *Quicumque non violentus, sed habens coloratum titulum pacifice Praelaturam, Dignitatem, Beneficium, vel Officium possederit &c.*

CLXXXIV. pag. ead. Item de modo, & forma dicendi Divinum Officium tam in Ecclesia, quam extra &c. Inc. *Si quis Principem*

Digitized by Google

cipem saeculi rogaturus habitu honesto etc. ubi etiam agitur *de pignorantibus cultum divinum, de tenentibus Capitula tempore Missae, de spectaculis in Ecclesia non faciendis &c.*

CLXXXV. pag. ead. b. Oratio facta coram Papa Eugenio super conventione facta cum Graecis, & petebatur omnium confirmatio per Papam. Inc. *Si in medio Magnatorum loqui praesumendum non sit, Pater beatissime, in conspectu S. V. mihi tacendum esset, nisi Ecclesiae mandasset auctoritas.* Des. *recipietisque in unitate perfecta coronam immarcescibilem, quam S. V. & nobis omnibus concedat ille, qui est trinus & unus benedictus in saecula. Amen.*

CLXXXVI. pag. 132. Decretum de admissione Praesidentium Papae in Concilio. Inc. *Sacrosancta = dilectis Ecclesiae filiis = Nicolaum tituli S. Crucis in Ierusalem Presb. Iulianum S. Angeli Diaconum S. R. E. Cardinales, ac Ven. Ioannem Arch. Tarentinum, & Petrum Episcopum Paduanum, ac dilectum Ecclesiae filium Ludovicum Abbatem S. Iustinae Paduanae, tantum admittit in praesidentes in hoc sacro Concilio, nomine, vice, & loco SS.mi D. Eugenii Papae quarti etc.*

CLXXXVII. pag. ead. Copia Bullae Domini Eugenii transmissae sacro Concilio, in qua dicit ad eum venisse Ambassiatores Concilii, & quod mittet Nuncios, qui respondebunt de singulis. Inc. *Eugenius = Venientes ad nos dilecti filii, Ioannes Bachenstein Decretorum Doctor &c. Data Florentiae an. Inc. Dom.* MCCCCXXXV. *Idibus Augusti, anno quinto.*

CLXXXVIII. pag. 132. b. Responsio Nunciorum Papae ad sacrum Concilium super his, de quibus supra fit mentio. Inc. *Nuncii & Oratores a sacro hoc generali destinati Concilio = scilicet doctissimi Magistri Matthaeus Mesnasii sacrae Theologiae Professor, & Ioannes Bachenstein Decretorum Doctor &c.*

CLXXXIX. pag. 133. Item Littera Concilii, qua hortantur Cardinales, Patriarchas, qui tenentur ad Concilium venire, quod infra mensem se repraesentent. Inc. *Sacrosancta = Emergentibus in dies universalis Ecclesiae negotiis prosequendis Constantia nos tenet in mora, praesertim, ut Bohemorum iam fere sepultis erroribus evacuetur &c.*

CXC. pag. ead. b. Littera Imperatoris Graecorum ad Papam. Inc. *Sanctiss. ac Beatiss. in Christo Patri, & D. D. Eugenio sacrosanctae Romanae Ecclesiae summo Pontifici Ioannes in Christo Deo fidelis Imperator, & moderator Romanorum Palaeologus semper Augustus reverentiam tam debitam, quam devotam. Vestrae Beatitudinis venerabilis Orator, & Secretarius Christophorus Garatonius venit ad nos = Datum in Vrbe nostra C$\overline{poli}$* MCCCCXXXV. *die* XXII. *Novembris.*

CXCI. pag. ead. Item commissio praefati Imperatoris. Inc. *Quum venerabilis Henricus Menger, Decretorum Doctor, Canonicus Constantiensis, unus ex Ambassiatoribus sacrosancti Concilii Basileensis =* Dat. ut supra MCCCCXXXV. *die* XXVI. *Novembris sub sigillo nostro Imperiali.*

CXCII. pag. 134. Item Littera Patriarchae Constantinopolitani ad Papam. Inc. *Beatissimo Domino Papae D. Eugenio summo Pontifici dignissimo. Ioseph miseratione divina Archiepiscopus Constantinopolitanus novae Romae, ac oecumenicus Patriarcha condecentem & dignam salutationem reddimus Sanctitati tuae cum sincera dispositione, & amicitia spirituali, & charitate. Venerabilis Secretarius, & Orator B. tuae Christophorus Garatonius, Magister Artium venit ad nos, praesentavitque nobis eiusdem Beatitudinis litteras = Datum C$\overline{poli}$ in nostro Patriarchatu S. Sophiae, anno a mundi constitutione sexmillesimo noningentesimo quadragesimo quarto, a Nativitate autem D. N. I. C.* MCCCCXXXV. XI. *mensis Novembris, indictione* XIV.

CXCIII. pag. ead. Commissio praefati Patriarchae. Inc. *Quum propter rationabiles, & necessarias caussas videatur utile, & conveniens non abesse B. Papam &c.*

CXCIV. pag. ead. Concordata in Concilio super Papa monendo, ut servet Decreta Concilii. Inc. *Concordant omnes Deputationes, quod solemniter requiratur, & moneatur Dominus noster Papa &c.*

CXCV. pag. ead. b. Item exhortatio, & oppositio Praesidentium Domini Eugenii contra quaedam concordata in Deputationibus super Nunciis ad Papam mittendis, & effectus propositionum illorum, qui iverunt. Inc. *Intelleximus Rev.mi in Christo Patres, & Domini, quod in sacris Deputationibus quaedam supplicatio ex parte Consilii Regis Renati, Aquis residentis, nuper porrecta est &c.* Subiiciuntur: *Advisamenta Domini Legati die* XIV. *Ianuarii* MCCCCXXXVI. *Deputationibus data*, & tenor Litterarum Apostolicarum, de annullandis, & irritandis omnibus appellationibus sub poena excommunicationis latae sententiae &c.

CXCVI. pag. 135. b. Sententia lata per sacrum Concilium contra Dominium Venetorum. Inc. *Christi nomine invocato, de cuius vultu omne procedit iudicium = Datum in maiori Ecclesia Basileensi publice in Congregatione generali die* XXIV. *mensis Decembris A. D.* MCCCCXXXV.

CXCVII. pag. 136. Quaedam propositio facta coram Papa ex parte Concilii. Inc. *Beatissime Pater. Exigeret praesentia V. B. in primo dicendorum eloquio orationem ornate compositam.* Des. *ac triumphalem gloriam consequi mereatur, quam S. V. & nobis omnibus concedat Iesus Christus benedictus in saecula.*

CXCVIII. pag. 137. Responsio Papae ad eamdem. Inc. *Respondendum videtur in huiusmodi substantia. Et primo aliud numquam censuisse SS.mum D. N. de adhibenda reverentia sacris generalibus Conciliis &c.*

CXCIX.

Digitized by Google

CXCIX. pag. 138. Allegationes Domini Episcopi Gadicensis, utrum Concilium possit petere Decretum irritari. Inc. *Rev.me Pater, ac R. Patres. Videtur valde deliberandum, si Decretum irritans, possit poni in collationibus Beneficiorum &c.*

CC. pag. 140. Item aliae allegationes dicti Episcopi Gadicensis super eadem materia. Inc. *Teste Isidoro in Libro III. de Summo Bono, collatio est utilis ad instruendam &c.*

CCI. pag. 144. b. Sessio vigesimasecunda. Decretum Concilii de libello Magistri Augustini de Vrbe, Ordinis Eremitarum, in quo condemnatur. Inc. *Sacrosancta = Quum inter cetera pietatis opera ad conservandam fidei Catholicae veritatem. Dat. in Sessione publica in maiori Ecclesia Basileensi solemniter celebrata Idibus Octobris, anno a Nat. Dom.* MCCCCXXXV.

CCII. pag. 145. Sessio vigesimatertia. Decretum dicti Concilii de electione Summi Pontificis. Inc. *Sacrosancta = Quoniam salus populi, Pastor bonus, merito hanc Synodum, quantum pro humanae legis fieri potest industria etc.*

CCIII. pag. ead. b. Item de professione eiusdem, & forma consensus. Inc. *Statuit sancta Synodus, ut electus in Papam, electioni de se factae per infrascripti modi expressionem consentire teneatur etc.*

CCIV. pag. ead. Item Decreta multa defiendis per Papam, & Cardinales, tam circa fidei defensionem, quam circa Principum pacificationem, circa regimen Curiae, & Ecclesiarum Vrbis, Palatii Apostolici, & terrarum Ecclesiae. Inc. *Ne lapsu temporis haec tam salubris institutio e memoria Summi Pontificis elabatur etc.*

CCV. pag. 147. Item de numero, & qualitate Cardinalium. Inc. *Quum Summo Pontifici S. R. E. Cardinales in dirigenda Christiana Republica collaterales consistant etc.*

CCVI. pag. ead. b. Item de Electionibus, & Reservationibus, & Clement. Litteris. Inc. *Licet dudum haec S. Synodus abolita per eam generali omnium Ecclesiarum, & Dignitatum electivarum reservatione etc.*

CCVII. pag. 148. Sessio vigesimaquarta. Decretum renovatum cum Graecis. Inc. *Sacrosancta = Quia Ambassiatores nostri ad Cpolim transmissi nomine & vice eiusdem S. Synodi Serenissimo Romeorum Imperatori, & Rev.mo D. Patriarchae Cpolitano propter nonnullas caussas promiserunt = Datum in Sess. publica in Ecclesia maiori Basileen.* XVIII. *Kal. Maii, anno a Nat. Dom.* MCCCCXXXVI.

CCVIII. pag. eadem b. Item forma Salviconductus Graecorum. Inc. *Sacrosancta = Quia auctore Domino in regione nostra Occidentali etc.*

CCIX. pag. 149. Bulla aurea Imperatoris Graecorum. Inc. *Quoniam destinatae fuerunt ab Imperio meo, & praesanctissimo Domino Oecumenico Patriarcha Graecorum Ambassiatae ad sacrosanctam Ecclesiam Romanam, videlicet ad beatissimum Papam Dominum Martinum V. & ad modernum sanctissimum Papam Dominum Eugenium similiter, & ab ipsis transmissae fuerunt multoties ad nos pro unione Ecclesiarum = Anno sexmillesimo noningentesimo quadragesimo quarto, in mense Novembris, ind.* XIIII. *a Nativitate vero Domini millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, die* XXVI. *mensis Novembris.*

CCX. pag. ead. b. Bulla plumbea Patriarchae Constantinopolitani. Inc. *Quoniam destinatae fuerunt ab humilitate nostra, & potentissimo & sancto meo Imperatore Ambassiatae = Dat. in mense Novembris, ind.* XV. *anno ab Adam, seu mundi constitutione sex = millesimo nonagentesimo quadragesimo quarto, a Nat. vero Dom.* MCCCCXXXV.

CCXI. pag. ead. Sessio vigesimaquinta. Decretum de Indulgentiis Basileensibus. Inc. *Sacrosancta = Vox illa iucunditatis, & laetitiae ad populum Israëliticum = In Ecclesia maiori Basileensi anno a Nat. Dom.* MCCCCXXXVI. XVII. *Kal. Maii = Dat. etc.*

CCXII. pag. 151. Sessio vigesimasexta. Decretum eiusdem Concilii de communicandis laicis, videlicet, quod qui non conficit Eucharistiae Sacramentum, non adstringatur recipere Corpus Domini, nisi sub una specie. Inc. *Sacrosancta = Vt lucidius videatur pro declaratione Catholicae veritatis = Dat. Basileae in nostra solemni & publica Sessione,* XV. *Kal. Ianuarii, an. a Nat. Dom.* MCCCCXXXVII.

CCXIII. pag. ead. Quod minor pars poterit eligere alium locum, quia volebat servare promissa. Inc. *Mirantur aliqui a Reverendissimis Dominis Legatis &c.*

CCXIV. pag. ead. b. Quidam Sermo factus in Concilio Basileensi. Inc. *Mos est magna laude dignus, apud modernos Ecclesiasticos diutissime observatus, quum de rebus arduis dicturi sunt, ab aliquo Scripturae verbo initium dicendi facere.* Des. *& mansiones apud vos faciet hic per gratiam, & in patria caelesti per gloriam, quam I. C. nobis & vobis, & omnibus Christianis largiri dignetur, qui vivit &c.*

CCXV. pag. 153. Quaedam Oratio ad Concilium habita. Inc. *Primum quidem, o sacrosanta Synode, de gloria, & laude vestra dicturus a Deo immortali auxilium invoco & favorem.* Des. *sed si Deus dederit, orationem pro illo faciam opportunam.*

CCXVI. pag. 155. Allegationes Domini Ludovici de Roma de electione loci Florentini, & declamatione Avinionensium. Inc. *Spiritus Sancti gratia invocata. Quaeritur primo, numquid Domini Avinionenses satisfecerint cedulae concordatae &c.*

CCXVII. pag. 156. b. Quaedam Littera Prioris Conventus Ametiaci Ord. Praed. Provinciae Franciae de spiritibus immundis, missa per quosdam Fratres. Inc. *Rev. in Chri-*

Digitized by Google

Christo Patribus, & Magistris Priori, ceterisque Fratribus Conventus Bononiae, Provinciae S. Dominici Ord. Fratrum Praed. Fr. Petrus de Alneto &c. Nuper hostis ille pestifer, & anguis, ac tortuosus venenosusque coluber, spiritus Satanae = Scriptum Amietiaci die VI. *Aug.* MCCCCXXXVII.

CCXVIII. pag. 157. b. Alia Littera missa per quosdam Fratres Ordinis Praedicatorum de Incubis. Inc. *Rev. Magister = Noveritis me exercuisse officium Inquisitionis, tamquam Vicarius Magistri Ioannis Tatoci principalis Inquisitoris in Regno Franciae &c. Lugduni* XXV. *Maii. Thomas Gibelli Prior Conventus Lugdunensis, Ord. Praedicatorum.*

CCXIX. pag. 158. Quaedam Littera L. Therunda ad Cardinalem sanctae Crucis de reformatione Ecclesiae. Inc. *Rev.mo N. Card. S. Crucis L. Therunda humilis servus eius, devotionem & fidem. Animadvertens praesentem rerum in toto orbe statum = Dat. Florentiae sexto Novembris* MCCCCXXXV.

CCXX. pag. ead. Alia eiusdem ad Dominum Eugenium. Inc. *Beatissimo Patri & Domino suo Eugenio Papae quarto humilis servus eius L. Therunda devotionem & fidem. Tanta est hoc tempore gloriosa hominum vanitas, ut nulla cuiquam accipienda videatur Oratio.* Des. *& sanctissimum nomen tuum, tantae salutis auctoris, aeterna memoria, religiosa devotione celebretur in terris.*

CCXXI. pag. 162. Alia ad Cardinalem sancti Angeli. Inc. *Rev.mo Patri D. Card. Iuliano S. Angeli humilis servus eius L. Therunda, devotionem & fidem. Quod ad te insolitum, & novum nunc primum scribam, tibi votum committere meum audeam. = Dat. Romae &c.*

CCXXII. p. ead. Item Oratio quaedam Archiepiscopi Tarentini ad Concilium Basileense. Inc. *Si parvorum hominum non sit grandium rerum onera movere.* Des. *oblita es legis Domini Dei tui, obliviscar filiorum tuorum ego. Explicit Oratio ad Basileense Concilium L. Therinda.*

CCXXIII. pag. 167. Quinta Oratio Archiepiscopi Tarentini ad Concilium. Inc. *Opus pium tua gravitate, tuaque sapientia dignum facis, Synode sacrosancta, quae me filium, vel servum tuum, quem iam quinto ad sacrum hoc tribunal reproficiscentem dinumeras &c.* Des. *perfecta pax ab ipso pacis principe Christo Iesu Domino nostro, qui fecit, & faciet utraque unum, benedictus, excelsus, & gloriosus. Amen.*

CCXXIV. pag. 169. Conclusio facta in Concilio Basileensi de electione loci ad Concilium celebrandum. Inc. *In nomine Domini Amen. Noverint universi & singuli hoc praesens publicum instrumentum inspecturi, quod anno a Nativitate eiusdem* MCCCCXXXVII. *ind.* XV. *die vero Veneris,* XXVI. *mensis Aprilis, Pont. SS.mi in Christo Patris & D. N. D. Eugenii divina providentia Papae* IV. *an.* VII. *Reverendiss., Reverendisque in Christo Patribus & Dominis, D. Iuliano tit. S. Sabinae in Germania, Ioanne tit. S. Petri ad Vincula S. Sedis Apostolicae Legatis &c.*

CCXXV. pag. 169. b. De Decreto facto de Florentia, & Vtino. Inc. *Sacrosancta = Haec sacrosancta Synodus inter suae Congregationis exordia = Dat. Basileae in nostra solemni Sessione in Ecclesia maiori celebrata Nonis Maii, anno a Nat. Dom.* MCCCCXXXVII.

CXXVI. pag. 170. Item Salvusconductus, quem Graeci voluerunt habere. Inc. *Nos &c. universis praesentes litteras inspecturis notum facimus, quod quum sacrum Basileense Concilium cum Serenissimo Principe Imperatore Romeorum, & Rev.mo Patre Patriarcha CPolitano conveniret, ut Synodus universalis in terra Latinorum pro unione inter Ecclesiam Occidentalem, & Orientalem facienda celebrari debeat &c.*

CCXXVII. pag. ead. Item Protestatio Graecorum facta Basileae contra Avinionenses. Inc. *In nomine Domini Amen. Tenore praesentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter, & sit notum, quod anno a Nat. Dom.* MCCCCXXXVII. *ind.* XV. *die vero Veneris* XV. *mensis Februarii, Pont. SS.mi in Christo Patris, & D. N. D. Eugenii divina providentia Papae IV. anno* VI. *Reverendiss, Reverendisque in Christo Patribus ac Dominis, Dominis Iuliano, tituli S. Sabinae, in Germania Apostolicae Sedis Legato &c. = personaliter constitutus spectabilis, & egregius miles D. Ioannes Dissipatus Ambassiator & Nuntius Serenissimi D. Imperatoris Romeorum &c.*

CCXXVIII. pag. 171. Item quaedam Avisamenta facta in Concilio Basileensi per Cardinalem sancti Angeli. Inc. *Quia per aliquos Dominos de XII. dicitur porrigi debere isto mane aliqua Advisamenta, quae possunt scandalum & divisionem generare &c.*

CCXXIX. pag. ead. b. Item promissiones factae Graecis, ut in Decreto continetur. Inc. *Hoc expeditum fuit, quando iverunt Magister Ioannes de Ragusio &c.*

CCXXX. pag. 172. Item quaedam Avisamenta Gallicorum tempore discordiae. Inc. *Primo, & ante omnia dignentur sacrae Deputationes providere, ac deliberare, ut Bulla sacri Concilii ad alium locum tutum & securum ponatur &c.*

CCXXXI. pag. ead. b. Item responsio facta per Comitatum Venaisinum Ambassiatoribus Concilii in forma. Inc. *Rev.mi Patres = Surgunt mentes nostrae, exsultant animi iubilantes &c.*

CCXXXII. pag. ead. Item confirmatio Decreti. Fuit de Florentia, & Vtino. Inc. *Eugenius = Salvatoris, & Dei nostri, in glorioso cuius ortu Angelorum chorus gloriam in altissimis Deo, & in terra pacem hominibus bonae voluntatis = nuntiavit = Dat. Bononiae an. Inc. Dom.* MCCCCXXXVII. *quarto Kal. Iunii, Pont. nostri an. septimo.*

CCXXXIII. pag. 173. b. Copia Litterarum Dominorum Florentiae contra diffamantes

Digitized by Google

mantes eorum civitatem. Inc. *Rev.mi in Christo Patres, & Domini = Audivimus litteras quasdam diffamatorias civitatis nostrae publicatas fuisse apud sacrum Basileense Concilium, sub nomine ac titulo Ducis Mediolani, quarum litterarum exemplum ad nos delatum, maturiori examine considerantes, tenemus pro certo, litteras illas numquam ab illo Domino missas, sed potius per aliquem ex ministris suis in Concilio degentibus, qui forsitan placere illi credidit, fuisse scriptas = Datum Florentiae die* XV. *Iulii* MCCCCXXXVII. *V. R. P. devotissimi filii Priores Artium & Vexillifer Iustitiae Populi & Communis Florentiae.*

CCXXXIV. pag. 174. Monitorium contra Papam Eugenium IV. valde terribile impingens multa contra eum. Inc. *Sacrosancta = Quum Christi Ecclesia variis, & acerrimis languoribus subiaceret = Dat. Basileae in nostra Sessione publica solemniter in Ecclesia maiori Basileensi celebrata Pridie Kal. Augusti, anno a Nat. Dom.* MCCCCXXXVII.

CCXXXV. pag. 175. Decretum de Cardinalibus faciendis, & qualiter, & quomodo; & cassatio Florentinorum. Inc. *Sacrosancta = Tantam reverentiam sacris Canonibus generalium Conciliorum sancti Patres censuerunt adhibendam, ut violatores eorum voluntarios, gravissime vindicarent = Dat. in Sessione nostra publica* VI. *Kal. Octobris, an. a Nat. Dom.* MCCCCXXXVII.

CCXXXVI. pag. ead. b. Decretum unius partis, quae nolebat servare promissa dicti Concilii Basileensis, per quod annullatur Decretum factum de Florentia. Inc. *Sacrosancta = Quum dudum ex ordinatione nostra concorditer conclusa. Datum* ut supra.

CCXXXVII. pag. ead. Decretum eiusdem, quod civitas Avenionensis non possit alienari. Inc. *Sacrosancta = Quum nostra sollicitudo ad hoc inter alia iugiter adspiret &c. Datum* eodem die, mense, & anno, ut supra.

CCXXXVIII. pag. 176. b. Protestatio Ambassiatorum Regis Castellae, quod non consentiunt contumaciae Domini Eugenii Papae. Inc. *Quum pro illis, quae pacis & unitatis sunt, apud V. R. P. & cum eis per Oratores Serenissimi Principis Domini Ioannis Castellae & Legionis, devotissimi Ecclesiae filii, continue elaboratum exstiterit &c.*

CCXXXIX. pag. 177. Monitorium contra Dominum Eugenium, quod infra quatuor menses revocet omnia attentata; alias ipso facto sit suspensus. Inc. *Sacrosancta = Compatiens haec sancta Synodus miserabilibus Ecclesiae ruinis & languoribus capitis, atque membrorum ex intimis condolens visceribus = Dat. in Sessione nostra publica in dicta maiori Ecclesia Basileensi celebrata* IV. *Id. Octobr. anno a Nat. Dom.* MCCCCXXXVII.

CCXL. pag. 178. b. Quaedam Littera Regis Aragonum ad Basileense Concilium valde praegnans. Inc. *Sacrosanctae generali Synodo in Spiritu Sancto legitime congregatae, universalem Ecclesiam repraesentanti. Sacrosancta generalis Synode Basileensis in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repraesentans. Litteras vestras accepimus die tertio Kalendarum Septembris = Dat. Gayetae die* IV. *Novembris, prima ind. an.* MCCCCXXXIV.

Rex Alphonsus.

CCXLI. pag. 179. Casus formatus Domini Ioannis Polamar Auditoris super electione facta de Florentia. Inc. *Sacrum Concilium obligatur per Decretum solemniter factum mittere ad* C*plim quatuor galeas &c.*

CCXLII. pag. 180. Responsio D. Eugenii data Oratoribus Ducis Sabaudiae interponentis se pro pace inter Dominum nostrum Papam, & Basileenses. Inc. *Ea, quae zelo charitatis, & unitatis dilectus filius noster Dux Sabaudiae per suos Oratores, diserte ac prudenter eius referentes intentionem, nobis significavit, grate audivimus &c.*

CCXLIII. pag. 182. Responsio Oratoribus Electorum Imperii data per S. D. N. in Ferraria. Inc. *Per ea, quae nobis prudenter & accurate exposuistis, studium atque diligentiam venerabilium fratrum, & dilectorum filiorum, sacri Romani Imperii Electorum, ad exstinguendas exortas in Dei Ecclesia dissensiones, tutandamque ipsius pacem, & unitatem plene intelleximus.*

CCXLIV. pag. ead. b. Responsio ex parte Imperatoris ad proposita sibi per Dominum sancti Angeli ex parte Concilii. Inc. *Sacrosanctae Synodi Basileensis conceptum desiderium ad Caesaream Maiestatem diserto sermone primum detulit Reverendissimus in Christo Pater, Dominus Iulianus Apostolicae Sedis Legatus &c.*

CCXLV. pag. 183. Quaedam Consilia ad exhibenda remedia contra dissolutionem Concilii factam per Papam. Inc. *Sicut in corporibus humanis evenit, ut vulnera funditus non curata, redeant, & peiora, quam prius nocumenta faciant &c.*

CCXLVI. pag. 184. b. Item Instructiones Basileensium ad Imperatorem, ut eum traherent in suam sententiam. Inc. *Imprimis qualiter sacrum Concilium suam sacratissimam Imperialem Maiestatem credit non latere, quomodo Dominus noster Papa modernus in primordio huius sacri Concilii, una cum certis suis R. E. Cardinalibus, ipsum sacrum Concilium suae Imperialis Maiestatis expensarum sarcina, laboribus, & sudoribus congregatum dissolvere, ad finem ut reformatio in Dei Ecclesia diu optata, exquisitis studiis retardaretur &c.*

CCXLVII. pag. 187. Decretum suspensionis Papae Eugenii. Inc. *Sacrosancta = Audivit omnis Ecclesia iam a plurimo tempore, quo pacto haec sancta Synodus, inter cetera ob reformationem Ecclesiae Dei in capite & in membris specialiter congregata = Dat. in nostra Sessione publica = Non. Kalendar. Februarii, an. Dom.* MCCCCXXXVIII.

CCXLVIII. pag. 188. Decretum eiusdem Con-

Digitized by Google

Concilii de caussis. Inc. *Sacrosancta = Ecclesiasticae sollicitudinis studium iugiter invigilare convenit, ut fraterna charitas in Clero ac populo Christiano vigeat = Datum*, ut supra.

CCXLIX. pag. ead. b. Decretum de collatione Beneficiorum, & gratiis exspectativis. Inc. *Sacrosancta = Placuit divinae pietati hoc tempore animos hominum, qui variis abusibus inretiti, ceperant vehementius excitare &c.*

CCL. pag. 189. Ordo in conferendis Beneficiis per Ordinarios. Inc. *Primo quum per generalis Concilii Statuta sancte ordinatum exsistat, quod quaelibet Ecclesia Metropolitana teneatur, & debeat unum habere Theologum &c.*

CCLI. pag. ead. b. Exhortatio Domini Cardinalis Sabinensis facta in Concilio pro pace. Inc. *Diu ac saepe, Rev. Patres, & scriptis & verbis Reverendissimus D. Card. S. Petri, & ego magna cum humilitate, eo etiam ipso absente, nonnumquam V. P. supplices deprecati sumus, ut ad ea, quae pacis sunt, & concordiae, vos deflectentes, cogitaretis in pace & unitate, ea sancta opera consummare, ob quae hoc in loco convenisse toti mundo professi estis.* Des. *quae pro pace Ecclesiae nostrae, & unione Graecorum, atque honore vestro mihi iubere dignati fuerint. Laus Deo &c.*

CCLII. pag. 192. Supplicatio facta in Concilio contra impugnantes, & impedientes Ecclesiasticam libertatem. Inc. *Reverendissimi Patres. Humiliter V. D. supplicatur, ut cura vigilanti dignemini intendere circa provisionem oppressae libertatis Ecclesiasticae &c.*

CCLIII. pag. 193. Modus providendi circa ista. Inc. *Primo videtur exponere, quod heic fierent aliqua pro reformatione Cleri, ne dicatur, quod ad hoc solum venerimus, ut laicos, & non nos, tantum reformemus &c.*

CCLIV. pag. 196. Ordo examinandi licentiandum, ex relatione Reverendiss. Domini Card. de Comitibus, Camerarii, facta die XVI. Aprilis. Inc. *In principio examinis dicit Praesidens, quomodo convocati sunt Magistri, ut examinentur &c.*

CCLV. pag. ead. Relatio Domini Episcopi Dignensis coram Domino Eugenio, quum rediret de Constantinopoli. Inc. *Iubes, Beatiss. Pater, ut in conspectu huius sacri Concilii, ubi personaliter praesides, de his, quae per nos Ambassiatores quondam sacri Concilii Basileensis acta sunt in CPoli relationem faciamus &c.*

CCLVI. pag. 199. Protestatio Dominorum Legatorum, & specialiter Domini sanctae Sabinae, contra Monitorium editum contra Papam. Inc. *In nomine Domini Amen. Tenore praesentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter, & sit notum, quod an. a Nat. eiusdem* MCCCCXXXVII. *ind.* XV. *die vero lunae,* XXIX. *Iulii, Pont. SS.mi in Christo Patris & D. N. D. Eugenii, divina providentia Papae IV. anno* VII. *Reverendissimis, Reverendisque in Christo Patribus ac Dominis, Dominis Iuliano tituli S. Sabinae in Germania = MCCCCXXXVII. Mercurii ultima Iulii.*

CCLVII. pag. 200. Responsio Domini Legati data Dominis Promotoribus sacri Concilii Conquerentibus, ut ad Sessionem, & Congregationem veniret. Inc. *Vobis Dominis Promotoribus requirentibus me Legatum & Praesidentem Apostolicum, ut intersim Congregationi generali faciendae &c.*

CCLVIII. pag. ead. Caussae, propter quas Concilium debet convenire in facto Graecorum, in loco, ubi Papa possit interesse. Inc. *Caussae, propter quas in facto Graecorum sacrum Concilium deberet convenire in aliquo loco, ad quem Papa possit commode accedere &c.*

CCLIX. pag. 201. Cedula concordiae inter Patres Concilii, si Avinionenses non solverent. Inc. *Cedula concordiae inter Patres Concilii, videlicet si Avinionenses non solverent infra* XXX. *dies &c.*

CCLX. pag. ead. Littera missa ad Concilium per Oratores, quos in Avinione destinaverat. Inc. *Sacrosanctae generali Basileensi Synodo = Reverendissimi, Reverendique Patres & Domini nostri colendissimi. Post exitum nostrum de Basilea, negotia per V. P. nobis commissa, sumus exactissima diligentia usque in praesentem diem fideliter prosequuti &c.*

CCLXI. pag. 202. Quaedam requisitio Domini Legati facta in Congregatione generali. Inc. *Die Veneris* XII. *Apr.* MCCCCXXXVII. *in generali Congregatione = Reverendiss. D. Card. Legatus & Praesidens reduxit Dominis, & Patribus sacri Concilii ad memoriam, quatenus saepius pulsaverit &c.*

CCLXII. pag. ead. b. Conclusio Legatorum Papae facta per Dominum Cardinalem S. Sabinae Inc. *Quum iamdudum oblata pro parte civitatis Avinionensis petitione, quod ad decretationem loci, portus, & decimae, & quaedam alia faciendum &c.*

CCLXIII. pag. ead. Quaedam pactata super electionem loci pro Concilio celebrando cum Graecis. Inc. *Quum sacrum Concilium Graecis promiserit eligere aliquem de locis nominatis in decreto, & multa alia, & iam tempus implendi sit in foribus &c.* Accedunt alia pro securitate & cautione Avinionensium, & Media quaedam concordiae oblata & admissa.

CCLXIV. pag. 203. b. Consilium Domini Ludovici de Roma, si minor pars Concilii exsequens Decreta Concilii, maiori parte recedente, debeat dici Concilium. Inc. *Omnipotentis Dei implorato suffragio. Quaeritur: Numquid maiore parte universitatis, seu Concilii generalis, se a iure universitatis, vel Concilii facientis alienam, minor pars exsequens ordinationem alias factam per Concilium generale, possit dici Concilium generale, seu Vniversitas &c.*

CCLXV. pag. 204. Quaedam Littera Bohemorum ad Papam, in qua conqueruntur de Rege Poloniae. Inc. *Beatiss. Pater = Mota est*

Digitized by Google

est pridem clementia V. S. pro paterno affectu, tamquam Vicarius I. C. qui ad pacificationem filiorum suorum, & potissime Catholicorum Regum, quibus gentes ad regendum commissae sunt, gerere curam debet &c.

CCLXVI. pag. 206. Epistola Concilii de potestate eius supra Papam, & multa de Domino Eugenio in ea ponuntur, & suspensio contra eum facta iustificatur. Inc. *Sacrosancta = Ecclesiam suam Christus Deus noster tanta firmitate stabilire dignatus est. Dat. Basileae in nostra generali Congregatione =* XIV. *Kal. Nov. an. a Nat. Domini* MCCCCXXXVII.

CCLXVII. pag. 209. b. Articulus in compactatis in Concilio Basileensi insertus. Inc. *Circa materiam primi articuli, quoniam Ambassiatores dictorum Regum, & Marchionatus obtinuerunt a sacro Concilio sub hac forma &c.*

CCLXVIII. pag. 210. Quaedam dicta Dominorum Episcoporum Ebredunensium, & Senensium de mandato Imperatoris super materia articulorum concessorum per Papam, concernentium Concilium. Inc. *Circa materiem articulorum concessorum per Sanctissimum D. N. P. Eugenium quartum concernentium Concilium Basileae dixerunt &c.*

CCLXIX. pag. ead. b. Instructio Ambassiatorum Imperatoris euntium ad Papam. Inc. *Primo exponatur, qualiter ad aures regias suas pervenerit, quod S. Dir* (sic) *gentes suas armigeras miserit contra Maiestatem Regiam, & subditos suos &c.*

CCLXX. pag. ead. Litrera Imperatoris ad Ducem Mediolanensem. Inc. *Illustris Princeps fili charissime. Si fidelium tuorum, nobisque plurimum dilectorum Erasmini, & egregii Doctoris Christophori de Vellate praesentia non adesset = Datum in civitate Senensi die* XXI. *mensis Iulii, Regnorum nostrorum anno Hungariae* XLVI. *Bohemiae* XII.

CCLXXI. pag. 211. Bulla Domini Eugenii ad quemdam Archiepiscopum, ut instet circa solutionem decimae per eum impositae pro guerra contra Teucros, & ibi incorporatur Bulla Domini Eugenii super solutione decimae. Inc. *Eugenius = Hodie iustis ex causis pro summa necessitate fidei Catholicae &c.* Des. *de his idoneum & calculum & fidele computum reddere teneantur. Dat. Florentiae &c.*

CCLXXII. pag. 213. b. Oratio habita ad Imperatorem. Inc. *Sereniss. Romanorum Rex, gloriosissimeque Princeps, Imperatorque Auguste. Dubito, si quid ad laudem seu gloriam tuae Serenitatis, Maiestatisque, sive nominis tui dicere voluero, contra quoque ego faciam.* Des. *meque proferentem ad tui gratiam suscipiat recommissum, quam gratiam tuae Serenissimae Maiestati, & nobis concedat ille, qui trinus & unus &c.*

CCLXXIII. pag. 215. Articuli Domini nostri super reformatione Ecclesiae Gallicanae. Inc. *Iesu Christi Salvatoris nostri nomine invocato, sequuntur articuli sanctae reformationis factae in Ecclesia Gallicana per S. D. N. qui in arcano mentis suae considerans &c.*

CCLXXIV. pag. 116. Responsio ad illos per deputatos a Rege Franciae. Inc. *Super primo materiam gratiarum exspectativarum concernente, non videtur consulendum &c.*

CCLXXV. pag. 217. Responsio ad ista, quae dicta sunt a Deputatis, per Oratores Papae. Inc. *Ad Capitula, sive Avisamenta facta contra statuta, & ordinationes S. D. N. pro felici statu Ecclesiae Gallicanae exhibita nuper per Dominos Deputatos &c.*

CCLXXVI. pag. 218. b. Cedula Oratorum Imperatoris data S. D. N., & interrogationes circa eam per Dominum Morinensem. Inc. *Super primo materiam gratiarum exspectativarum concernendum &c.*

CCLXXVII. pag. 222. Quaedam responsio Papae ad Imperatorem Fredericum III., & ad Electores Imperii. Inc. *Desiderium charissimi in Christo filii nostri Frederici, in Romanorum Regem electi illustris, ac venerabilium fratrum, & dilectorum filiorum nobilium Electorum Imperii, in quantum pacem, & unitatem Ecclesiae, sicuti eorum nomine dixistis, desiderare videretur &c.*

CCLXXVIII. pag. ead. b. Littera Imperatoris eiusdem ad Papam. Inc. *Beatissime Pater, & Domine. Consideravimus hactenus magnopere, & adhuc ex sincero cordis & compassionis affectu desideramus = Dat. Viennae die* XXV. *Iunii an. Dom. &c. Regni vero nostri anno quarto.*

CCLXXIX. pag. 223. Item alia eiusdem Friderici Vniversitati Bononiensi. Inc. *Honorabiles & egregii nobis sincere dilecti. Credimus divisionem istam, quae sanctam Dei Ecclesiam, quasi tempestas quaedam, nuper invasit &c. Dat. Viennae* XXIV. *die mensis Iunii &c.*

CCLXXX. pag. ead. Responsio Papae ad Imperatorem. Inc. *Charissime fili. Litteris, quas ex Vienna* XXV. *Iunii ad nos scripsistis, respondemus. Pacis & unionis Ecclesiae desiderium tuum, non modo, ut continuum dudum fecimus, collaudamus &c.*

CCLXXXI. pag. 224. b. Rationes, quibus nisi sunt ostendere Oratores Regis Franciae, tertium locum debere eligi. Inc. *Quod convenientissimum esset convocare tertium universale Concilium, nisi sunt ostendere rationibus subsequentibus Oratores Illustr. Regis Franciae. Primo &c. Si duo contra fas &c.*

CCLXXXII. pag. ead. Responsio contra ista. Inc. *Quod vero convocatio tertii Concilii in hoc tempore non sit conveniens &c.*

CCLXXXIII. pag. 227. b. Tractatus de Potestate Papae supra Concilium, editus ab Antonio de Cannario. Inc. *Reverendo Patri, & Domino meo D. Nicolao Episcopo Racanatensi, & Maceratensi Antonius de Cannario minimus inter Legum Doctores cum recommendatione sui, & cum debita correctione perspicaciter speculari praesentis Opusculi continentiam. Quum inciderimus in sermonem errorum Basileensium.* Des. *ipse, qui est trius & unus, sua infinita pietate concedat. Ex-*

Digitized by Google

plicit Tractatus de Potestate Papae supra Concilum, editus per me Antonium de Cannario minimum Legum Doctorem, ob zelum Catholicae fidei; sciens extensius, me ipsum prosequutum, quam oportuerit peritis; sed excusor, quia opto hunc esse communem omnibus litteralem sermonem intelligentibus, quem in omnibus suis partibus suppono charitativae chorrectioni cuiuslibet, melius sentientis, & determinationi Romani Pontificis, & sacrosanctae Romanae Ecclesiae, ac Reverendi Patris & Domini mei D. Nicolai Episcopi Racanatensis & Maceratensis, ad laudem Dei, totiusque triumphantis Ecclesiae. Amen.

CCLXXXIV. pag. 252. Disputatio contra Articulos Bohemorum. Inc. *Reverendissimi = Post valde utilem, & pernecessariam exhortationem &c.*

CCLXXXV. pag. ead. b. Primus Articulus de Communione sub utraque specie; ibi & fuit disputatus per Magistrum Ioannem de Ragusio Ordinis Praedicatorum. Inc. *Summa & divina Sapientia in hoc divinissimae Eucharistiae Sacramento discernitur, dum iuxta hominis naturalem conditionem, hunc Angelorum cibum in eis sensibilibus rebus praeparavit &c.*

CCLXXXVI. pag. 254. Propositio cum protestatione respondentis. Inc. *Sed iam accedo ad tertium mihi utique summe necessarium & valde perutile, scilicet ad consuetas debitas, & laudabiles protestationes, quibus puro & sincero corde inhaerendo, puto & spero me ab omnis erroris periculo liberari &c.*

CCLXXXVII. pag. 254. b. Quaestio de primo Articulo, scilicet de Communione sub utraque specie. Inc. *Vtrum Communio divinissimae Eucharistiae sub specie utraque, scilicet panis & vini, sit utilis multum, & saluti expediens, toti credentium populo necessaria &c.* Des. *omnium adversariorum argumentationum rivulos facile poterit desiccare. Ad laudem omnipotentis Dei, & exaltationem fidei Catholicae finis est positionis & responsionis Magistri Ioannis de Arrogusio*(sic) *sacrae Theologiae Professoris, Ord. Fratrum Praedicatorum, factae in sacro generali Basileensi Concilio ad dicta Magistri Ioannis de Rockazano Bohemi in articulo Communionis sub utraque specie, anno Dom.* MCCCCXXXIII.

CCLXXXVIII. pag. 291. Disputatio secundi Articuli per eumdem M. Ioannem de Ragusio, & est de correctione publicorum (sc. *peccatorum*) Inc. *Audistis, Reverendissimi Patres = profundam, praecelsam, & veram positionem de Communione divinissimae Eucharistiae, per quam ostensum est, non esse de necessitate salutis, nec praeceptum a Christo Salvatore, quoscumque non conficientes sanctam Communionem accipere sub utraque specie, scilicet panis & vini.* Des. *quam reformationem in utroque statu donet nobis Dominus ex alto, cooperante hac Congregatione sancta, qui est benedictus in saecula.*

CCLXXXVIIII. pag. 331. b. Disputatio tertii Articuli de praedicatione verbi Dei. Inc. *Patres & Domini, Reverendiss. Doctores prudentissimi, inclyti Regni Bohemiae Oratores egregii, ceterique confratres mei praeclarissimi. In medio tot magnatorum, tantique auditorii divinissimi loquuturus, renuit consolari anima mea.* Des. *beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Praescripta autem singula huic sacrosanctae generali Synodo Basileensi offero corrigenda, cuius iudicio me subiicio per omnia. Terminata fuit haec replica in praesentia sacri Concilii, & Bohemorum, recitata* MCCCCXXXIII. *in hebdomada poenosa, celerrime, & obrupte collecta propter nimiam festinantiam Bohemorum ad recedendum: ideo propitium requirit lectorem. Et sic est finis replicae huius tertii Articuli, videlicet de verbi Dei libera praedicatione.*

CCXC. pag. 364. b. Disputatio quarti Articuli de possessione temporalium, & iurisdictione civili Clericorum. Inc. *Deus in adiutorium meum intende = Excelsus ille Propheta David, de quo scriptum novimus Deum dixisse, quod invenerit hominem &c.* Des. *aliae quas adducet calumniosae, sophisticae, extortae & purae cavillationes = & sic est finis replicae quarti Articuli, videlicet de dominio civili & proprietate Dominorum Clericorum. Expliciunt Articuli Bohemorum disputati in Concilio Basileensi. Deo laus. Scripti per me Ioannem Dorenborch, Presbyterum Monasteriensis Dioeceseos anno Domini* MCCCCLIII. *die vero sabbati,* II. *mensis Iunii.*

CCXCI. pag. 381. Processus factus in Basilea super molestatione dignitatis Cardinalatus, & spoliatione bonorum, & fructuum Beneficiorum contra me Dominicum Cardinalem Firmanum, factus per Dominum Eugenium Papam IV. & revocatio, & retractatio omnium gestorum. Inc. *Praesentatio Bullae commissionis Synodi Basileen. Dominis Petragoricensi, Parmensi, & Ratisponensi Episcopis per Nuntium dictae Synodi factis.*

Commissio dictis Episcopis per praefatam Synodum facta super privatione & molestatione dignitatis Cardinalis. Haec satis prolixa quaestio concluditur voto Mariani Sozini, qui ita se subscribit: *Vt supra per me conclusum est, dico iuris esse, ego Marianus Sozinius Senensis, iuris utriusque Doctor, in quorum fidem me subscripsi, sigillumque meum apposui consuetum.*

CCXCII. pag. 407. Disputatur quid iuris sit de quaestione exorta inter Dominum Eugenium Papam, & me Cardinalem Firmanum super promotione mea ad Cardinalatum per Dominum Martinum V., consentiente Collegio Cardinalium, nemine discrepante. Inc. *Omnipotens Deus adsit. Quamquam praedictorum Quaesitorum decisio clara apud omnes intelligentes exsistere debeat, tamen res ardua, & maximi ponderis appareret, quum in ea vertatur disceptatio de ea dignitate, quae post summum Pontificem in Ecclesia*

Digitized by Google

clesia Dei praecipuum gradum obtinet &c. Primae huic Conclusioni adiiciuntur haec verba: *Vt supra per me conclusum est, dico iuris esse, ego Marianus Sozinus Senensis, utriusque iuris Doctor, actu legens Ius Canonicum. In quorum fidem me subscripsi, sigillumque meum apposui consuetum.*

Mox a pag. 410. usque ad pag. 427. b. sequuntur allegationes plurimae iuridicae in facto Publicationis, quae ita clauduntur: *Haec sunt, Reverendiss. Pater, quae scribenti videntur circa materiam cedulae de veritate iuris, veritate facti existente, prout supra fuit praesuppositum, & non aliter, nec alio modo; quae omnia humiliter submitto correctioni, & emendationi Ecclesiae universalis, & specialiter V. R. P.*

CCXCIII. pag. 427. b. Iura, seu copiae iurium, & primo Protestatio & appellatio ad Concilium Basileense per Reverendissimum Dominum Cardinalem facta die Veneris, secunda Martii MCCCCXXXI. Sede vacante. Inc. *In nomine Domini = Notum sit omnibus & singulis hoc praesens publicum Instrumentum inspecturis, qualiter Reverendissimus in Christo Pater, & Dominus, Dominus Dominicus S. R. E. sanctae Mariae in Via Lata Diaconus, Cardinalis Firmanus vulgariter nuncupatus, omni meliori modo, via, iure, forma, & caussa etc.*

CCXCIV. pag. 428. Instrumentum Protestationis factae in S. Laurentio. Inc. *In nomine Domini Amen. Anno Domini* MCCCCXXXI. *ind.* IX. *die* II. *Martii, Apostolica Sede vacante, in Monasterio S. Laurentii extra muros Vrbis, & residentia ad praesens Rev.mi in Christo Patris, & Domini D. S. Mariae in Via Lata Diaconi, Cardinalis Firmani vulgariter nuncupati, praesentibus D. Dominico de Sarthiano Scriptore sacrae Poenitentiariae, & Io. Cole de Amelia, testibus ad haec specialiter vocatis & rogatis. Pateat universis & singulis = quod praefatus = Card. Firmanus asseruit intellexisse a nonnullis amicis suis, Dominum Ioannem de Miliis, sacri Consistorii Advocatum, venturum ad eum ista die, ex parte sacri Collegii Cardinalium, nonnulla expositurum etc.*

CCXCV. pag. ead. b. Decretum, in quo deputantur diversi Iudices, & Officiales Concilii. Inc. *Sacrosancta = Considerans quod ipsa inter alia fructuosa opera ad haereses exstirpandum, & a fide devios ad eiusdem orthodoxae fidei unitatem reducendum in Spiritu Sancto principaliter congregata dignoscitur; & propterea constituit accommodum fore, immo necessarium pro caussis fidem concernentibus in hoc sacro Concilio tractandis & examinandis, de personis idoneis providere etc. Dat. Basileae in publica Sessione in Ecclesia maiori Basileensi solemniter celebrata, die* IX. *Augusti* MCCCCXXXII. Eligit Berengarium Petragoricensem, Petrum Augustensem, Provinciae Maguntinae, & Dalphinum Parmensem Episcopos.

CCXCVI. pag. 429. Tenor Instrumenti sententiae pro Rev.mo Card. Firmano, latae in Concilio Basileensi. Inc. *In nomine = Pridem sacrosancta = Synodus = quasdam commissionis litteras ipsius sacrae Synodi, vera bulla plumbea in chordula canapis impendente bullatas = nobis Berengario Petragoricensi etc.*

CCXCVII. pag. 430. b. Tenor Bullae missae Vassallis Firmanae Ecclesiae, ut Rev.mo D. Cardinali Firmano Commendatario, tamquam vero Episcopo, obediant, per Concilium Basileense. Inc. *Sacrosancta = dilectis Ecclesiae filiis, universis Vassallis Ecclesiae Firmanae = sal. & omnipotentis Dei ben. Dudum siquidem dilectus Ecclesiae filius Dominicus S. Mariae in Via Lata S. R. E. Diaconus Cardinalis Firmanus vulgariter nuncupatus, per se. recor. Martinum Papam V. ob grandium virtutum merita, quibus illarum largitor Altissimus insignivit, de consilio S. R. E. Cardinalium, ad honorem & dignitatem Cardinalatus assumptus exstitit & promotus = Dat. Basileae* III. *Id. Febr. an. Dom.* MCCCCXXXIV.

CCXCVIII. pag. ead. Concordata inter Oratorem D. Eugenii, & Rev.mum P. de bonitate D. Cardinalis Firmani huiusmodi sub tenore de verbo ad verbum. Inc. *In Christi nomine Amen. Noverint universi & singuli hoc praesens publicum Instrumentum visuri, lecturi, ac etiam audituri, quod anno Dominicae Nativitatis* MCCCCXXXIV. *ind.* XII. *die vero Veneris, ultimo mensis Aprilis, Pont. SS.mi in Christo Patris, & D. D. Eugenii Papae IV. anno* IV. *in mei Notarii publici, testiumque infrascriptorum praesentia personaliter constituti, Rev.mus, Reverendique in Christo Patres, & Domini, D. N. tit. S. Crucis in Ierusalem S. R. E. Presbyter Card. & Io. Episc. Tarentinus, ac Petrus Paduanus, & Christophorus Cerviensis Episcopi etc.* Sequuntur pag. 432. alia Acta ad idem spectantia, lata die primo Maii eiusdem anni per Ambassiatores Dominii Venetiarum. Adnectitur pag. 433. Transumptum Mandati Ambassiatorum Venetorum.

CCXCIX. pag. 433. b. Confirmatio pactorum inter Dominum Eugenium, & Reverendiss. Card. Firmanum, per ipsum sanctissimum Eugenium facta in hunc modum. Inc. *Eugenius = Ea quae concordiam & unitatem Christifidelium, praesertim S. Romanae Ecclesiae Cardinalium, qui nostra, & dictae Ecclesiae praecipua membra exsistunt = Dat. Florentiae an. Inc. Dom.* MCCCCXXXIV. *Idib. Iulii, Pont. nostri anno* IV.

CCC. pag. ead. Transumptum Privilegii D. N. Papae Eugenii, restituens, & reintegrans Reverendiss. Dominum Card. Firmanum ad omnes dignitates. Inc. *In nomine = Nos Nicolaus tit. S. Crucis in Ierusalem S. R. E. Presbyter Card. in Regno Franciae, & partibus adiacentibus Apostolicae*

Digitized by Google

Sedis Legatus = Quum veritatis notitia subscriptorum etc.

CCCI. pag. 432. b. Datio insignium. Inc. *In Christi nomine Amen. Anno Nat. eiusdem* MCCCCXXXIIII. *ind.* XII. *die vero lunae, praesentibus infrascriptis = Pateat evidenter, quod Rev.mus in Christo Pater, & D. Nicolaus = tit. S. Crucis in Ierusalem = Concilio praesidens, habens ad infrascripta speciale mandatum = Dominicum S. Mariae in Via Lata Diaconum Cardinalem, Ecclesiae Firmanae Administratorem = de Cardinalatus insignibus insignivit etc.*

CCCII. pag. 433. Incorporatio Card. Firmani. Inc. *Sacrosancta = Anno a Nat. Dom.* MCCCCXXXV. *ind.* XIII. *die vero Veneris*, XVIII. *mensis Martii = Reverendiss. Prospero S. Georgii ad Velum aureum de Columna, Dominico B. Mariae in Via Lata Firmano etc.*

CCCIII. p. ead. Licentia Rev.mi D. Card. Firmani de Basilea. Inc. *Sacrosancta = Etsi cunctos fideles pio charitatis sinu amplectimur. = Dat. Basileae* IX. *Kal. April. an. a Nat. Dom.* MCCCCXXXV.

CCCIV. pag. ead. b. Protestationes Rev.mi D. Cardinalis Firmani de non consentiendo in assumptionem Patriarchae Alexandrini ad Cardinalatus dignitatem contra Decreta Concilii Basileensis. Inc. *In nomine Domini = Pateat = quod anno a Nat. eiusdem* MCCCCXXXVII. *ind.* XV. *die vero Veneris* XXVI. *mensis Iulii = Reverendissimus in Christo Pater = Cardinalis Firmanus = me Notorio* (sic) *publico, & testibus infrascriptis = asseruit, se intellexisse, qualiter praefatus sanctissimus Dominus noster hoc mane in Consistorio secreto = creare, & pronuntiare intenderet in Cardinalem Patriarcham Alexandrinum etc.*

Et ego Theodericus Snywint de Heyntberch etc. Notarius etc., & sic finit. Deo gratias,

In hoc volumine continentur gesta Concilii Basileen. incepti ex Decreto Senensis Concilii sub fe. re. Domino Martino Papa V. celebrati anno Domini MCCCCXXIV. *in quo Apostolicae Camerae Clericus, & Secretarius praefati Domini Martini interfui, & in Decreto de Basileae celebrando dictum Concilium testis scriptus sum. Similiter etiam ex Decreto eiusdem D. Martini, & postea fe. re. Eugenii Papae quarti successoris sui, per bonae memoriae D. Iulianum de Caesarinis de Vrbe, S. R. E. sancti Angeli Diaconum Cardinalem ad celebrationem huius Concilii specialiter deputatum. Gesta vero ipsa non ita ordinate heic scribuntur, quemadmodum aliorum Conciliorum scribi solent, quia a principio usque ad finem de ipsius Concilii celebratione magna concertatio & contentio inter praefatum D. Eugenium, & exsistentes in ipso Concilio fuit, ut ex ipsis gestis patet evidenter. Quamobrem plurima in eo sine debito ordine facta & scripta sunt, tum propter temporis diuturnitatem, quo protractum fuit Concilium memoratum, tum etiam propter varias contentiones, & difficultates, ipsiusque translationem, primo ad civitatem Bononiensem, secundo ad civitatem Ferrariensem, & demum Florentinam per praefatum D. Eugenium, in discordia factam. Inde sequutum est, ut tamquam navis sine gubernatore hinc inde fluctibus illisa, Congregatio illa agitaretur. In duas namque partes ultimo divisa est, & quod pars una decernebat, altera revocabat. Sic aliquando, neque verae Synodi nomen, neque effectum habere meruit. Nam licet recte, & sancte inchoatum fuerit, continuatio tamen post secundam translationem ad Ferrariam, & finis, tales fuerunt, quales lectura gestorum ostendit. Et quamquam ita sit, verumtamen in eo Concilio multa gesta sunt, quae & laude, & memoria digna sunt, utpote Graecorum vocatio, & tandem Florentiae facta unio, ac cum Bohemis longa disputatio super quatuor articulis, in quibus evidens fuit, & est, eos errare. Quaedam etiam Decreta satis bona, si illis bene quis uteretur. Dissidium autem, & acerba contentio inter Dominum Eugenium, & Concilium ex hoc potissimum videbatur oriri, quia Concilii celebrationi insistentes Decretis Concilii Constantiensis innitebantur. Ex quorum virtute omnia, & super omnes indistincte, simpliciter, & absolute posse decernere concludebant, atque praefatum Dominum Eugenium, hoc praesupposito fundamento, ligare contendebant, sicque tandem in tantum scandali prolapsum est, ut memoratum Dominum Eugenium, quantum in eis fuit, privantes, Amedaeum Ducem Sabaudiae, vitam confingentem eremiticam in idolum suum, & Antipapam erigerent. Ad huiusmodi Concilium ex legitima caussa & necessitate inevitabili compulsus, & quamplurimorum magnorum Dominorum Ecclesiasticorum, & saecularium, qui me sua gratia diligebant, litteris, & nunciis sollicitatus, parum post eius initium accessi; in eoque tribus annis, demptis quinque diebus, moram traxi, scilicet usque ad amissionem Praesidentium ipsius Domini Eugenii, & reconciliationem & concordiam quamdam inter eumdem, & ipsam Synodum factam, quae modico tempore duravit. Sed, illa durante, praesumens, & intelligens ex multis, praefatum Concilium difficilem exitum & finem habiturum, prout experientia docuit, cum bona licentia Concilii, & Praesidentium praefatorum, de qua per litteras cum Bulla, qua Concilium utebatur, constat, ad praefatum Dominum Eugenium, qui tum Florentiae cum sua Curia residebat, profectus sum, qui me sua humanitate, nullis exsistentibus meritis, gratissime, & humanissime suscepit, & usque ad eius mortem multis gratiis, honoribus, legationibus, & beneficiis me prosequutus est, cuius anima Deo vivat; fueruntque in illo Concilio aliquando usque ad centum Praelati, vel circa, computatis Cardinalibus*

Digitized by Google

bus XI. numero, scilicet Bononiensi, Veneto, nepote quondam Gregorii XII. Placentino, de Mediolano, Rothomagensi, Gallico, Sanctae Crucis Legato, & Praesidente pro ipso D. Eugenio, de Bononia nuncupato, & praefato Cardinali S. Angeli etiam Legato, de Cypro, S. Petri ad Vincula, Hispano, nunc Ostiensi & Hispalensi, sanctae Caeciliae, Arelatensi, de Sabaudia, qui usque in finem in sua pertinacia stetit, S. Eustachii, & S. Georgii de Columna, nepote quondam Domini Martini, meque Firmano ultimo. Inceptum autem fuit huiusmodi Concilium anno Domini MCCCCXXXI. *die vero quarta mensis Martii, hora vesperorum, & tandem finem habuit post mortem praefati Eugenii, & assumptionem S. D. N. Nicolai Papae V. post multos labores, & expensas, & varia & maxima Ecclesiae in spiritualibus & temporalibus detrimenta, anno Domini* MCCCCXLIX. *die* XX. *mensis Iunii per renuntiationem praefati Amedaei, qui de promotione sua male conscius, praetenso iuri in Papatu, & praefato sanctissimo Domino nostro Nicolao Papae V. Spoleti exsistenti, per suos Oratores, praesentibus Oratoribus Christianissimi Domini Regis Franciae, in Consistorio publico renuntiavit, & obedientiam praestitit. Attendat ergo prudens lector, & maxime, si ex his est, quibus Ecclesiae gubernacula commissa sunt, ut sic ista legenda suscipiat, ut nec propter errores aliquorum, sanctorum spernat Conciliorum fidem & auctoritatem, nec celebrantibus Concilia perperam adhaerens, contra verum Iesu Christi Vicarium caput impudenter extollat, sed medius per semitam veritatis incedat, ut ex bonis reddatur peritior, ex malis vero cautior evadat ad futura, ut sic omnia sibi cooperentur ad bonum, quod utique fiet, si dilectionem Dei, honoremque Ecclesiae suae sanctae omnibus praeposuerit humanis passionibus. Finis.* Tum sequitur Tabula rerum, quae in hoc Codice pertractantur, & clauditur sequenti monito: *Et sic est finis huius voluminis scripti per me Ioannem Doremborch de Gronlo, Presbyterum Rectorem Parochialis Ecclesiae beatae Mariae Daventrien. Traiecten. Dioeceseos anno Domini* MCCCCLIII. *pro Reverendissimo in Christo Patre & Domino, Domino Dominico, tituli sanctae Crucis in Ierusalem S. R. E. Presbytero, Cardinali Firmano vulgariter nuncupato etc. Deo laus.*

Cod. membr. MS. Latinus in fol. Saec. XV. perspicuo, sed breviato charactere exaratus, optimeque servatus, quantivis pretii. Constat foliis scriptis 440.

PRECES EX ALCORANO.

Cod. XXXIV. COntinet hic Codex preces varias ex Alcorano desumptas, & characteribus grandioribus exaratus.

Codex bombycinus MS. Arabicus in fol. Saec. XV. elegantissime scriptus, variisque picturis aureis exornatus. Constat foliis scriptis 65.

CICERO DE OFFICIIS.

Cod. XXXV.

I. pag. 1. MT. Ciceronis de Officiis ad Marcum filium Libri tres, ut in Cod. CCXI. Biblioth. Aedilium Ecclesiae Maioris Florentinae, Tomo superiore pag. 527. §. IV. In calce legitur: *Marci Tullii Ciceronis Moralis Philosophiae Liber explicit.* In principio vero recentior manus adscripsit monitum quoddam circa huiusmodi Opus.

II. pag. 53. b. Epitaphia Ciceronis edita a duodecim Sapientibus, quorum recensentur nomina, versibus sex elegiacis singula comprehensa, ac nigro, rubroque charactere alternatim conscripta. Primum Basilii inc.

Hic iacet Arpinas manibus tumulatus amici.
Vltimum Vitalis des.

Servitio pressam destituit patriam.

Habes etiam in Cod. CCXIII. Bibliothecae praedictae Tom. cit. pag. 528. §. I. sed non integra.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, & grandiori charactere exaratus, cum initialibus Librorum litteris auratis, & coloratis; primi tamen Libri initialis littera rescissa fuit; pertinuit olim ad Abbatiam Florentinam. Constat foliis scriptis 54.

CICERONIS OPERA VARIA &c.

Cod. XXXVI.

I. pag. 1. MT. Ciceronis de Officiis Libri tres, ut in Codice superiore §. I.

II. pag. 45. b. Eiusdem de Amicitia Liber, ut in Tomo superiore pag. 526. Cod. CCX. §. I.

III. pag. 58. Eiusdem de Senectute Liber, ut ibid. §. II.

IV. pag. 68. b. Eiusdem Paradoxa, ut ibid. §. VI.

V. pag. 73. Controversia Sallustii in Ciceronem, ut ibid. §. III. sub titulo: *C. Sallustii Oratio contra M. T. Ciceronem.*

VI. pag. 74. Responsio Ciceronis. Ibid. §. IV. Sed huius Responsionis habetur heic tantummodo fragmentum, desinens in verbis: *itaque nil aliud studet, nisi lutulentius cum quovis.....* spatio vacuo relicto ad reliqua supplenda.

VII. pag. 75. b. Anonymi Liber de quatuor Virtutibus Cardinalibus. Inc. *Quoniam misericordia, & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius, ut Proverbiorum* XX. *quatuor Virtutes Cardinales, scilicet Prudentia, Temperantia, Fortitudo, & Iustitia, sunt quasi quatuor columnae, sive postes, quibus praedictus thronus roboratur, ideo de praedictis virtutibus aliquae virtutes exemplares persuasoriae ad instructionem praesiden-*

Digitized by Google

sidentium in thronis subscribantur &c. Des. *quibus utilius nihil est in vita hominibus, & ad seipsum perducat, qui est principium virtutum, & finis. Amen.* Divisus est autem Liber in varia Capita, quorum tituli scripti sunt in margine, spatio vacuo relicto in contextu ad eos rubrica exarandos.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. maiori paene quadrato Saec. XII. cum variis adnotationibus in margine, antiqua manu conscriptis, Constat foliis scriptis 85.

CICERONIS OPERA VARIA.

Cod. XXXVII. I. pag. 1. M. T. Ciceronis Paradoxa, ut in Tomo superiore pag. 526. §. VI.

II. pag. 11. Eiusdem de Amicitia. Ibid. §. I.

III. pag. 31. Eiusdem de Senectute. Ibid. §. II.

IV. pag. 49. Eiusdem Somnium Scipionis excerptum ex Libro VII. de Republica. Ibid. pag. 522. §. III.

V. pag. 54. Eiusdem de Fato Liber. Inc. *Quia quae pertinent ad mores, quos Ethos illi vocant &c.* Des. *vel si volunt omnibus naturaliter.* Tum subiungitur: *M. T. Ciceronis de Fato Liber explicit, quem firmiter credo non expletum.* In edit. Operum Ciceronis Amstelodamensi apud Westenios MDCCXXIV. fol. Tom. II. part. II. a pag. 830. ad pag. 837.

VI. pag. 64. b. Eiusdem pars quaedam cuiusdam Libri ex Academicis Quaestionibus. Inc. *In Cumano nuper quum mecum Atticus noster esset &c.* Des. *incredibili quadam plus facultate, & to.....* Tum subditur: *nil plus reperi, & credo nil plus reperiatur de Libro isto.* Ibid. a pag. 563. ad 569.

VII. pag. 73. b. Eiusdem Oratio pro A. L. Archia Poëta. Inc. *Siquid est in me ingenii, Iudices.* Des. *certe scio.* Ibid. Tom. I. Part. II. a pag. 553. ad 559.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. maiori Saec. XV. ineuntis, eleganter exaratus, & cum initialibus singulorum Operum auro, variisque coloribus depictis, & cum stemmate gentilitio in prima pagina, exhibente caput cervinum in campo caeruleo; necnon indiculo Operum in membrana prima, quae custodiae Codicis inservit. Constat foliis scriptis 80.

CICERO AD HERENNIVM.

Cod. XXXVIII. Codex est anepigraphus, sed continet M. T. Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium Libros IV. ut in Tomo superiore pag. 522. §. II. Heic tamen sunt in fine imperfecti, & desinunt in verbis: *sed multo maxime per eam exercemur ad eloquutionis facilitatem.....* quae incidunt in Libri IV. §. XLIV, citatae editionis Tomo I. Part. I. pag. 33. lin. 46. ad quem defectum supplendum nonnulla folia vacua posteriori tempore adsuta fuerunt. Sunt autem hi Libri crebris marginalibus adnotationibus, & interlinearibus glossis instructi ab antiqua item manu, quae etiam in principio Libri primi breve quoddam Prooemium adscripsit.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XII. insignis, cum initialibus litteris Librorum vetusto more depictis. Constat foliis scriptis 49.

CICERO DE FINIBVS &c.

Cod. XXXIX. Codex item anepigraphus, sed qui continet M. T. Ciceronis de Finibus bonorum, & malorum ad M. Brutum Libros V. ut in Tomo superiore pag. 527. §. II.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. nitidissimus, & eleganter exaratus, cum initialibus litteris singulorum Librorum aureis, variisque coloribus exornatis, & cum stemmate gentilitio in fronte Libri, cervinum caput in campo caeruleo exhibente, qui fuit olim, ut in principio scriptum legitur, *de figliuoli, & eredi di Messer Mario Maffei.* Constat fol. scriptis 88.

CICERONIS OPERA QVAEDAM.

Cod. XL. I. pag. 1. M. T. Ciceronis de Inventione Libri duo, ut in Tomo superiore pag. 522. §. I.

II. pag. 47. Eiusdem Rhetoricorum ad Herennium Libri IV., ut ibid. §. II. Omnia cum scholiis marginalibus.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XII. Constat foliis scriptis 86.

ANONYMI OPVSCVLVM DE DIFFERENTIA VOCABVLOR.

Cod. XLI. I pag. 1. Sine ullo titulo inc. *Inter pollicem, & promittere hoc interest, quod promittimus rogati, pollicemur ultro. Inter nullum & neminem hoc interest, quod nullus ad universa potest referri, nemo ad hominem, idest nemo, quasi nec homo. Inter intus & intro, intro eo, intus sum.* Des. *Inter vesper, vespera, & vesperum hoc interest, quod vesper, & vespere nomina sunt tertiae declinationis, vespera autem femininum primae declinationis, vesperum neutri item est secundae declinationis.* Notandum est a pag. 12. usque ad finem in hoc Opusculo servari ordinem litterarum alphabeti.

II. pag. 33. M. T. Ciceronis Epistola ad Quintum fratrem, quae inc. *Etsi non dubitabam, quin hanc Epistolam &c.* Des. *diligentissime servat.* Haec autem quum esset mutila in fine, recentissima manu suppleta est.

Codex membranaceus MS. Latinus in 12. Saec. XV. duplici manu exaratus. Constat foliis scriptis 43.

CI-

Digitized by Google

CICERONIS, ET ALIORVM OPERA VARIA.

Cod. XLII.

I. pug. 1. MT. Ciceronis Epistolarum Familiarium, seu ad diversos Libri XVI. ut in Tomo superiore pag. 530. Cod. CCXV.

II. pag. 191. Eiusdem de Partitione Oratoria ad Marcum Ciceronem filium Liber in forma Dialogi, ut ibid. pag. 525. §. V.

III. pag. 208. Romani Aquilae Rhetoris illustrissimi Exornationes verborum, & sententiarum. Inc. *Rhetoricos petis longioris morae ac diligentiae, quam pro angustiis temporis, quod me profecto urget &c.* Des. *ac ne, dum copiam imitamur, in nimietatem incidamus cavendum est.* Exstant in editione antiquorum Rhetorum Latinorum curante Claudio Capperonnerio Argentorati per Io. Henric. Heitzium MDCCLVI. in 4. a pag. 15. ad pag. 29. Aliud exemplar occurrit in Codice XXV. Plut. XXXVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Latin. Codd. Tom. II. pag. 259. §. V. ubi habentur sub titulo: *De Figuris Rhetoricae.*

IV. pag. 215. b. M. T. Ciceronis de numerosa Oratione ad Tironem. Haec non exstat inter Epistolas Ciceronis ad Tironem, quare, ut diiudicare per se quisque possit ad quem pertineat, heic duximus proferendam.

M. T. Ciceronis de numerosa Oratione ad Tironem.

Marcus Tullius Cicero Tironi suo salutem. Accipe quod saepius quaesivisti, qua possis ratione claudere orationem. In monosyllabis autem inspiciendum, utrum finalis brevis sit, an longa; si longa est, praecedere debet trochaeus, quae tamen apta est conclusio, pendente adhuc sensu; si brevis fuerit monosyllaba, antecedat iambus, aut anapaestus. Brevis vero brevem, aut longa longam, non sine vituperatione sequetur, & haec de monosyllabis. In colo, & commate, non in fine sententiae dissyllaba, iambo non iure clauduntur; vel si penultima spondaeus, mox iambus apletur, aut pyrrhichius pro iambo. Bona clausula est ex iambo & spondaeo, vel ultimo trochaeo. Cavendum, ne, aut duo iambi, aut pyrrhichius post pyrrhichium veniat, & quatuor breves faciat, aut post pyrrhichium spondaeus trochaeusve, sed & trochaeus & iambus, vel pro iambo post trochaeum pyrrhichius faciunt malam clausulam. In fine bene ponuntur, vel duo trochaei, vel trochaeus, & spondaeus. In trisyllabis, trochaeo praecedente, penultimo molossus subsequatur. Fit autem pessima clausula, si post trochaeum penultimum, spondaeum praelocaveris, sed et si pro trochaeo pyrrhichium praemisseris; conclusio etiam vitiosa est, si novissimi molossi prima syllaba brevis sit, quamvis trochaeo praemisso. Si pro novissimo molosso ionicus minor ponatur post tribachium, bona clausula fit; sed in hac clausula cavendum, ne pro trochaeo spondaeus ponatur. Item non corrigas caput versus heroici, finemque; quinque longas, & totidem breves non improbes; trochaeum triplicem absondes. Post M, ne N sequatur. Metacismos, & lautacismos omnino linque, insuper & iotacismos, & ne asperae litterae in unum concurrant, & maxime in ultimo, & penultimo loco; & ne S littera saepius geminetur, & R similiter, & maxime videas scripturas. Hiulcae sunt, quom in una similes, & similiter longae decurrunt. Hoc sacculares litterae custodiunt, & istud est praedicere inter huiusmodi dictiones. In huius calce legitur: *Ex vetustissimo exemplari, quod repertum est.*

V. pag. 216. M. R. Lupi Rhetoris nobilissimi Exornationes verborum, & sententiarum ex graeco Gorgia versae Libris duobus, quorum primus, qui agit de figuris verborum, inc. Προσαπόδοσις. *Hoc schema duobus modis fieri, & tractari potest &c.* Alter de figuris sententiarum des. *hosque ignotos iusta benevolentiae caussa inlexit.* Habentur in mox citata editione antiquorum Rhetorum Latinorum &c. a pag. 1. ad pag. 14. & in Codice praedicto, Catalogi loc. cit. pag. 258. §. IV. Tam in hoc, quam in praedicto Aquilae Opusculo nomina Figurarum graecis litteris sunt exarata, quae in margine etiam repetuntur. In Epistolis vero Ciceronis adsunt in margine correctiones, variaeque lectiones, & scholia nonnulla.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. duplici manu exaratus, & cum initialibus singulorum Operum litteris aureis, & coloratis, optimeque servatus, in cuius fronte legitur: *Hic Liber est Abbatiae Florentinae ex hereditate Antonii de Bonsignoris.* Constat foliis scriptis 223.

M. T. CICERONIS EPISTOLAE AD ATTICVM &c.

Cod. XLIII.

I. pag. 1. MT. Ciceronis Epistolarum ad Brutum Liber singularis. Epistola prima inc. *Cicero Bruto salutem. L. Clodius Tribunus plebis designatus &c.* Epistola XVIII. & ultima des. *quaeque ad te pertinere arbitrabor.* VI. *Kal. Sextiles*, ut in eius Operum editione Amstelod. cit. anni MDCCXXIV. apud Westenios fol. Tom. II. a pag. 542. ad pag. 557.

II. pag. 14. b. Eiusdem Epistolarum ad Quintum Fratrem Libri tres. Primus inc. *Marcus Q. fratri sal. Etsi non dubitabam &c.* Tertius des. *rescripsi ad omnia mihi suavissime & optime frater. Vale.* Ibid. a pag. 514. ad pag. 542.

III. pag. 46. b. Eiusdem Epistola ad Octavianum. Inc. *Cicero Octaviano sal. Si per tuas legiones &c.* Des. *una cum istis vitam simul fugere decrevi.* Ibid. pag. 555.

IV. pag. 48. Eiusdem Epistolarum ad Atticum Libri XVI. ut in Tomo superiore pag.

Digitized by Google

pag. 531. Cod. CCXVII. §. IV. Tum sequitur heic quoque alia Epistola inscripta: *Ciceroni suo salutem*, quae inc. *Epistolas tuas diu multumque perquisitas &c.* in cuius margine legitur: *Epistola Francisci Petrarcae*, ut ibid. Notandum in hoc Codice graeca verba fuisse ab alia manu suis locis suppleta.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XV. eleganter scriptus, & cum initialibus Librorum litteris aureis, & coloratis, & pictura primae paginae marginem exornante, in cuius calce stemma gentilitium familiae cuiusdam depictum exhibetur. Constat foliis scriptis 257.

M. T. CICERONIS ORATIONES IN VERREM.

Cod. XLIV. M. T. Ciceronis orationes VII. in Caium Verrem, ut in Tomo superiore pag. 525. Cod. CCVIII. sub titulo: *M. Tullii Ciceronis Accusationum in Verrem Libri VII.* Heic in calce legitur Monitum istud manu Leonardi Arretini appositum: *Hic Liber quum ab initio recte scriptus fuisset, postea corruptus est ab homine, qui quum vellet eum corrigere, corrupit. Quare priorem litteram accepta, correctiones reiice.*

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, circa medium ab alia manu item antiqua foliis tredecim suppletus. Constat foliis scriptis 104.

CICERONIS OPERA VARIA PHILOSOPHICA &c.

Cod. XLV. I. pag. 1. M. T. Ciceronis de Natura Deorum Libri tres, ut in Tomo superiore pag. 527. §. III.

II. pag. 84. Eiusdem de Divinatione Libri II. Primus inc. *Vetus opinio est iam usque ab heroicis ducta temporibus &c.* Secundus des. *quae quum essent dicta, surreximus.* In citata edit. Tom. II. Part. II. a pag. 792. ad 829.

III. pag. 146. b. Eiusdem de Fato Liber. Inc. *Multa sunt a nobis etiam in Academicis nostris conscripta.* Des. *neque munere dabitur.* Ibid. a pag. 1021. ad 1026. ubi inscribitur *Timaeus, seu de Vniverso fragmentum.*

IV. pag. 156. b. Eiusdem Vita ex dictis Plutarchi breviter excerpta. Inc. *M. T. Cicero Arpinas a Tullo Hostilio Romanorum tertio Rege satis constat originem habuisse &c.* Desinit in deploratione eius mortis, quam cecinit heroico carmine Severus Cornelius, cuius ultimi versus sunt:

Affuerat, nostraeque cadens ferus Hannibal irae,
Membra tamen Stygias tulit inviolata sub umbras,

(1) Sic est in Codice, sed legendum forte *secreto*.

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. maiori, Saec. XV. optime servatus, cum initialibus Librorum litteris auratis, & coloratis, & perpulcro ornatu marginali, & stemmate quodam gentilitio in prima pagina. Constat fol. scriptis 160.

ARATI PHAENOMENA.

I. pag. 1. Cod. XLVI. ARati Phaenomena in Latinum versa, cum Commentario. In primis autem foliis tredecim praemittuntur varia Prolegomena, nimirum:

I. Versus (XIX.) de anno Solari, seu de regularibus mensium. Inc.
Nec rota per gyrum, quam tradit machina lymphe.

II. pag. ead. Item versus (XII.) de singulis mensibus. Inc.
Primus Romanas ordiris, Iane, Kalendas.
Inter Epigr. & Poëmata veter. Lugd. apud Iac. Chovet MDCXVI. 8. pag. 149.

III. pag. ead. b. Item versus (VII.) metrici de singulis diebus. Inc.
Prima dies Domini Sacramento (1) *nomine fulget.*
In Anthologia vet. Lat. Poëtar. Burmanni Amstel. ex Officina Schouteniana MDCCLXXIII. 4. Tom. II. pag. 376.

IV. pag. ead. Item versus alii (XII.) de mensibus, & quidem elegiaci. Inc.
Dira patet Iani Romanis ianua bellis.
In cit collect. pag. 146.

V. pag. 2. Item alii versus (XII.) de signis mensium. Inc.
Primus adest Aries obscure lumine labens.
Ibid. pag. 145.

VI. pag. ead. Detrasticon (*sic*) autenticum de singulis mensibus, seu potius Tetrasticha duodecim elegiaca, quorum singula singulorum mensium proprietates explicant. Tetrastichon primum inc.
Hic Iani mensis sacer est, en adspice, ut aris &c.
Testrastichon duodecimum des.
Nunc tibi cum domino ludere, verna, licet.
In cit. collect. pag. 146.

VII. pag. 3. Item versus (LI.) de quatuor temporibus anni solaris, idest veris, aestatis, autumni, & hiemis. Inc.
Ver quia cuncta sibi revirescunt tempore dictus &c.

VIII. pag. 4. Versus (XVII.) de sphaera caeli, & de cursu Planetarum, & de ceteris sideribus. Inc.
Prima tenet spatium terris Latonia coniux.

IX. pag. ead. b. Versus (XVI.) de initio Quadragesimae. Inc.
Ortum sacrae quisque cupis nosse Quadragesimae &c.

X. pag. 5. Versus (XXIV.) de Mensibus duodecim, seu potius disticha elegiaca XII. de totidem mensium proprietatibus. Primum est:

Ful-

Digitized by Google

Fulget honorifico indutus mensis amictu,
Signans Romuleis tempora Consulibus,
Vltimum est:
Pigra suum cunctis commendat bruma Decembrem,
Quum sollers famulis tessera iungit heros.
In cit. coll. pag. 149.

XI. pag. ead. Versus (XV.) de terminibus (*sic*) Septuagesimae, Quadragesimae, seu Paschalis, & Rogationis, & Pentecosten. Inc.
Septua, si nosse cupis, gesimenam terminum &c.

XII. pag. ead. b. Item versus (XXI.) de initio Quadragesimae. Inc.
Quadragesimae si scire semper vis initium &c.

XIII. pag. 6. Versus ad inveniendum annos Domini, seu indictiones, & tota argumenta, quae currunt per Librum de Temporibus. Inc.

Anni Domini notantur in praesenti linea, quum misertus mundi Deus, ad tollenda crimina, natus homo hic processit, nostra ferens viscera &c.

Des.

Mentem cuius si depascit torpor & desidia, labere (sic) *a corde solet, sicut manu dămula, quum repleta esse putat, sicque restat vacua.*

Sunt strophae LXII. quarum unaquaeque versibus tribus constat, qui tamen adinstar solutae orationis sunt conscripti.

XIV. pag. 9. Item versus (LVII.) de anno solari, & communi, & embolismorum, & de saltu Lunae. Inc.
Annus Solis continetur quatuor temporibus,
Ac deinde adimpletur mensibus duodecim.
Des.
Altum caelum qui creavit, terras, atque aequora,
Doxa Regi per aeterna Deo soli saecula. Amen.

XV. pag. 10. Versus (VI.) de sex aetatibus huius mundi. Inc.
Prima sexcentum annis aetas mille ac sex & quinquais &c.

XVI. pag. ead. b. Item versus Paulli Diaconi de annis a principio, seu potius strophae duodecim, item adinstar prosae, quarum prima est:
A principio saeculorum usque ad diluvium duocenti quadragintaduo bina milia evoluta supputantur annorum curricula.

XVII. pag. 11. Item versus (XXXVI.) de annis a principio. Inc.
Deus, a quo facta fuit huius mundi machina &c.

XVIII. pag. ead. b. Versus (VIII.) cycli anni solaris. Inc.
Linea, Christe, tuos prima est quae continet annos &c.

XIX. pag. ead. Arati genus. Inc. *Aratus patris quidem Athinodori filius &c.* Des.

magnum loqui peritiae mathematicae reperimus illum..... Post haec veluti Prolegomena quaedam, sequitur titulus Operis hoc pacto: *T. Claudii Caesaris Arati Phaenomena incipit feliciter. Item de caeli positione, & quinque circulis mundi* (1). Tum post non multa, in quibus de circulis, & de evolutione, & ordine sphaerae agitur, quorum initium est: *Caelum quinque circuli distinguunt, quorum duo extremi maxime frigidi, & Australis humillimus, & Aquilonius excellentissimus &c.* incipiunt pag. 14. Phaenomena ipsa, & quidem ita:
Ab Iove principium magno deduxit Aratus;
Carminis at nobis genitor tu maximus auctor &c.
Commentarius inc. *Quaeritur, quare a Iove caepit, & non a Musis, ut Homerus. Conveniens magis hoc aestimavit principium phaenomenis, ubi Iovem invocaret, quoniam & ipsarum carminum* (corr. in marg. ab eadem manu *Camoenarum*) *est origo Iupiter &c.* Phaenomena des.
Haec eadem sibi signa dabunt non inrita Pisces,
Commentarius des. *immo & ceteri pisces, sed hi tantum adparent, quia exsiliunt, ceteri in imo gurgitis descendunt.* Aliud Exemplar huius Operis occurrit in Codice XLIII. Plutei LXXXIX. super. Bibliothecae Gaddianae in Laurentianam translatae, de quo vide Catalogum Codd. Latinorum Tom. III. pag. 310. §. I.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIV. optime servatus, & perspicuo, sed non satis emendato charactere exaratus, in cuius calce legitur: *Liber Colucii Pieri de Stignano Cancellarii Florentini.* Constat foliis scriptis 62.

SALLVSTII BELLVM CATILINARIVM, ET IVGVRTHINVM.

I. pag. 1. CRispi Sallustii Bellum Catilinarium cum Prologo, ut in Tomo superiore pag. 490. §. III. *Cod. XLVII.*

II. pag. 45. Eiusdem Bellum Iugurthinum item cum Prologo, ut ibid. §. IV. In fine habentur praedictorum duorum Librorum rubricae Capitum.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XIV. cum initialibus litteris Librorum, & Capitum aureis, & coloratis, & cum quibusdam etiam adnotationibus in margine. Constat foliis scriptis 109.

SVETONIVS TRANQVILLVS.

CAii Svetonii Tranquilli de Vita duodecim Caesarum Libri totidem, ut in Tomo superiore pag. 490. §. II. Desunt heic *Cod. XLVIII.*

 grae-

(1) In margine ab antiqua manu haec notula apposita est: *Inveni quod huius Libelli auctor fuit Caesar Germanicus, & dicitur Aratheum Carmen. Testis Lactantius Firmianus Lib. I. Capitulo XXI. & Lib. V. Cap. V.*

Digitized by Google

graeca verba, spatio vacuo ad ipsa supplenda relicto.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XV. cum initiali primi Libri littera aurea, & variis coloribus depicta, & ornatu in margine primae paginae. In calce Codicis legitur: *Est Abbatiae Florentinae.* Constat foliis scriptis 111.

SALLVSTII, ET CICERONIS OPERA QVAEDAM.

Cod. XLIX.

I. pag. 1. CRispi Sallustii Bellum Catilinarium cum Prologo, ut paullo supra in Codice XLVII. §. I.

II. pag. 30. Eiusdem Bellum Iugurthinum, item cum Prologo, ut ibid. §. II.

III. pag. 88. M. T. Ciceronis Liber de Amicitia, ut in Tomo superiore pag. 526. §. I.

IV. pag. 112. b. M. T. Ciceronis Oratio prima in Catilinam. Inc. *Quousque tandem.* Des. *vivos mortuosque mactabis.*

V. pag. 121. b. Somnium Scipionis ex M. T. Ciceronis sexto Reipublicae Libro excerptum, ut in Tomo superiore pag. 522. §. III.

VI. pag. 127. Controversia Ciceronis in Sallustium, ut ibid. pag. 526. §. IV.

VII. pag. 131. b. Controversia Sallustii in Ciceronem, ut ibid. §. III.

VIII. pag. 133. b. M. T. Ciceronis in Catilinam Oratio secunda cum brevi argumento, cuius initium: *Superiore Libro Catilina circumventus eloquentia Ciceronis &c.* Finis: *quod sine damno Reipublicae bellum superare potuerit.* Oratio inc. *Tandem aliquando, Quirites &c.* Des. *nefario scelere defendam.*

IX. pag. 142. Eiusdem in Catilinam Orationis tertiae pars ob Codicem in fine mutilum. Inc. *Rempublicam, Quirites, vitamque omnium vestrum &c.* Desinit in verbis: *quaesissemque ab eo, nihilne secum esset de factis Sibyllinis loquutus.....* in quibus absolvitur Volumen. Incidunt autem haec postrema verba in pag. 501. §. V. lin. 27. cit. edit. Tom. I. Part. II.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. oblongo, Saec. XI. characteribus Longobardis exaratus, optimeque servatus. Constat foliis scriptis 144.

XENOPHONTIS CYROPAEDIA.

Cod. L.

XEnophontis Socratici de Cyri vita Libri VI. a Poggio Florentino de graeco in latinum conversi, cum Praefatione interpretis ad Alphonsum Aragonum Regem, quae inc. *Quum plures, qui graeca ad latinos hac aetate transtulissent, magnam essent laudem suae industriae, & ingenii consequuti &c.* Des. *sed ipse iam Xenophon, ne modum excedat oratio, est audiendus.* Liber primus, cui titulus: *Xenophontis Socratici de institutione, & infantia Cyri*, inc. *Multa mihi saepius animo versanti, ea cogitatio mentem aliquando subiit &c.* Liber sextus des. *si opera illorum recte animadvertat, nostrae sententiae favebit.* Tum repetitur in fine titulus rubris alternatim, & caeruleis litteris exaratus hoc pacto: *Xenophontis Socratici quidam Libri de institutione & infantia Cyri per Poggium Florentinum praeclarissimum virum in latinum traducti feliciter expliciunt.* Aliud huius Operis exemplar occurrit in Codice XVI. Plut. XLV. Biblioth. Laurent. Catalogi Tomo II. pag. 351. ubi varia Praefationis excerpta deprompsimus.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XV. eleganter scriptus, & litteris initialibus singulorum Librorum aureis instructus, cum pictura, quae totum primae paginae marginem exornat, ubi videre est etiam imaginem Poggii in prima Praefationis littera depictam. Constat foliis scriptis 188.

XENOPHONTIS OECONOMICVS LATINE REDDITVS.

Cod. LI.

XEnophontis Liber, qui dicitur *Oeconomicus*, de graeco in latinum translatus per Lampum Biragum (scilicet Lapum iuniorem de Castelliunculo) cum Praefatione, cui titulus: *Clementissimo Domino N. Papae V. Lampus Biragus*, quae inc. *Quum exsequendis omnibus, Beatissime Pater, quae Summum Pontificem, eumdemque praestantissimum decent, tanto sis rerum pondere circumseptus, ut respirandi ocium vix tibi esse videatur, non illud tamen negligis, quo pacto latinum nomen etiam litterarum ornamento illustrius reddas = Itaque Xenophontis Oeconomicus, quum iam non exstet Ciceronis traductio, tuo nomine latino sermoni accedet, Opus haud sane magnum, sed elegans tamen, vitaeque hominum accommodatum &c.* Des. *sed me nimium forsan traxit materia longior, & iam, puto, audire Xenophontem cupis, tuis auspiciis, quod ei plurimum splendoris adiiciet, ad Romanos iterum longo postliminio revertentem.* Xenophontis Oeconomicus inc. *Et ipsum quandoque audivi etiam de administratione rei familiaris disserentem his verbis: Dic mihi, inquit, Critobule, scientiae ne cuiusdam nomen est Oeconomia? &c.* Des. *quemadmodum apud inferos Tantalus dicitur tempus omne conterere, ne bis moriatur timens. Laus Deo.* Haec versio ignota fuit Fabricio Biblioth. Graec. Tom. II. pag. 75. & Cl. Dominico Georgio in Vita Nicolai V. Romae typis Palear. MDCCXLII. 4.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. eleganter scriptus, cum initiali littera tam Praefationis, quam Libri aurea; pagina vero, quae initium Operis continet, totum marginem exhibet, auro, variisque coloribus exornatum, cum stemmate

Pon-

Digitized by Google

Pontificio Nicolai V. Constat foliis scriptis 46.

XENOPHONTIS LACEDAEMONIORVM RESPVBLICA.

Cod. LII. XEnophontis Socratici de Lacedaemoniorum Republica Liber de graeco in latinum translatus, interprete Anonymo. Inc. *At ego aliquando animo volvens, ut Sparte, quae inter civitates est, quae paucis habitantur hominibus, potentissima, & celeberrima in Graecia apparuerit, admiratus sum, quonam modo id factum fuerit.* Des. *at honoribus, qui mortuo Regi exhibentur, hoc significare volunt Lycurgi leges, quod non, ut homines, sed ut heroas, Lacedaemoniorum Reges honorarunt.* Latine vertit hunc Librum Franciscus Philelphus Bononiae MDII. fol. ut habet Fabricius loc. cit. pag. 74. An haec nostri Codicis versio eadem sit, videant alii.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XV. elegantissime exaratus, ac mirifice exornatus in prima pagina, in cuius margine inferiori depictum est stemma Regis Franciae, a duobus sustentatum puerulis, adscriptis verbis *Lu. Rex; Francorum Dux* MDI. Constat foliis scriptis 23.

DONATI ACCIAIOLI OPERA.

Cod. LIII. I. pag. 1. DOnati Acciaioli Florentini Expositio super Libros Ethicorum Aristotelis, idest in novam traductionem Argyropyli Byzantii ad clarissimum virum Cosmum Medicem. Praefatio inc. *Quum post interitum quorumdam doctissimorum hominum studia Florentina magna ex parte remissa viderentur, venit in hanc urbem Argyropylus Byzantius, vir ingenio praestans, summusque philosophus, ut iuventutem litteris graecis, ac bonis artibus erudiret &c.* Des. *ut quantum studio & labore contendere possunt, summas virtutes tuas imitentur, talesque evadant, quales Aristoteles viros felices & omni probitate perfectos his suis Libris expressit, quos nunc in manibus habemus, ut eorum explanationem, sicuti diximus, in medium afferamus, praemissis antea nonnullis, quae cognitu necessaria videbantur.* Sequuntur deinde varia Prolegomena, in quibus agitur de diversis definitionibus, & de divisione Philosophiae, necnon de intentione Philosophi in hoc Ethicorum Libro. Tum pagina 4. Expositio ipsa in Aristotelis Ethicorum Librum primum inc. *Omnis ars, omnisque doctrina &c. Aristoteles philosophus in hoc Ethicorum sive Moralium Libro de felicitate humana considerans, docere intendit ea omnia, quibus homo, quoad fieri potest, felix evadat &c.* In Librum decimum des. *talem enim architectum appellare philosophus solet, & eius facultatem architecturam, veluti praestantiorem activis facultatibus, ut antea vidimus. Et hic sit finis primi, atque ultimi Libri Ethicorum.* Prodiit Parisiis anno MDIV. & Venetiis ex officina Lucae Antonii Iuntae anno MDXXXV. fol.

II. pag. 179. Eiusdem Expositio Librorum Politicorum Aristotelis in novam traductionem Leonardi Arretini, cum Prooemio ad Federicum Vrbini Ducem (1), quod inc. *Nemo mediocriter doctus ignorat philosophiam, habitum quemdam esse praeclarum, qui nostrum perficit intellectum.* Des. *quibus plerumque ita sunt abditae, obscuraeque sententiae, vix ut intelligantur.* Expositio in Librum primum inc. *Quoniam videmus omnem civitatem &c. Conditores legum, ac Rerumpublicarum gubernatores omni studio contendere debent, ut civitates, quantum in eis est, felices efficiant.* In Librum octavum des. *adeo ut facilius virtutes acquirant, ac deinde in publicis pariter, ac privatis rebus rectam vivendi rationem sequantur. Et sic absolutum est Politicorum Opus, in quo exponendo, siquid est a me non recte positum, id retracto, ac meliori, & veriori iudicio emendandum relinquo; sin vero aliquid omissum, te rogo, Federice Princeps, ut quod Donatus Acciaiolus his scriptis praestare non potuit, tuo ingenio consequare.* Tandem subiicitur Epilogus eorum, quae in singulis Libris a Philosopho pertractantur. Excusi fuerunt item Venetiis MDIV.

III. pag. 263. Eiusdem latina versio Vitae Demetrii a Plutarcho conscriptae, cum Prooemio ad clarissimum virum Petrum Medicem, quod inc. *Vitam Demetrii, quem antiqui scriptores expugnatorem urbium dicunt &c.* Des. *qui cognitionem tantarum rerum, veluti praeclaram quamdam hereditatem, & omni patrimonio praestantiorem, posteris suis reliquit.* Vita inc. *Praeclaram meo iudicio prisci sapientes sententiam habuere.* Des. *sed peracta Macedonica scaena, tempus esse videtur, ut ex altera parte Romam introducamus.* Exstat in editione Vitarum Plutarchi Veneta per Melchiorem Sessam, & Petrum de Ravanis socios anni MDXVI. fol. a pag. CCLXXXV. ad pag. CCXCVI. sed sine Prooemio. Aliud Exemplar occurrit in Tom. II. Catalogi Latinor. Codd. Biblioth. Laurent. pag. 748. §. XV. una cum Prooemio.

IV. pag. 279. Hannibalis, & Scipionis Vita a Donato Acciaiolo Florentino composita, cum Prooemio ad eumdem Petrum Medicem, cuius initium: *Etsi scio, clarissime Petre, illam Hesiodi sententiam laudari a doctis &c.* Finis: *itaque me domum recipiens, constitui animo duorum praestantissimorum Ducum Scipionis, & Hannibalis gesta, quae tum ex variis auctoribus, tum graecis,*

(1) Haec verba *ad Federicum Vrbini Ducem* manu recenti sunt adiecta.

Digitized by Google

cis, tum latinis collegeram, praesenti v olumine complecti, idque, sicut alias lucubrationes meas, nomini tuo dicare, ut, quando a maximis curis tibi otium superesset, paratum haberes Opus, quod ad solatium animi, ad memoriae dignitatem, & observantiae meae testimonium pertineret. Hannibalis Vita inc. *Si primi Punici belli, quod Carthaginenses cum populo Romano gessere, memoria repetatur &c.* Des. *ut bellicae eorum vires stetisse simul cum Hannibale Duce, atque una cum eo concidisse viderentur.* Vita Scipionis p. 291. inc. *P. Cornelio Scipioni, qui primus nomine victae a se gentis, Africanus est dictus &c.* Des. *sed voluntario sibi exsilio indicto, vitam extra urbem finiendam putavit.* Exstant etiam in Codice XI. Plut. LII. Catalog. Tom. II. cit. pag. 554. §. III. quem vide,

V. pag. 300. Vita Caroli Magni ab eodem Donato Acciaiolo Florentino composita, cum Prooemio ad Ludovicum Christianissimum Francorum Regem, quod inc. *Quum Oratores omnium Christianorum, privatique etiam homines undique concurrant, Serenissime Rex.* Des. *amplitudini tuae vehementer commendat.* Vita inc. *Carolo Francorum Regi, cui postea ex magnitudine rerum gestarum Magno fuit cognomen &c.* Des. *diligentissime sanctissimeque servavit.* Ibid. §. IV.

VI. pag. 307. Eiusdem Donati latina versio Vitae Alcibiadis ex Plutarcho, cum Prooemio ad clarissimum virum Petrum Medicem, cuius initium: *Sapientem virum Architam Tarentinum dicere solitum scripsit Cicero &c.* Finis: *qui magnitudine rerum gestarum, tum nostris, tum etiam priscis temporibus claruere.* Vita Alcibiadis inc. *Alcibiadis genus, si maiorum suorum memoria repetatur &c.* Des. *sed cum optimo quoque graecorum conferri posse videtur,* quae sunt postrema verba comparationis, & diligentis iudicii de Alcibiade, Martioque Coriolano, item ex Plutarcho, cum ipsa Alcibiadis Vita coniuncti. Exstat Vita in cit. edit. Veneta pag. xxxiii. seqq. Prooemium vero in Catalogo Biblioth. Smith. p. 325.

VII. pag. 320. Decretum Reipublicae Florentinae, quo Cosmus Patriae Pater est renuntiatus. Inc. *Quam gratae debeant esse Respublicae, prudentissimi viri, erga eos cives, qui bene de sua patria meruerunt, ex antiquorum litteris, & monumentis facile intelligi licet.* Des. *quum viderint, quam grati vos, quamque memores sitis erga eos cives, qui de Republica bene mereantur.* Tum subiicitur: *Alcibiadis Vita per Donatum Acciaiolum Florentinum ad clarissimum virum Petrum Medicem ex Plutarcho in latinum traducta feliciter explicit.* Praedictum Decretum edidit Iosephus Blanchinius in Prooemio Operis: *De Granduchi di Toscana &c. Venezia* MDCCXLI. fol. pag. xv. seqq. Exstat etiam in Codice II. Plutei XC. super. Biblioth. Gaddianae Catalogi nostri T. III. pag. 423. §. IV.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XV. eleganter scriptus, cum initialibus Librorum auratis, & coloratis, & cum ornatu in prima pagina, ubi incidit Prooemium in Libros Ethicorum Aristotelis, in cuius margine inferiori videre est nomen possessoris, scilicet *Roberti Donati Acciaioli* scriptum in medio circuli, seu laureae coronae, quam pueruli duo sustentant; idemque nomen repetitur etiam in folio, quod cum integumento ligneo compactum est, subiecto stemmate gentilitio, Leonem supra pedes exteriores erectum exhibente. In alio deinde folio, quod Codicis custodiae inservit legitur: *del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi 1670. Num.* 575. 576. Constat foliis scriptis 320. excepto Indice Operum, & Capitum, qui priora quatuor folia comprehendit.

ARISTOTELIS ETHICA ET OECONOMICA INTERPRETE LEONARDO ARRETINO.

I. pag. 1. ARistotelis Ethicorum Libri X. a Leonardo Arretino de graeco in latinum conversi, & per Angelum Politianum recogniti, cum Praefatione, quae inc. *Aristotelis Ethicorum Libros facere latinos nuper institui.* Des. *ut hos Libros nunc primum latinos fecerim, quum antea non essent.* Liber primus inc. *Omnis ars, omnisque doctrina, similiter autem & actus, bonum quoddam appetere videtur.* Liber decimus des. *& quomodo unaquaeque Respublica constituta sit, & quibus legibus, & moribus.* Tum subiungitur in margine: *Recognovit Augustinus Terriculus ex lectura Politiani viri doctissimi anno* MCCCCXCI *&* MCCCCXCII. Haec Arretini translatio, quoad initium, & finem, concordat cum illa, quae habetur in Codice V. Plut. LXXIX. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. III. pag. 172. ubi animadvertimus, hanc esse unam ex tribus illis versionibus Friburgi Brisgoiae editis a pag. 140. b. usque ad pag. 180. In nostro autem Codice deest Epistola Nuncupatoria ad Martinum V. Pontificem, quae in dicto Codice occurrit, spatio tamen vacuo duorum foliorum inter Praefationem, & Aristotelis textum relicto, ad ipsam fortasse opportuniori tempore exscribendam. *Cod. LIV.*

II. pag. 71. Eiusdem Oeconomicorum Libri duo cum Prooemio ad Cosmum Medicem, item per Leonardum Arretinum traducti, & per Angelum Politianum recogniti. Prooemium inc. *Pretiosa sunt interdum parvi corporis.* Des. *nunc ad textum Aristotelis veniamus.* Liber primus inc. *Res familiaris, & res publica inter se differunt.* Liber secundus des. *multum etiam ad uxorem, & filios, & parentes.* In edit. Parisiensi

Digitized by Google

risiensi ex officina Simonis Colinaei ann. MDXLIII. in fol. a pag. 135. b. ad pag. 144. b. Aliud Exemplar exhibet Codex XII. Plut. LXXVII. loc. cit. pag. 136. §. II.

In ultimo folio membranaceo, quod pro Codicis custodia adsutum est, inter alia parvi momenti, legitur Epigramma ad Lippum (forte Laurentium Collensem) Poëtices, & Oratoriae Professorem latinum versibus sex retrogradis, quod sequens est:

Ingenium viget, haud torpet, te praeside, Lippe,
Carmina seu prosam vis, bona, non mala das.
Proveniunt, duce te, docti, nec praemia laudis
Quaerere iam possunt, te sine, discipuli.
Accumulant superi, haud fraudant te lumine, quare
Desine, nec lacrymis te tere perpetuis.

Cui subiicitur Tetrastichon ad Lectorem, nimirum:

Qui legis ambiguis nutantia carmina verbis,
Quum geminum ad carmen ianua pandat iter,
Livor abest, sensu capias meliore, bonique
Consule, ridemur, videris ipse. Vale.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. exeuntis, cum correctionibus, variis lectionibus, & scholiis marginalibus, in quo legitur bis repetitum nomen antiqui possessoris, in principio *Augustini Nettuccii est, & amicorum*, in fine *Augustini καὶ τῶν φίλων*. In primo vero folio *del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *Num.* 191. Constat fol. scriptis 76.

ARISTOTELIS POLITICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

Cod. LV.

ARistotelis Politicorum Libri VIII. a Leonardo Arretino de graeco in latinum conversi, cum Praefatione, cuius initium est: *Inter moralis disciplinae praecepta*. Finis: *& quidem necessariarum ad vitam susceпturos*. Liber primus inc. *Quoniam videmus omnem civitatem esse societatem quamdam &c.* Liber octavus des. *manifestum, quod hae tres determinationes sunt in doctrina faciendae, medium, possibile, ac decens*. Haec versio in cit. edit. Paris. exstat inter alias versiones a p. 1. ad p. 134. In Cod. vero XVII. Plut. LXXIX. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. III. pag. 177. §. III. habetur etiam Epistola Nuncupatoria ad Eugenium IV. Pontificem, quae in hoc desideratur.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. exeuntis, eleganter scriptus, cum initialibus litteris aureis singulorum Librorum, & ornatu in prima pagina, in cuius tegumento ligneo interiori legitur: *Antonii, & Matthaei Domini Ioannis de Canisianis*, & in primo folio *di Luigi del Senatore Carlo Strozzi* 1677. *Num.* 660. Constat foliis scriptis 192.

ARISTOTELIS ETHICA, ET OECONOMICA LEONARDO ARRETINO INTERPRETE.

I. pag. 1. ARistotelis Ethicorum Libri X. interprete Leonardo Arretino, cum Epistola Nuncupatoria ad Martinum V. Pontificem, & Praefatione, ut in Codice LIV. superiore §. I. ubi tamen deerat Nuncupatoria Epistola, quae in hoc ita inscribitur, & inc. *Ad sanctissimum, ac beatissimum Patrem D. Martinum PP. Quintum Leonardi Arretini Praefatio in Libros Ethicorum. Non novum esse constat, beatissime Pater, sed iam inde ab antiquis frequentissime usitatum*. Des. *pro discussione rerum ipsarum quaedam praemisi*. Est autem inter Praefationem, & Libros Aristotelis interiecta. Cod. LVI.

II. pag. 99. b. Eiusdem Oeconomicorum Libri duo, interprete eodem Leonardo Arretino, cum Prooemio ad Cosmum Medicem, ut in dicto Codice §. II.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. exeuntis, nitidissimus optimeque servatus, cum initialibus Librorum, & Praefationum aureis, & coloratis, qui pertinuit olim ad Abbatiam Florentinam. In principio enim in folio membranaceo, quod custodiae Codicis inservit, scriptum legitur: *Iste Liber est Congregationis sanctae Iustinae, Ordinis sancti Benedicti, deputatus Monasterio sanctae Mariae, sive Abbatiae Florentinae*. Constat foliis scriptis 105.

CORNELII NEPOTIS VITAE &c.

I. pag. 1. COdex est anepigraphus, sed continentur in ipso Cornelii Nepotis Vitae excellentium Virorum & Ducum exterarum gentium, cum Praefatione, quae inc. *Non dubito fore plerosque, Attice &c.* Des. *& in hoc exponemus Libro de Vita excellentium Imperatorum*. Ordo autem Vitarum sequens est: I. est Hannibalis, II. pag. 10. b. Hamilcaris, III. p. 12. b. Timoleontis, IV. pag. 17. Epaminondae, V. pag. 23. b. Catonis, VI. pag. 26. Pelopidae, VII. pag. 29. Agesilai, VIII. pag. 34. b. Eumenis, IX. pag. 43. b. Phocionis, X. pag. 45. b. Timothei, XI. pag. 48. Miltiadis, XII. pag. 53. Themistoclis, XIII. p. 59. b. Aristidis, XIV. pag. 60. b. Pausaniae, XV. pag. 64. Cimonis, XVI. pag. 66. Lysandri, XVII. pag. 68. Alcibiadis, XVIII. pag. 75. Iphicratis, XIX. pag. 79. b. Chabriae, XX. pag. 81. b. Cononis, XXI. pag. 84. Dionis. Prima Hannibalis inc. *Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superavit &c.* Vltima Dionis des. *diem obiit circiter annos* LV. *natus, quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat. Finis*. Aliud exemplar occurrit in Codice XXV. Plutei LXVII. Cod. LVII.

Bi-

Digitized by Google

Biblioth. Laurentianae Catalogi Latin. Codd. Tom. II. pag. 830. §. I. ubi Aemilio Probo tribuuntur, & ordine diverso sunt dispositae.

II. pag. 90. Aristotelis Vita, cum Praefatione, prorsus anepigrapha; sed, ut eruitur ex Codice III. Plut. LII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. cit. pag. 547. §. X. est Leonardi Arretini. Praefatio igitur, sive Epistola Nuncupatoria est ad Cardinalem sanctae Crucis, & inc. *Quanta nobis Aristoteles, atque adeo generi humano beneficia contulerit &c.* Des. *ut apud te, & alios praestantes ingenio viros, & auctoritas huius philosophi, & amor augescat. Vale.* Vita Aristotelis inc. *Aristoteles philosophus ex oppido fuit nomine Stagira, obscuro quidem per se &c.* Des. *horum pro multitudine pauci exstant, sed credo, optimi atque probatissimi.* Legitur haec Vita, absque Epistola Nuncupatoria, in antiqua editione Vitarum Plutarchi Venetiis apud Melchior. Sessam MDXVI. fol. pag. 326.

III. pag. 102. Virgilii Vita. Inc. *Virgilius Maro parentibus modicis Mantuanus fuit, ac praecipue patre, quem quidem opificem figulum, plures magi cuiusdam viatoris initio mercenarium, mox ob industriam generum tradiderunt.* Des. *& tamen destinasse secedere, ut omnia ad satietatem malivolorum cederent.* In principio eadem est atque illa, quae legitur ante Servii in Virgilium Commentarios, sed in fine diversa, & multo brevior.

IV. pag. 107. b. Lucii Luculli Vita ex Plutarcho, a Leonardo Iustiniano Veneto in latinum traducta, licet in Codice interpretis nomen reticeatur. Inc. *Lucii Luculli avus fuit vir Consularis, avunculus autem Metellus.* Des. *in tam sublime gloriae fastigium evasisse.* Vide Codicem XXVII. Plut. LXIV. Catalog. Tom. cit. p. 721. §. II.

V. pag. 166. b. Cimonis Vita, interprete eodem, cum Epistola Nuncupatoria ad Henricum Lusignanum, quae inc. *Quum permulta sint litterarum studia, Henrice Princeps, &c.* Des. *fore ut hanc non iniucunde, aut inutiliter positam a nobis operam iudices.* Vita inc. *Peripoltas vates ex Thessalia Opheltam Regem, suosque in Boeotia populos deducens &c.* Des. *sed ut Deum venerentur eum, & colant.* Tum subiungitur: *Finis. Cimonis Vita per Leonardum Iustinianum ex graeco in latinum traducta.* Vide dictum Codicem loc. cit. pag. 720. §. I.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. nitide scriptus, & cum initiali tantum primi Operis littera aurata, & coloribus variis exornata, in cuius primo folio membranaceo ad Codicis custodiam inserviente hoc legitur adscriptum nomen: *Petrus Strozza Eques Hierosolymitanus Magnifici Philippi Strozzae filius.* Constat foliis scriptis 194.

PLVTARCHI APOPHTHEGMATA INTERPRETE FRANCISCO PHILELPHO.

I. pag. 1. PLutarchi Apophthegmata per Franciscum Philelphum e graeco in latinum conversa, cum Epistola Nuncupatoria ad Illustrissimum Principem Philippum Mariam Anglum Mediolanensium Ducem, quae inc. *Lectitanti mihi nuper graece quaedam, Princeps optime &c.* Des. *ego, si te his delectari animadvertero, propediem alia subnectam.* Plutarchi Apophthegmata inc. *Quum Artaxerxi Persarum Regi, o maxime Imperator Caesar Traiane, obequitanti aliquando obviam factus operarius quidam, ac rudis homo &c.* Des. *qui ita aedificas, tamquam perpetua Roma futura sit.* Occurrerunt etiam in Codice XVI. Plut. XLVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 399. ubi interpretis nomine erant destituta. Concordant cum nitidissima editione, ut puto prima, quae in Marucelliana Bibliotheca delitescit absque loco, & anno, in fol. *Cod. LVIII.*

II. pag. 39. Eiusdem Apophthegmata Laconica, interprete eodem Francisco Philelpho, cum Praefatione ad Nicolaum V. Pontificem, quae inc. *Quo de te magis, Nicolae Quinte, dies, ac noctes mecum ipse cogito, eo benignius nostro saeculo immortalem Deum consuluisse arbitror &c.* Des. *non multo autem post, ut spero, maiores a nobis aliquae lucubrationes, & fortassis etiam gratiores ad te ibunt. Vale Pater beatissime.* Apophthegmata ordine alphabetico disposita inc. *Agasides Rex Lacedaemoniorum, admirante quodam Philophanem Sophistam ab ipso non admitti &c.* Des. *qui tibi ipsi huiusmodi possessionis invideris se ipsam exegit.* Τέλος. Haec Philelphi versio non memoratur a Fabricio in Biblioth. Gr. Tom. III. pag. 352.

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. exeuntis, vel XVI. ineuntis, optime servatus. Constat foliis scriptis 76.

BENVEN. DE IMOLA COMMENT. IN VALER. MAXIMVM.

BEnvenuti de Rambaldis Imolensis Commentarius in Valerii Maximi Dictorum, Factorumque memorabilium Libros IX. Praemittitur Epistola Nuncupatoria ad quemdam Marchionem, (forte Nicolaum Estensem) quae inc. *Poscis, clarissime Marchio, memorandarum avidus rerum alta mente, ut Valerii Maximi maximum, breveque compendium exponendum adsumam &c.* Des. *de quo dici potest illud, quod de Caesare Cicero, nihil, inquit, solebat oblivisci, nisi iniuriarum.* Sequuntur Praeliminaria quaedam, inter quae occurrit etiam explanatio Praefationis ad Tiberium Caesarem, quam Operi *Cod. LIX.*

Digitized by Google

peri suo praemittit Valerius Maximus. Commentarius ipse inc. *Maiores &c. Quia in fine praemissi Prooemii Valerius promiserat se tractaturum de cultu Deorum, ideo nunc exsequitur promissum, & aggreditur Capitulum primum de Religione, & in prima parte perstringit mira brevitate in generali diligentiam, & solertiam Romanorum circa cultum sacrorum &c.* Des. *nota quod Valerius usus est magna cautela, quia incepit Librum a laudibus Iulii Caesaris, & Augusti, & in commendationem Tiberii dixit, quod erat similis Caesari, & Augusto. Nunc finit in commendationem iustitiae Caesaris, & Augusti. Amen.* Tum subiicitur subscriptio amanuensis, quae ita habet: *Explicit Expositio super Valerio Maximo secundum Magistrum Benvegnutum de Ymola eximium historiographum, quam scripxi ego Iacobus Petroni de Cingulo anno Domini* MCCCCXX. *die* XVIII. *mensis Octobris. Amen.* Haec eadem Expositio in Valerium Maximum legitur in Cod. CLXXX. Latino Biblioth. Ducalis Venetae, de quo vide Catalog. eiusdem Bibliothecae pag. 155. Exstat quoque & in Cathedralis Ecclesiae Patavinae Bibliotheca, ut Thommasinus notavit.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. maiori Saec. XV. ineuntis, binis columnis exaratus, optimeque servatus, in cuius fronte legitur: *del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi 1670. num.* 349. Constat foliis scriptis 150.

VALERIVS MAXIMVS.

Cod. LX. VAlerii Maximi Dictorum, atque Factorum memorabilium Libri IX. ad Tiberium Caesarem, praevia Tabula Capitum singulorum Librorum, & Prologo, cuius initium: *Vrbis Romae, exterarumque gentium facta &c.* Finis: *de conditione eius summatim disseram.* Liber primus inc. *Maiores statas solemnesque caeremonias &c.* Nonus des. *iusto impendi supplicio coëgit.* Habes etiam in Codice XXIV. Plut. LXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 696. §. I. In hoc autem Codice sequitur fragmentum Libri X. hoc praemisso monito: *Decimus huius Operis Liber, qui & ultimus, vel negligentia, vel malivolentia Librariorum deperiit: abbreviator vero titulos eius habebat integre fortassis; tamen de uno tantum, hoc est de praenomine epitoma repraesentabat.* Huius fragmenti initium est: *Varro in Italia simplicia fuisse nomina ait &c.* Finis: *animadverto enim inconsultum fastis perplexum usum praenominum, & cognominum fuisse, dictum Postumium, Cominum, Aruncum, & Postumium Ebu. Deo gratias. Amen.* Tandem clauditur Codex hac subscriptione: *Valerii Maximi Dictorum, atque Factorum memorabilium urbis Romae, exterarumque gentium ad Tiberium Caesarem Liber ultimus explicit feliciter die vigesimo mensis Augusti* MCCCLXXXIX. *Deo gratias.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. maiori Saec. XIV. exeuntis, cum initialibus litteris singulorum Librorum aureis, & coloratis, in quarum prima depicta est etiam Auctoris imago. Adscribitur autem in primo folio membrananaceo, titulos Capitum totius Operis continente: *Liber est Monasterii Abbatiae Florentinae S.* 104. & in alio chartaceo recentius pro Codicis custodia adsuto: *Del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *Num.* 515. Constat fol. scriptis 183.

PTOLEMAEI ASTRONOMIA.

Cod. LXI. TItulus Codicis interior ita habet: *Incipit Ars Astrologiae translata de graeco secundum Ptolomaeum.* Praemittitur Introductio quaedam, quae inc. *Doctrinales scripturi Libros, eos, qui eadem discere volunt, primum instituere debemus, ut rectis initiis formati facilius pronuntiandi scientiam consequantur &c.* Des. *ut plus ibi divinitate animi, quam magisterio lectorum conferatur. Nunc ad Artem accedamus, & de duodecim Signis primitus.* Opus in varia Capita dividitur, quorum primum inscriptum *de duodecim Signis*, inc. *Zodiacus orbis, in quo duodecim Signa fixa sunt, per quem quinque Planetae, & Sol, & Luna cursus suos dirigunt, obliqua semper agitatione torquetur &c.* Vltimum sine titulo des. *omnes omnia faciunt pro sua natura decernendi: fortiores vero erunt, quibus se maiori radiatione coniunxerint.* Tum sequuntur alia excerpta brevia, item Astrologica.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XII. cum titulis Capitum rubricatis. Constat foliis scriptis 35.

EVCLIDES.

Cod. LXII. EVclidis Geometria, seu potius Geometriae pars, de graeco in latinum conversa, interprete anonymo, sed fortasse Ioanne Campano de Novaria, qui floruit, teste Trithemio de Scriptor. Eccles. Cap. CCCXXIV. anno circiter MXXX., & commentariis uberrimis, ut videntur, instructa. Inc. *Punctum est, cuius pars non est. Linea est longitudo sine latitudine, cuius extremitates duo puncta sunt &c.* Progreditur autem usque ad Theorema: *Propositis duobus numeris, an sit eis tertius continue proportionalis, perscrutari;* cuius demonstratio imperfecta est, propter defectum Codicis in fine. Integrum Opus occurrit infra in Cod. LXXI.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. paene quadrato Saec. XIV. ineuntis, charactere grandiori exaratus, quoad Problemata, & Theoremata, & minori quoad Demonstrationes, & cum figuris geometricis in margine accurate delineatis. Constat foliis scriptis 60.

VE-

Digitized by Google

VEGETII LIBER DE REGIMINE CIVITATVM.

Cod. LXIII. I. pan. 1. AVetorem huiusce Operis ex subscriptione, quae in ipsius calce apponitur, cognoscere licet: ibi enim legitur: *Explicit Liber de Regimine Civitatum a Vegetio compositus, qui Librum de Re Militari composuit.* Praemittitur Praefatio, quae inc. *Inter multos labores, dum Potestati Florentiae assiderem, nocturnas vigilias, & rara otia, quae quorumdam dierum assumpsi mihi, non ex toto praeterii otiosa, sed ad enucleandam doctrinam, & practicam de Regimine Civitatum, & ipsarum Rectoribus per diversa Librorum volumina diffusam, hoc Opusculum diligentia, qua potui nuper descripsi, ut cognoscatur, & inde merito commendetur = titulum autem praesentis Opusculi vestro nomine dedicavi, rogans, & postulans, ut si quid dignum in eo compererit, divinae gratiae totum adscribat = facturus itaque Praesidum, Potestatum, Consulum, ac Rectorum, & Regis Civitatum interpretationem, necessario prius a Regimine Civitatum, quae a praedictis reguntur, & de Civitatibus, & quare, & ad quid Civitates in hoc saeculo inventae fuere, incipiendum putavi &c.* Opus autem, quod partim versibus, partim prosa compositum est, in varia dividitur Capita, nullo tamen numero distincta, quorum primum, cui titulus: *Quid sit Regimen,* inc. *Regimen est gubernatio quaedam, qua Civitas gubernatur, & regitur; & in initio Romanae Civitatis populus sine lege certa, sine iure certo primum agere instituit, omninoque manu a Regibus gubernabatur &c.* Caput ultimum *De Parlamento faciendo in fine Regiminis Potestatis* des. *debitum tuae concioni finem imponens, tui Regiminis consequeris, dante Domino, exitum gloriosum. Amen.* Tum sequuntur versiculi tres, nimirum:

Finis Opus claudat, quia finis omnia laudat.
Exitus acta probat, careat successibus opto,
Quisquis ab eventu facta notanda putat.

Tandem pauca alia subiiciuntur de reddenda ratione administrationis sub Syndico, vel Potestate &c. & post subscriptionem, quam supra retulimus, clauditur Opus versiculo;

Qui dedit expleri laudetur mente fideli.

Confictus videtur sub Vegetii nomine hic Libellus a Scriba quodam, vel Cancellario Potestatis Florentinorum, de quo ne verbum quidem fecit in Biblioth. Latina Io. Alb. Fabricius. Ven. apud Seb. Coleti MDCCXXVIII. 4. Tom. II. pag. 109.

II. pag. 51. Vberrima collectio argumentorum ad varias conciones habendas pro varietate temporum, ac praecipue in diebus Dominicis, diversis manibus exarata.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIII. duabus diversis manibus exaratus, utpote ex duobus olim Codicibus unus effectus, cum titulis Capitum primi Operis rubricatis, in cuius pag. 50. superioris marginis ora legitur: *Est Fratris Io. Michaëlis.* Constat foliis scriptis 140.

DIOGENES LAERTIVS.

Cod. LXIV. DIogenis Laërtii de vitis, & sententiis eorum, qui in Philosophia claruerunt Libri X. e graeco in latinum versi ab Ambrosio Traversario Camaldulensium Generali, cum Epistola ad Cosmum Medicem, quae sine ullo titulo inc. *Evolventi mihi quaedam graeca volumina, venit ad manus Laërtii Diogenis de Philosophis prolixum Opus.* Des. *tu si qua superflua existimaveris, iure tuo reseçabis. Vale.* Liber I. inc. *Philosophiam a barbaris initia sumpsisse plerique autumant.* Liber X. des. *lamentis prosequuti non sunt defuncti celeriorem obitum.* Tum subiicitur litteris maiusculis: *Laërtii Diogenis Epicurus explicit Liber X. & ultimus.* Huius Operis aliud exemplar occurrit in Codice XXI. Plut. LXV. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 536.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XV. autographus, & ideo variis correctionibus abundans, in cuius primo folio membranaceo ad Codicis custodiam adsuto legitur nomen *Dopni Ambrosii Ordinis Camaldulensium Num.* 330. & in sequenti folio chartaceo: *Del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *Num.* 330. Constat foliis scriptis 129.

PLATONIS, ET ALIOR. EPIST.

Cod. LXV. I. pag. 1. PLatonis Epistolae a Leonardo Arretino e graeco in latinum conversae, cum Prooemio ad Cosmum Medicem, & Argumento, ut in Codice VI. Biblioth. Cisterciensis Amiatinae Tomo superiore pag. 696. §. I. ubi integrum Leonardi Prooemium ad Cosmum Medicem in medium protulimus.

II. pag. 54. Hippocratis Medicinae artis peritissimi Epistolae XV. e graeco in latinum conversae per Ranutium Florentinum (licet in Codice nomen reticeatur, spatio vacuo relicto) cum Praefatione interpretis ad Nicolaum V. Summum Pontificem, quae inc. *Philippus Mediolanensis, vir inter medentes nostri temporis praestantissimus, Beatissime Pater, quum ipsum iure veteris inter nos amicitiae visitarem, & multa, ut mos est, de stus* (correctum est in margine ab alia manu *stultitia*) *humanitatis ultro citroque verba fierent &c.* Des. *ut eadem Sanctitas tua aequis auribus eos Romano sermone loquentes audire dignetur.* Epistola I. inscripta: *Rex Regum magnus Artaxerxes Pacto sal.* inc. *Morbus, qui nomine appellatur pestis, nostrum invasit exercitum.* Vltima, cui titulus: *Hippocrates Thessalo filio suo S. D.* des.

Digitized by Google

des. *quare ad utriusque huiusmodi facultatis cognitionem accedere velis*. Habes etiam in Codice XVII. Plut. LIV. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 657. §. II.

III. pag. 79. Diogenis Philosophi Epistolae XLVII. e graeco in latinum conversae a Francisco Arretino, cum Praefatione ad sanctissimum, & clementissimum Patrem, & Dominum Pium II. Pont. Max. quam praecedit Elegia eiusdem Francisci, in qua Musam alloquitur, rogatque ut Libellum suum Epistolarum Diogenis praedicto Pontifici reddat, quae inc.

Ad Vaticani praeclara Palatia Petri
Vade, precor, nostri Diva Thalia memor.

Des.

Sic hominum, mundique diu moderatus habenas
Candidus exsuperes serius astra, Pie.

Praefatio interpretis inc. *Diogenis Philosophi Epistolas nuper a me e graeco in latinum traductas, cui potius dicare & possum, & debeo, quam sanctissimo nomini tuo, beatissime Pater Pie?* Des. *nunc ad ipsum Diogenem veniamus*. Epistola I. inc. *Audio quam iniquo animo feras, quod pueri Athenienses ebrii me verberarunt*. Vltima *Epimenidi* inscripta, des. *bonum namque esse secundum Simonidem difficile est, polliceri autem perfacile*. Exstant etiam in Codice XX. Plut. LXXIII. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. III. pag. 44. §. III.

IV. pag. 110. Phalaridis Tyranni Agrigentini Epistolae CXXXVIII. eodem Francisco Arretino interprete, cum Praefatione ad Illustrem Principem Malatestam, quae inc. *Vellem, Malatesta Novelle, Princeps Illustris, tantam mihi dicendi facultatem dari &c.* Des. *sed iam Phalarim audiamus*. Epistola I. *Alciboo* inscripta, inc. *Polycletus Messenius, quem proditionis apud cives tuos insimulas, morbo me incurabili liberavit*. Vltima *Himerensibus* data, des. *non ignari longe maiorem, quae talem virum tulerit civitatem, quam qui miserit, laudem consequuturam*. Occurrunt etiam in Codice XXV. Plut. XLVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 414. §. I.

V. pag. 175. b. Eiusdem aliae Epistolae quatuor nuper inventae, eodem Francisco Arretino interprete, cum brevi Praefatione ad Divum Alphonsum Regem, cuius initium: *Quatuor Phalaridis Epistolas, quas nuper in alio Libro inventas in latinum traduxi &c.* Finis: *quidquid deinceps aggrediar, libens felicissimo nomini tuo dedicabo*. Epistola I. *Affilanti* data, inc. *Quas mutuo vobis pecunias dedimus &c.* Quarta *Evanato* inscripta, des. *non desperantis improbitatis, sed summae bonitatis praemium accepissent. Vale*. Ibidem pag. 415. §. II.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. exeuntis, nitidissimus, cum initialibus singulorum Libror., & litteris aureis, & coloratis, ornatuque marginali decoratis, necnon cum titulis eorumdem aureo charactere exaratis; quem praeterea exornat in principio circulus, auro, variisque coloribus, mira arte elaboratus, continens nomina Auctorum, quorum in Codice Opera continentur, ac pictura, quae primae paginae marginem undequaque circumdat, cui accedit etiam stemma quoddam gentilitium. Constat fol. scriptis 178.

FRONTINI STRATAGEMATA.

Cod. LXVI.

SExti Iulii Frontini Stratagematon Libri IV. praeviis unicuique Prologis, & Capitum indicibus. Prologus Libri I. inc. *Quum ad instruendam rei militaris scientiam unus ex numero studiosorum eius accesserim*. Des. *quae ante praelium gerenda sunt*. Caput I. Libri I. inscriptum *de occultandis consiliis*, inc. *Marcus Portius Cato devictas a se Hispaniae civitates existimabat in tempore rebellaturas fiducia murorum*. Libri IV. Caput VII. & ultimum, quod est *de variis consiliis*, des. *subito itaque oppressi, eodem die, & navali, & pedestri praelio victi sunt*. Tum subiicitur nomen scriptoris hoc pacto: *Ioannes Stagnensis hunc Librum transcripsit pro clarissimo iuvene Zenobio de Dietisalviis, die* XX. *Septembris* MCCCCLXIV. Singulorum Librorum recensionem, variasque, tum de Auctore, tum de Opere notitias in medium attulimus in Codice XVII. Plutei XLV. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 353.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. cum initialibus Librorum litteris aureis, & coloratis, & titulis Capitum tam in elenchis, quam in textu rubrica conscriptis, necnon stemmate quodam gentilitio in calce primae paginae, & num. 358. notatus. Constat foliis scriptis 86.

APICIVS DE RE CVLINARIA.

Cod. LXVII.

APicii Coelii de Re Culinaria Libri X. praevio singulis Capitum elencho. Liber primus, cui titulus *Epimeles*, inc. *Conditi paradoxi compositio mellis per* XV. *in aeneum vas mittuntur &c* Liber decimus, cui titulus *Alieveslibus*, des. *mulsum, acetum, liquamen, oleum quoque*. Exstant etiam in Codice XX. Plut. LXXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. III. pag. 44. §. I. Videtur autem in nostro Codice deesse in principio pars tabulae Capitum Libri I. uno fortasse folio deperdito.

Codex membranaceus MS. Latin. in 8. Saec. XV. cum initialibus Librorum, & Capitum singulorum litteris aureis, & ornatu marginali in prima pagina, quae stemma etiam quoddam gentilitium praeseferebat, postea penitus deletum. Constat fol. scriptis 50.

Digitized by Google

IVLIVS SOLINVS.

Cod. LXVIII. IVlii Solini Polyhistor ab ipso editus, & recognitus de situ orbis terrarum, & de singulis mirabilibus, quae habentur in eo Liber, praevia Epistola *Advento* inscripta, & Prologo. Epistola inc. *Quoniam quidam impatientius potius, quam studiosius &c.* Des. *cui laboris nostri summam dedicavimus*. Prologus inc. *Quum & aurium clementia, & optimarum artium studiis &c.* Des. *originem eius, quanta valemus, prosequemur fide*. Liber in varia Capita est distributus, illa quidem suis instructa titulis, sed nullis numeris designata. Caput primum, *de origine urbis Romae, & unde nomen Roma traxerit, sive unde Rhoma dicta sit Roma*, inc. *Sunt qui videri velint Romae vocabulum ab Evandro primum datum &c.* Caput ultimum, *de Fortunatis Insulis, & quae in eis sunt*, des. *ideoque non penitus ad nuncupationem sui congruere insularum qualitatem*. Tum repetitur titulus, ut in principio. Aliud Exemplar huic simile habes in Codice XIX. Plut. LXVI. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 791. §. VI. Adspersus est autem Codex noster variis scholiis marginalibus.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. cum initiali littera Epistolae inaurata. Constat foliis scriptis 115.

COLVMELLA DE RE RVSTICA.

Cod. LXIX. LVcii Iunii Moderati Columellae Rei Rusticae Libri tredecim, praevia singulis Capitum tabula. Liber I. inc. *Saepenumero civitatis nostrae Principes audio culpantes modo agrorum infecunditatem, modo caeli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem &c.* Liber XIII. des. *nam & quicumque sunt habiti mortalium sapientissimi, multa scisse dicuntur, non omnia*. Procedunt autem hi Libri eodem ordine, quo habentur in editione Regiensi an. MCCCCLXXXII. in fol. opera, & impensa Bartholomaei Botthoni, alias Bruschi, quae olim exstabat in Biblioth. Laurent. Plut. LIII. sub num. XIX. ut videre est Catalogi Tom. II. pag. 615. nunc autem in Magliabechiana adservatur.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. Saec. XV. in principio, & in fine alia manu suppletus, in cuius prima pagina depictum est stemma Strozzianae gentis, & nomen legitur de more Senatoris Caroli Thomae Strozzii 1670. num. 516. Constat foliis scriptis 201.

PLINII VALERIANI, APVLEII PLATONICI, ET ALIORVM, OPERA MEDICA.

Cod. LXX. I. pag. 1. PLinii Secundi Physica, seu potius Plinii Valeriani de Re Medica Libri V. cum Prologo in principio, & Capitum elenchis unicuique Libro praemissis. Concordant omnia, quoad initium, & finem, cum alio Exemplari, quod habetur inter Codices MSS. Biblioth. Aedilium Florentinae Ecclesiae sub num. CLXV. Tomo superiore pag. 473. §. XV.

II. pag. 86. Liber Apuleii Platonici (*de herbis, sive de nominibus, ac virtutibus herbarum*) traductus a Chirone Centauro, Magistro Achillis, & Aesculapio, praevia Capitum LXXIX. tabula, & brevi Prologo, ut ibid. pag. 407. §. IV. ubi tamen Capita numerantur LXXVII.

III. pag. 92. b. Potio Arestolabiae peroptima. Ibid. pag. 469. § II.

IV. pag. ead. Synonymae antiquae Plinii, ordine alphabetico. Ibid. pag. 471. §. VIII.

V. pag. 100. Capita duo, quorum primum inscribitur: *Prognostica Lunae de infirmis*: alterum simpliciter: *Prognostica super infirmis*. Primum inc. *Luna prima si decubuerit aeger, si se die tertia allevaverit, sanus erit &c.* Alterum des. *& dulcem cibum desideraverint, undecima die morientur*.

VI. pag. 101. Vindiciani Epistola de natura, & ordine uniuscuiusque corporis Pentadio nepoti suo, ut in cit. Codice pag. 472. §. XIII.

VII. pag. ead. b. Anonymi exspositiones vocabulorum, sive nominum aegritudinum. Ibid. §. X.

VIII. pag. 103. Anonymi de morbis, qui in superficie cutis apparent, ordine alphabetico. Ibid. §. XI.

IX. pag. 104. Anonymi (licet in Codice nullus appareat titulus) definitiones aliae morborum, ordine item alphabetico dispositae. Ibid. §. XII.

X. pag. 105. Nomina Auctorum Medicinae, Aegyptiorum, Graecorum, & Latinorum. Ibid. pag. 471. §. IX.

XI. pag. ead. Epistola Hippocratis de ratione ventris, ac viscerum ad Antiochum Regem. Ibid. pag. 473. §. XIV.

XII. pag. ead. b. Genecia Vindiciani auctoris. Ibid. pag. 470. §. V.

XIII. pag. 107. Opus anepigraphum, sed videtur agere de praenotione futurorum ex somniis facienda. Dividitur autem in duas partes, quarum prima inc. *Philosophantes antiquos, sive Indos, sive Persas, Aegyptios, sive Graecos, in visionibus somnum sequentes, spirituali motu diligenter invenimus studuisse; per ea enim, quae in visionibus apparere videbant, & essentiam animae perfectius, & ulterius habebatur praecognitio futurorum; istud est, quod summe studuerunt philosophi de quacumque natione fuerunt, quis, & qualis esset animae status post mortem: hoc autem per viam naturae videre non poterant, nisi consimilitudo actuum, sive operationum ipsius, & hoc sive in somnio, sive in vigilia, & ulterius magis in somno, eo quod tunc minus est, & corporeis organis, & sensibus exterioribus obligata &c.* Des. *& haec de iis, quae ad primam partem pertinent, dicta sufficiant*.

Pars,

Digitized by Google

Pars altera pag. 112. inc. *Haec pars secunda XII. continetur Capitulis, secundum ordinem & naturam domorum caelestium &c.* Des. *ita consequenter recipitur ad ea, quae contingunt in esse, sive ex parte figurae, sive ex parte virtutis motoris, velimus intelligere rem quaesitam, sicut etiam in prioribus fuit tactum. Et haec sufficiant de pronosticationibus visionum.* Non occurrit hoc Opusculum in Oneirocriticis Nicolai Rigaltii Lutetiae typis Claudii Morelli MDCIII. 4.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. optime servatus, cum litteris initialibus Operum coloratis, ac titulis rubrica conscriptis, in cuius fronte legitur: *Del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1679. *num.* 1432. Constat fol. scriptis 115.

EVCLIDES.

Cod. LXXI. EVclidis Geometria de graeco in latinum conversa, interprete anonymo, sed forte Ioanne Campano de Novaria, una cum Commentariis. Inc. *Punctum est, cuius pars non est &c.* Des. *quare assignato corpori constat nos speram, quemadmodum propositum erat, inscripsisse, & cetera.* Tum subiicitur: *Explicit Liber Geometriae Magistri C.* (forte *Campani*).

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XIV. optime servatus, cum figuris geometricis elegantissime delineatis in margine, qui fuit olim, ut in principio, & in fine adnotatur, *Abbatiae Florentinae*; & postea *Senatoris Caroli Thomae Strozzii* 1670. *num.* 505. Constat fol. scriptis 187.

ALCIBIDIVS DE IMMORTALITATE ANIMAE.

Cod. LXXII. ALcibidii (licet in Codice nullus adpareat titulus) de Immortalitate Animae Libri quatuor in forma Dialogi, cum perpetuo Commentario, manu aeque antiqua, sed charactere aliquanto minori exarato. Liber I. inc. *Quadam die, quum fraterno funere propinquo affluentior fletus incubuisset, isque ad vesperum usque protelatus, iam rivulis oculorum fluxu largiori exhaustis, sese vehementiorem dolorem ascisset, utrumque solito gravior atque proclivior, consocius somnus sequutus est.* Liber IV. des. *tu vero, quod consequens est, consequenter intelligas. Ego quoque absolutus sum debito, requiescam.* Tum subiungitur ab alia manu: *Explicit Liber Alcidii.* Commentarius inc. *Introitus Libri. Quali, pro interfectione fratris nuperrime facta, gravissimo maerore, ac crebris me lamentis afflixeram; quumque me sic continua afflictione macerarem, mihi quadam die, plenius omnia quae acciderant recolenti, abundantior, quam consueverat fletus incubuit; quumque eum ad noctem usque produxissem, dolorem videlicet, & fletum, somnus protinus sequutus est; & hoc est quadam die &c.* Vltima Commentarii verba, quae incidunt in pag. Codicis 41. ita habent: *puer ergo ante baptismum intemperans & iniustus est, non vitii actu, sed agendi vitio; post baptismum vero fortis, temperans, & iustus est, ex agendi virtute, non ex actu virtutis; & statim habet omnes virtutes essentialiter, non in usum. Similiter autem ante baptismum omnia vitia.* Concordat hoc Opus, quoad initium, & finem, cum alio Exemplari, quod habetur in Codice XXIV. Plut. LXXXIV. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. III. pag. 254. §. VII. ubi tamen sunt Libri V. propter ipsorum diversam divisionem, & habentur sub nomine *Altividi*, nulloque instructi Commentario.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori, Saec. XII. Constat foliis scriptis 46.

VARIORVM SCRIPTA DE VIRTVTIBVS HERBARVM.

Cod. LXXIII. I. pag. 1. DE quatuor humoribus, ex quibus constat humanum corpus. Inc. *Quatuor humores sunt in humano corpore, idest sanguis, phlegma, cholera rubea, cholera nigra. Hi humores sunt commixti, qui si mensura non excesserint, perpetua sanitas est hominibus &c.* Des. *non tamdiu currat sanguis, ut lyptusma fiat, idest lassitudo, vel debilitatio stomachi.*

II. pag. 2. Hippocratis Epistola Maecenati suo. Inc. *Libellum, quem tibi roganti promisi, omni cura adhibita descriptum misi, ordinatissimum tuae salutis custodem.* Des. *his ergo utens, sanus transiges omne tempus aetatis, nec medicis indigebis.* Occurrit etiam in Codice XLI. Plut. LXXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. III. pag. 78. §. V.

III. pag. 4. b. Precatio terrae. Inc. *Dea sancta tellus, rerum naturae parens.* Des. *nunc diva postulo, ut hoc mihi tua maiestas praestet, quod te supplex rogo.* Ibid. §. VI.

IV. pag. 5. Precatio omnium herbarum. Inc. *Nunc vos potentes omnes herbas deprecor.* Des. *& gratias agam per nomen maiestatis, quae vos iussit nasci.* Ibid. §. VII.

V. pag. ead. Antonii Musae Epistola Magno Agrippae Caesari de herba Vettonica, quae ita inscribitur, & inc. *Antonimusus* (sic) *Mecenati Agrippae salutem. Caesari Augusto, praestantissimo omnium mortalium &c.* Des. *quum volueris uti, sic uteris.* Ibid. §. VIII.

VI. pag. 6. Quaedam pauca circa nomenclaturam ponderum, quae adhibentur in medicinarum confectionibus.

VII. pag. ead. De virtutibus herbae Vettonicae, hoc adscripto titulo, rubris characteribus exarato: *Scolapius hanc herbam Vetonicam legit, quia ipse eam primus invenit.* Post indicatas varias eius denominationes, locum ubi nascitur, & tempus, quo colligenda est, sequuntur eius virtutes ad morbos sanandos. Prima est cura ad capitis

Digitized by Google

fracturam, & inc. *Herba Vetonica contusa, & super caput ictu percussum imposita, vulnus mira celeritate glutinatum sanabit &c.* Vltima *ad podagram* & des. *si autem fuerit trita, & pedibus apposita, mire dolorem lenire experti adfirmant.* Exstat inter Medicos antiquos Venetiis apud Aldum MDXLVII. fol. a pag. 222. b. ad pag. 223. ut notavimus in cit. §. VIII.

VIII. pag. 8. Opus de virtutibus herbarum, in fine mutilum, cui praecedit Epistola inscripta: *Apoliensis Plato Civibus suis*, quae inc. *Ex pluribus paucas vires herbarum, & curationes corporum ad fidem veritatis monumentis publicis tradiderunt.* Des. *nostra litterata scientia, invitis etiam Medicis, profuisse videatur.* (1) Tum sequuntur virtutes herbarum, incipiendo ab illa, quae dicitur *Plantago*, cuius, quemadmodum & sequentium herbarum, adferuntur primum nomina varia, quae apud diversas nationes obtinet, deinde curationes. Harum prima *ad capitis dolorem* ita habet: *Herbae plantaginis radicem collo suspensam, dolorem capitis mirifice tollit* (sic). Vltima est *Hedera nigra*, quae designatur in margine numero XCVIII. sed praeter prima verba: *A quibusdam nuncupatur ....* nil aliud habetur in Codice, propter magnum ipsius defectum inter pag. 24. & 25. (2) Praeter hunc defectum, alius etiam occurrit sub initium; nam post herbam Plantaginem, sequitur herba *Lactuca silvatica*, quae denotatur numero XXVIII.

IX. pag. 25. Liber Medicinae Sexti Placiti ex animalibus pecoribusque, & avibus (3), seu potius de eorum virtutibus in medicina. Incipit autem a Cervo sic: *Cervinum cornu habet vires ad exsiccandos omnes humores.* Desinit in Hirundine, cuius virtus *ad linguae vulnera, & labiorum*, ita exprimitur: *Hirundines in melle mulso decoque, & vulneribus linguae, vel labiorum appone; valet mirifice.* Exstat etiam loc. cit. p. 79. §. XI.

X. pag. 39. b. *Liber Dioscoridis.* (4) *In hoc enim Libro continentur herbae faemineae numero sexaginta una, utilissimae pro usu medicinae, cuius Canones subterscripti sunt.* Canones isti, seu Capitula numerantur LXIII. Primum inscribitur: *Primae nomen herbae Hecinum*, & inc. *Haec autem herba facit ad hemptoycos, & ad cyliacos, & ad stomaticos &c.* Vltimum inscriptum: *Nomen huius herbae LXIII. Panatia*, des. *si cum melle mixtum, fetus discutit, splenem desiccat.* Tum subiicitur: *Expliciunt Capitula herbarum faeminarum.* Sequitur deinde Liber ipse Dioscoridis, qui item exordiens a prima herbarum specie, scilicet *Hecino*, ita inc. *Haec autem herba Hecinum nascitur in montuosis, & lapidosis locis. Folia habet similia chamaeleonti albo &c.* Desinit in herba *Gentiana*, numero XV. in margine designata, cuius postrema verba sunt: *herbam Gentianam si dederis, ut supra, potui, mirabilis .....* mutilato in fine Codice. Integrum habes loco citato pag. 80. §. XIII. ubi praemittuntur per ordinem nomina singularum herbarum, quae in hoc desiderantur.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori, Saec. XIII. ineuntis, variis defectibus obnoxius. Constat foliis scriptis 49.

MACROBIVS IN SOMNIVM SCIPIONIS.

I. pag. 1. SOmnium Scipionis ex M. T. Ciceronis sexto Reipublicae excerptum, ut in Codice CCVI. Biblioth. Aedilium Florent. Eccles. Tomo superiore pag. 522. §. III. *Cod. LXXIV.*

II. pag. 4. Macrobii Ambrosii Theodosii Commentum in Somnium Scipionis Libris duobus, praevia Epistola ad Eustachium filium, quae inc. *Inter Platonis, & Ciceronis Libros, quos de Republica uterque constituit, Eustachi fili &c.* Des. *ut cui eorum generi Somnium, de quo agimus, applicandum sit, innotescat.* Liber I. inc. *Omnium, quae videre sibi dormientes videntur, quinque sunt principales, & diversitates, & nomina &c.* Liber II. des. *vere igitur pronuntiandum est, nihil horum perfectius, quo universae philosophiae continetur integritas.* Habentur etiam in Cod. XIV. Plut. LI. Biblioth. Laurent. Catalogi Latinor. Codic. Tom. II. pag. 536. §. II. Adsunt in hoc Codice scholia multa marginalia, & glossae interlineares, necnon figurae quaedam, caelestium Planetarum, & Zodiaci signorum Orbitas exhibentes. In duobus autem foliis, quae in principio Codicis pro eius custodia adsuta sunt, habentur fragmenta quaedam Sermonum Innocentii Papae III. manu aliquanto recentiori descripta, sed propter vetustatem evanida. In ultimo autem folio circulus occurrit, exhibens quinque terrae climata.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XII. in cuius calce legitur: *Liber Iohannis Salvetti Notarii Florentini*, & in principio: *Di Luigi del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi 1679. num. 797.* Constat foliis scriptis 64.

EXCERPTA MEMORABILIA EX VARIIS AVCTORIBVS.

AVctores, ex quibus haec sententiarum factorumque memorabilium collectio confecta est, ita enunciantur in Codice, pag. 1. *Cod. LXXV.*

(1) Hanc integram retulimus loc. cit. pag. 79 §. IX.
(2) Ex dicto §. IX. eruitur totum Opus progredi saltem usque ad numerum CXXVIII.
(3) Hunc titulum ex subscriptione Operi adpositum mutuati sumus, quum in principio ob adnotatum Codicis defectum sit anepigraphum.
(4) Hic est genuinus titulus, quem in Codice praefert hoc Opus.

Digitized by Google

pag. 1. *de Libro Macrobii Saturnaliorum*; pag. 5. *Versus Ciceronis*; pag. ead. b. *Proverbia Philosophorum*; pag. 8. b. *Excerpta Epistolarum B. Hieronymi*; pag. 23. *Excerpta de Libro Apuleii Madaurensis de Deo Socratis*; pag. 25. b. *Excerpta de Libro Epistolarum Plinii secundi*; pag. 28. b. *Ex M. T. Ciceronis Orationibus*; pag. 33. b. *Excerpta Epistolarum Gaii Sollii Apollinaris Sidonii*; pag. 40. b. *Excerpta Libri Senecae de Beneficiis*; pag. 43. b. *Eiusdem Epistolarum ad Lucilium*; pag. 48. *Sententiae Philosophorum, nimirum ex Libris Ciceronis Tusculanarum Quaestionum*; pag. 54. b. *A. Gellii Noctium Atticarum*; pag. 56. b. *Catonis in Oratione pro Rhodiensibus habita*; pag. 58. *Ciceronis in Verrinis*; pag. ead. *Excerpta de Libro Epistolarum Ennodii*; pag. 62. *Ex Martini Episcopi Epistola ad Myronem Regem*; pag. ead. b. *Ex Plauto in Aulularia*; pag. 63. *Ex Oratione Scytar. ad Alexandrum*; pag. ead. b. *Ex Libris Valerii Maximi memorabilium Dictorum, vel Factorum &c.* Reliqua excerpta sunt sine titulo. Initium huiusce Collectionis ita habet: *Animo melius distincta servantur. Oportet versari in convivio sermones, ut castitate integros, ita appetibiles venustate. Sapientem non convenit ludo, sed serio feriari. Non ulla alia de re, quam de doctis quaestionibus colloqui, potest esse iucundius &c.* Finis vero sequens est: *Praxiteles mulierem in marmore, quasi spirantem pinxit, adeo ut a quodam libidinoso concupisceretur. Equus visa picta equa hinniit. Latratus canum, viso picto cane incitatus. Taurus ad amorem aeneae vaccae immugiit.* Tum sequuntur aliae sententiae manu recentiori in ultima pagina exaratae.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. min. Saec. XIII. cum initiali totius Operis littera picta & inaurata, & titulis, quos singillatim retulimus, rubro charactere exaratis, in cuius tegumenti lignei parte interiori hoc monumentum adscriptum est: *Comprato da me Carlo di Tommaso Strozzi l'anno 1616. in Spoleto.* Constat foliis scriptis 74.

PRISCIANVS MAIOR.

Cod. LXXVI. PRisciani Grammatici Caesariensis (licet nullus in Codice titulus adpareat) de octo partibus Orationis Libri XVI. cum Praefatione ad Iulianum Consulem, ac Patricium, quae inc. *Quum omnis eloquentiae doctrinam, & omne studiorum genus &c.* Des. *in contextu partium orationis eiusdem.* In hac autem Praefatione comprehenduntur summaria, tam sexdecim Librorum de octo partibus Orationis, qui in hoc continentur Codice, quam aliorum duorum de Constructione, quos exhibet sequens Cod. LXXVII. Liber I. inc. *Philosophi diffiniunt vocem esse aërem tenuissimum ictum &c.* Liber XVI. des. *idem* (nempe *Virgilius*) *in III. Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus ether. Siderea polus, Amen.* Vt in edit. Florent. apud heredes Philippi Iuntae ann. MDXXV. in 4. a pag. 1, ad pag. 192. Aliud Exemplar habes in Codice I. Plut. XLVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 387. §. I.

Codex chartaceus, intersertis tamen identidem foliis aliquot membranaceis, MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. adspersus, praesertim in principio, glossis quibusdam marginalibus, & interlinearibus, ac titulis Librorum omnino carens, *del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *num.* 503. Constat foliis scriptis 162.

PRISCIANVS MINOR.

I. pag. 1. PRisciani de Constructione, sive de ordinatione partium Orationis Libri duo, qui sunt eius Commentariorum Grammaticorum postremi, scilicet XVII. & XVIII. Primus inc. *Quoniam in ante expositis Libris de partibus Orationis in plerisque Apollonii auctoritatem sumus sequuti &c.* Alter des. *quum Attici quoque tam in eis, quam in aliis constructionum plerisque idem servent.* Tum subiicitur: *Prisciani Caesariensis Grammatici de Diasyntastica Liber explicit. Deo gratias amen.* In cit. edit. a pag. 193. ad pag. 260. *Cod. LXXVII.*

II. pag. 120. Anonymi de Barbarismo Libellus, qui tamen est Donati. Inc. *Barbarismus est una pars orationis vitiosa in communi sermone, ut poëmate metaplasmus &c.* Finem non damus, quum postrema verba sint valde evanida, & consumpta. Abundat autem Codex uberrimis marginalibus scholiis, & glossis interlinearibus. Exstat inter Grammaticos Heliae Putschii pag. 1767.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XIII. cum initiali littera aurata & colorata, & nomine possessoris in principio, scilicet: *Del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *num.* 501. Constat foliis scriptis 131.

PRISCIANVS MAIOR.

Cod. LXXVIII. ARs Prisciani viri eloquentissimi Grammatici Caesariensis, seu de octo partibus Orationis Libri XVI. cum Praefatione ad Iulianum Consulem ac Patricium, ac summariis singulorum Librorum in principio, ut in superiori Codice LXXVI. Heic quoque non desunt scholia quaedam marginalia, & glossae interlineares, ubi etiam notandum est graeca verba, quae ab eodem scriptore Codicis fuerunt in contextu, charactere quadrato conscripta, fuisse ab alia manu recentiore in margine, charactere minori repetita. Accedit in fine, pagina nimirum 156. divisio numerorum in *cardinales, ordinales, dispertitos, adverbiales, & ponderales*; tum pag. ead. b. brevis explanatio

Digitized by Google

natio de more adhibendi graeca litterarum elementa ad numeros exprimendos, cuius origo a Patribus CCCXVIII. Nicaeni Concilii adseritur deducta; ipsi enim decreverunt, ut in faciendis litteris, quas Latini *formatas* appellant, haec supputationis ratio servaretur, cui subiungitur explicatio variarum notarum, ac signorum, quorum usus apud veteres calligraphos invaluit. Pag. 157. duo alphabeta, hebraicum unum, & alterum graecum. Pag. tandem 158. index copiosissimus alphabeticus verborum notabilium, quae in praedictis Prisciani Libris continentur, praemisso monito ad illius intelligentiam necessario.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori, Saec. XII. in cuius initio legitur: *Hic Liber est Francisci Castilionensis Presbyteri, & amicorum eius. τὰ τῶν φίλων κοινά.* Constat foliis scriptis 174.

NONIVS MARCELLVS.

Cod. LXXIX.

I. pag. 1. NOnii Marcelli Peripatetici Tuburgicensis de compendiosa doctrina per litteras ad Lilium (*sic*). De proprietate Sermonum. Inc. *Senium est saedium & odium dictum a senectute.* Des. *& in cohortibus Centurionum appellati.* Concordat cum editione Aldina MDXIII. fol. ad calcem Cornucopiae Perotti a pag. 1229. ad pag. 1253. Exstat etiam aliud Exemplar, tam huius, quam sequentium Librorum in Codice I. Plut. XLVIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 425. §. I. & seqq.

II. pag. 19. Eiusdem de honestis novorum, & veterum dictis per litteras. Inc. *Apud, iuxta. Sisenna historiographus Lib. IIII. &c.* Des. *circum impluvium cineraris cludebat.* Ibid. a pag. 1253. ad pag. 1296.

III. pag. 52. Eiusdem de indiscretis generibus per litteras. Inc. *Angiportus generis masculini, ut apud multos neutri.* Des. *persequutus Aristoteles animantium omnium victus, figuras.* Ibid. a pag. 1296. ad 1312.

IV. pag. 62. Eiusdem de diversis acceptionibus nominum, & verborum. Inc. *Adversum contra significat.* Des.
Vixea fatus eram, gemitu quum talia reddit.
Ibid. a pag. 1312. ad 1384.

V. pag. 105. b. Eiusdem de differentiis verborum. Inc. *Cupido, & amor idem significare videntur &c.* Des. *& maxime in Afranio, & iuris vetustissimis scriptoribus.* Ibid. a pag. 1384. ad pag. 1436.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. minori, Saec. XV. ineuntis, in superiori margine valde madore corruptus, cum initiali primi Operis littera aurata, variisque coloribus exornata, ac stemmate gentilitio cuiusdam familiae in calce primae paginae, adscripto praeterea nomine, ut alibi, *del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *Num.* 504. Constat foliis scriptis 140.

DONATI, PROSPERI, ET ALIORVM OPVSCVLA.

Cod. LXXX.

I. pag. 1. DOnati prima Grammaticae rudimenta, seu de octo partibus Orationis, Praecedunt instar Prologi versiculi quidam, quorum initium:
Incipiunt partes, per quas properamus ad artes;
Has quisquis nescit, piger in levitate quiescit.
Harum Donatus fuit auctor, in arte probatus,
Quas tradens turbae, Romana scripsit in urbe &c.
Opus inc. *Quot sunt partes Orationis, secundum Grammaticos? VIII. Quae? Nomen, Verbum, Participium, Pronomen, Praepositio, Adverbium, Interiectio, & Coniunctio &c.* Des. *aliae vero omnes sunt communes, quae possunt praeponi, & supponi in ordine orationis.* Compactus potius videtur ab aliquo Grammatico hic Libellus ex Aelii Donati editione secunda apud Putschium pag. 1743.

II. pag. 29. b. Catonis Liber, ita enim habet titulus in calce Operis adpositus, qui alibi inscribitur *Monita, & Carmen de Moribus*, cum Prologo, qui inc. *Quum ego Cato animadverterem &c.* Des. *illud stude agere, quod iustum est, vel quod videatur honestum.* Carmen inc.
Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt &c.
Des.
Haec brevitas sensus fecit coniungere binos.
Occurrunt etiam in Codice LXI. Plutei LXXXIX. Biblioth. Gaddianae Catalogi Tom. III. pag. 323. §. X.

III. pag. 35. b. Prosperi Aquitanici Liber, seu Carmina Moralia, cum brevi Vita Poëtae in principio, & Prologo metrico. Illa inc. *Iste Prosper fuit Equitanicus &c.* Hic inc.
Haec Augustini ex sacris Epigrammata dictis &c.
Prosperi Carmina inc.
Dum sacris mentem placet exercere loquelis,
Caelestique animum pascere pane iuvat.
Des.
Vt caro non eadem tantum, sed mens quoque nobis
Vna sit, atque duos spiritus unus alat.
Habes etiam in Cod. XXIV. Plut. XXXVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. II. pag. 258. §. I. ubi tamen finis Carminum Prosperi diversus est.

IV. pag. 60. b. Magistri Tebaldi (1) Regulae (scilicet grammaticales) in duos Tractatus distributae. Tractatus primus inc. *In praesenti Opusculo communi utilitati volens in-*

(1) Hoc nomen adscriptum legitur in fine Tractatus primi. Nihil autem de eo habet Fabricius in

Digitized by Google

intendere diligenter, quaedam artis grammaticae introductoria breviter compilabo. In primis ostendendum, quid sit nomen substantivum, quid adiectivum, quid proprium, & quid appellativum &c. Secundus desinit in quibusdam versiculis, quorum ultimi sunt:

Ab cum vocali, reliquis a vult sociari.
Haec a quo Romam, Ludini, Tybure, Thebis,
Vnde petit regimen, cum verbo stat sine motu.

Tum subiicitur: *Expliciunt Regulae Fulgitive. Deo gratias. Amen. Divinum ministerium maneat semper nobiscum.*

V. pag. 73. Aesopi Fabulae latine redditae, versibus elegis, quibus praecedit brevis Prologus item metricus, versibus duodecim constans, qui sequens est:

Vt iuvet, & prosit, conatur pagina praesens;
Dulcius arrident seria picta iocis.
Hortulus iste parit fructus cum flore favorem,
Flos & fructus emunt, hic nitet, ille sapit.
Si fructus plus flore placet, fructum lege; si flos
Plus fructu, florem; si duo, carpe duo.
Ne mihi torpentem sopiret inertia sensum,
In quo pervigilet mens mea, novit opus.
Vt messis pretium de vili surgat agello,
Verbula sicca, Deus, complue rore tuo.
Verborum levitas, morum fert pondus honestum,
Et nucleum celat arida testa bonum.

Prima Fabula *de Gallo, & Iaspide* ita habet:

Dum rigido fodit ore fimum, dum quaeritat escam,
Dum stupet inventa iaspide gallus, ait:
Res vili pretiosa loco, natique decoris,
Hac in sorde manens, nil mihi messis habes.
Si tibi nunc esset, qui debuit esse, repertor,
Quem fimus sepelit, viveret arte nitor.
Nec tibi convenio, nec tu mihi, nec tibi prosum,
Nec mihi tu prodes; plus amo cara minus.
Tu gallo stolidum, tu iaspide pulcra sophiae
Dona notes; stolido nil sapit ista seges.

Vltima *de Pastore, & Lupo* talis est:

Cum Pastore Lupus sociabile foedus inivit,
Interius totus dissociatus ei.
Ergo dolum sub melle tenens lupus, inquit amico,
Sum pavidus crebra gratulitate (sic) *canis.*
Ille suo nostrum latratu scindit amorem,
Ille bonum pacis dissociare petit.
Si me securum, si me vis reddere tutum,
Obses tutelae sit datus ille mihi.
Exhibito aegili, Lupus intrat tutus ovile,
Dilanians miseras opilionis oves.
Pacis amatorem simulat se perfidus hostis,
Cautius ut vulnus exitiale ferat.
Cuius egens es tu, rem nulli tradere debes,
Blanditiae plus quam dira venena nocent.

Haec antiqua Aesopicarum Fabularum metrica versio videtur ignota Fabricio in Biblioth. Graec. Tom. I. pag. 399.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori, Saec. XIII. in principio aliquantum evanidus. Constat foliis scriptis 91.

SERVII, ET ALIORVM OPVSCVLA GRAMMATICALIA.

I. pag. 1. b. ARs Servii de primis octo partibus Orationis Donati Grammatici. Inc. *Ars dicta est vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, idest a virtute, quam graeci uniuscuiusque rei scientiam vocant &c.* Habes inter Grammaticos Putschii pag. 1779. Heic autem videtur in fine mutila, propter defectum Codicis inter pag. 20. & 21.; paginae enim 20., quae est semirecisa, ultima verba sunt: *si enim nomen fuerit, comparationem recipit, ut dementior dem.....* quae verba incidunt in pag. 1800. cit. edit. lin. 3. Prima vero verba sequentis Opusculi pag. 21. sunt: *Vocales sunt quinque A, E, I, O, V. Ex his duae E, & O aliter sonant productae, aliter correptae; nam O, productum; quando est, ore sublato, vox sonat, ut Romam, quando correptum, de labiis vox exprimitur, ut rosa &c.* & videntur forsitan pertinere ad alium Servii Libellum *de ratione ultimarum syllabarum ad Aquilinum*. Ibid. pag. 1799. Vltima autem verba sunt: *ut oh mihi praeteritos referat si Iuppiter annos! ut irascentis, & oh callidos homines! & similia*. Tum sequuntur anonymi versiculi XXXV. qui inc. Cod. LXXXI.

Vincere me nulli possunt, sed perdere multi;
Est tamen mirum, quod Christi sedibus adsto,
Regnans, & gaudens superis cum civibus una &c.

Des.

Non est in terris meres (sic) *nigrior ulla.*

II. pag. 48. b. Opus inscriptum: *Euticii de Verbo*, seu potius Eutychis (1) Grammatici, discipuli Prisciani, de discernendis coniugationibus Libri II. cum brevi Prologo, qui inc. *Quum semper novas quaestiones doctoribus auditorum acutiora commovere solent ingenia &c.* Des. *quorum prior observationibus instruit generalibus, alter indicio finalitatis speciales exsequitur regulas.* Liber I. inc. *Tres quidem sunt apud graecos coniugationum species, una, quae carens tenore in fine, bargitonos ab eis appellatur &c.* Secundus des. *in supradictis abunde reor esse monstratum fideliter.* In cit. Grammaticorum collectione Putschii a pag. 2143. ad pag. 2190. In Codice tamen subsequitur Caput anepigraphum, cuius initium est: *Omnia communia, vel deponentia, consonante antecedente or, primae sunt coniugationis, miror, adversor, morior, vagor, exceptis* VIIII. *tertiae coniugationis, loquor, liquor, sequor, queror, nitor, utor, evertor, labor, fungor, & illis exceptis, quae ante cor as, vel es, vel is habent, ut irascor, vescor, paciscor, nanciscor, & quidquid simile inveniatur, qui iure tertiae sunt coniugationis, quae haec forma, idest in sco desinens, tertiae coniugationis vindicat. Amen.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec.

(1) Ita indicatur a Fabricio Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 469. §. XV.

Digitized by Google

Saec. X. cum titulis Librorum charactere quadrato exaratis, & cum numero quaternionum in medio infimae paginae praenotato, quantivis pretii. Constat foliis scriptis 87.

IOANNES TORTELLIVS DE ORTHOGRAPHIA.

Cod. LXXXII. IOannis Arretini Tortellii Commentarii Grammatici de Orthographia dictionum e graecis tractarum, cum Prooemio ad SS. Patrem Nicolaum V. Pont. Max. ut in Codice CXC. Biblioth. Aedilium Maioris Ecclesiae Florentinae, Tomo superiore p. 498.

Codex chartaceus MS. Latinus in fol. max. Saec. XV. cum initiali littera aurata, & colorata, diligentissime exaratus, optimeque servatus, cum summariis in margine, & titulis rubricatis. Constat foliis scriptis 311.

PAVLLI DIACONI HISTORIA LONGOBARDORVM, ET SENECAE DECLAMATIONES.

Cod. LXXXIII. I. pag. 1. PRimum Opus, in Codice tamen anepigraphum, est Historia Winilorum, seu Vinnulorum, qui postea dicti sunt Longobardi, usque ad excidium illius Regni an. DCCLXXIII. a Paullo Diacono conscripta, & in sex Libros distributa. Praemittuntur autem in nostro Codice singulis Libris tituli Capitum, quibus constant. Liber I. inc. *Septentrionalis plaga, quanto magis ab aestu solis remota est, & nivali frigore gelida, tanto salubrior corporibus hominum, & propagandis est gentibus coaptata.* Liber VI. cuius fragmentum tantummodo superest, ob magnum defectum inter pag. 24. & 25. desinit in verbis: *hac tempestate noctu stella iuxta Virgilias in caelo sereno inter Domini Natalem, & Theuphaniam. ....* quae verba incidunt in edit. Murator. Rer. Italic. Scriptor. Tom. I. Libri V. Cap. IX. sub initium. Multiplices huius Operis eximii editiones recenset Fabricius Biblioth. Latin. mediae & infimae aetat. Tom. V. pag. 212.

II. pag. 25. M. Annaei Senecae Declamationum Libri X. Liber primus ob praedictum defectum caret initio, & incipit a verbis..... *propria ibi. dicat pudicitiam contra primum d. f. primo enim arguit intentum, secundo antipophoram solvit &c.* quae pertinent ad Declamationem secundam. Liber X. des. *& ideo iste modus inveniendi proditorem, non est approbandus, nec in consequentiam trahendus. Et sic terminatur Liber X. Declamationum Senecae ad honorem Domini nostri Iesu Christi. Amen.* Exstant inter Opera M. Annaei Senecae edita Genevae ann. MDCXXVIII. fol. a pag. 70. ad pag. 395.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum titulis Librorum & Capitum rubricatis, in cuius initio legitur: *Del Sig. Carlo di Tommaso Strozzi 1670. num. 360.* Constat foliis scriptis 112.

FRECVLFI CHRONICON LIBRIS XII. ET BENVENVTI DE RAMBALDIS LIBER AVGVSTALIS.

Cod. LXXXIX. I. pag. 1. DIvisum est Opus in duas Partes, quarum prima Libris constans VII. ab initio mundi usque ad Christi Domini Nativitatem perducitur, altera vero Libros V. complectens, a Christi Nativitate usque ad Bonifacium Papam III. progreditur. Auctor est Freculfus, ex Monacho Ordinis Benedictini, & Abbate Fuldensi Episcopus ab anno DCCCXXIII. ad DCCCLI. in Gallia Lexoviensis. Primae Parti inscriptae titulo *Historiarum omnium a principio mundi a Freculfo venerabili Episcopo defloratarum*, praemittitur Prologus, qui ita inscribitur & incipit: *Domino Praeceptori desiderantissimo Elisacharo Freculfus Episcoporum minimus in Christo Dei Filio. Quum torpentia quorumdam ingenia, curiositas prudentium excitare soleat &c.* Des. *antequam curiosius eos legat auctores, ex quibus haec decerpsimus.* Tum subditur Carmen hexametrum, versibus constans XX. quorum primus est:

Te duce, Christe, vias facilis est ire per omnes &c.

Vltimus:

Non ignota canens, veterum sed dicta priorum.

Sequuntur deinde Summaria Capitum Libri primi, quae sunt LIV. adscripto singulis in margine ab recentiori manu numero paginarum, in quibus incidunt; quod etiam de sequentibus Libris est intelligendum. Liber primus inc. *Dum aliquam temporum seriem commatico sermone ex nobilium studiis, tam divinarum Scriptorum historiarum &c.* Liber VII. desinit imperfecte in verbis: *omnes pueros ab unius noctis aetate usque ad spatium duorum videlicet annorum allidere iussit* (scilicet *Herodes*), *ex quibus fuisse CLXIIII. milia, divinum pandit oraculum. Quam necem Dominus inno.....* quae pertinent ad Caput XVIII. In spatio autem vacuo, quod superfuit, unius circiter columnae, recentior manus brevem de Herodis crudelitate, & obitu narrationem exscripsit. Secundam Chronici Partem pag. 104. b. praenotatam titulo *Secundi Operis, idest sequentium V. Librorum Historiae Ecclesiasticae venerabilis Freculfi Episcopi Luxoviensis Ecclesiae*, praecurrit Prologus ad Iudith Reginam Ludovici Pii secundam coniugem, qui inc. *Domina Augustarum felicissima Iudith. Dum in humanis quo altius accrescas non invenitur rebus &c.* Des. *quod si in iudicando consequantur laudem, vestrae reputabitur aeternaliter memoriae, quoniam sacratissimum nomen vestrum Iudith, iudi-*

cans

Digitized by Google

cans, vel laudans interpretari potest. Succedunt Prologo Summaria Capitum Libri primi, quae sunt XXIV. numero item paginarum, in quibus uniuscuiusque Capitis initium incidit, in margine apposito. Liber I. inc. *In prioribus Libris, Domino suffragante, ex multorum Opusculis hagiographorum, seu gentilium, non modico labore desudans, decerpere curavi &c.* Liber V. des. *Igitur a Nativitate Domini Iesu Christi, ob amorem Dominae Augustae Iudith, aggressus sum Opus, quod usque ad Gregorii eximii Doctoris obitum perduxi. De gestis etiam Bonefatii Papae quaedam deinceps praelibando perstrinxi, Romanorum Iudicibus, & Gothis ab Italia, & Gallis depulsis, iis Francis & Longobardis succedentibus in Regnis, hic terminum censui meorum imponere Librorum.* Tum subditur: *Expliciunt Libri ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi usque ad Regna Francorum in Galliis, & Longobardorum in Italia, a Freculfo Luxoviensis Ecclesiae Episcopo ex diversis historiographorum Libris deflorati.* Adfertur hoc Chronicon in Biblioth. Patrum Lugdunensi Tom. XIV. a pag. 1061. usque ad finem. De Freculfo autem, variisque eius Operis editionibus consulendus Fabricius Biblioth. Latin. med. & inf. aetat. Tom. II. pag. 201. Interim notandum, circa finem quinti Libri inter pag. 171. & 172. recisum fuisse folium unum, cum quo perierunt pars Capitis XXII. integra Capita XXIII. XXIV. XXV. XXVI. & pars Capitis XXVII. Post vero relatam Operis subscriptionem, subsequitur notitia possessoris in hunc modum: *Andreae Iusti de Vulterris, quem emi ab heredibus quondam Simonis Boccelle de Luca, florenis auri* VIII. *anno Nativitatis Domini* MCCCLXXXIIII. VII. *indict. de mense Augusti.*

II. pag. 172. In nonnullis membranis vacuis, quae supererant, eadem illa manus, quae supra indicatam de Herode narrationem, aliasque identidem in margine eruditas adnotationes conscripsit, seriem Imperatorum a Iulio Caesare usque ad Phocam subiecit, hoc praemisso monito: *Secundum ordinem huius Libri hic describentur omnes Imperatores Romani, qui sibi in ordine successerunt a Caesare usque ad Focam, illis omissis, qui Imperium invaserunt;* itemque Libellum Benvenuti de Rambaldis, qui dicitur *Augustalis*, hoc pariter monito praemisso: *Benvenutus autem de Imola, provinciae Romandiolae, vir utique in scientia praeclarus in diebus suis, volens scribere & notare a primo Caesare omnes Romanorum Imperatores, usque ad tempora sua, qui circiter annum Dominicae Incarnationis* MCCCLXXXX. *obiit, ad illustrem Marchionem Estensem scribens, inquit in hunc modum, videlicet.* Praefatio ad dictum Marchionem inc. *Optas, charissime Marchio, heroicarum cultor virtutum &c.* Des. *quia non aliud, quam veritatem tradere posteris curaverunt.* Libellus incipit a Iulio Caesare, & quidem ita: *Primus igitur, qui Romanum arripuit Imperium, fuit Iulius Caesar, Lucii filius, valentissimus omnium Principum &c.* Desinit in Wenceslao Caroli filio, & in verbis: *cui nihil olim defuit, nisi modicum Orientis, nunc proh dolor! nihil possidet, nisi modicum Occidentis.* Tum subiicitur: *Explicit Libellus Augustalis Magistri Benvenuti.* Occurrit etiam in Codice XXIII. Plutei XXI. Biblioth. Laurent. Catalogi Latin. Codd. Tom. I. pag. 699. §. IV.

Codex membran. MS. Latinus in fol. max. Saec. XIII. binis columnis, grandiori charactere exaratus, cum titulis Librorum rubrica conscriptis, uberrimis Summariis in margine, ab eadem scriptoris manu appositis, & initiali primi Operis littera aurata, variisque coloribus decorata, in qua Auctoris etiam effigiem videre est affabre depictam; Codex vere insignis, optimeque servatus. Constat foliis scriptis 177.

ANONYMI HISTORIAE TROIANAE, ET ROMANAE.

Cod. LXXXV.

POst titulum rubrica ita exaratum: *Incipiunt multae Historiae & Troianae, & Romanae*, occurrit brevis Prologus, qui inc. *Vt prosit legentibus ad usum & commoditatem legendorum auctorum, a primo homine incipiens, usque ad Vrbem conditam paullatim descendendo, primo nomina Regum, deinde nomina Consulum eiusdem Vrbis, pugnas & victorias diversarum gentium habitas, & ad ultimum gesta Imperatorum, prout in diversis repperi Codicibus, breviter percurram.* Historiae initium, praemisso titulo *de prima aetate*, sequens est: *Adam genuit Seth; hic autem dictus filius Dei, unde in vita beati Nicolai, videntes autem filii Dei filias hominum, filii Seth, filias Cain. Seth genuit Enos, Enos Cainam, Caina Malaleel &c.* Finis: *Anastasius XXVI. Iustinus XXXVIIII. Ganderi Africa exstinguuntur. Istis temporibus scripsit Priscianus Grammaticus. Tunc Armeni fidem Christi susceperunt. Tiberius VII. Longobardi capiunt Italiam. Mauritius XXI. Phocas VII. Romani caeduntur a Persis. Heraclius XVII. Persae vincuntur a Romanis. Constantius mensibus VI.* Tum sequebantur alia pauca, quae fuerunt expuncta, in quorum fine subiicitur: *Explicit Liber Historiarum.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIII. cum titulis rubricatis, optime servatus. Constat foliis scriptis 87.

ANONYMI HISTORIARVM LIBER.

Cod. LXXXVI.

INcipit haec Historia a prima Mundi aetate, & progreditur usque ad annum Domini MCCXLIV. Initium est: *Deus ante omnem diem duo creavit, scilicet naturam Angelicam, & informem Mundi materiam. Mundum istum visibilem fecit Deus de informi materia per*

Digitized by Google

VI. *dierum distinctionem &c.* Finis: *Federico itaque condemnato anno Domini* MCCXLIV. *& exhinc vacante Imperio, ab ipso anno usque ad annum Domini* MCCLXX. *tempore vacationis Imperii, duximus prosequendas historias. Prius tamen omnium Imperatorum Romanorum, ac Imperii invasorum annos, & nomina, a primo, scilicet Iulio, usque ad ultimum, scilicet Federicum secundum, seriatim duximus hic ponendum.* Videtur imperfecta.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XIV. in prima pagina aliquantum evanidus, & a tineis conrosus, cum nonnullis marginalibus notulis recentioris manus. Constat fol. scriptis 73.

PHILOSOPHIA M. WILHELMI DE CONCHIS.

Cod. *LXXXVII.* POst adlatum Titulum in summo margine, a recentiore manu adscriptum, inc. *Quaeri, venerande Dux Normannorum, & Comes Andegavensium, cur magistris nostri temporis minus credatur, quam antiquis crederetur &c.* Des. *potestatem, & vim intelligendi, & discernendi retinens, nec discernit, nec intelligit.* Tum sequitur hoc Distichon ab antiqua item manu, sed diversa exaratum:

Mens mala. mors intus. malus actus. mors foris. usus.

Tumba. puella. puer. lăbarus. ista notant.

Hoc autem Opus ab auctore conscriptum est in forma Dialogi cum Henrico II. Normanniae Duce, & Comite Andegavensium, prodiitque in lucem Argentorati ann. MDLXVI. in 8. Aliud Exemplar occurrit in Codice XLVII. Plut. XXIX. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. II. pag. 63. ubi plura, tum de auctore, tum de Opere adnotavimus. Interim notandum, Codicem hunc rerum summariis ab eadem antiqua manu fuisse instructum in margine, & schematibus ad rerum, quibus de agitur explanationem necessariis in contextu. Praeterea in primo folio depicta est figura quaedam humana valde curiosa, exhibens varias substantiae divisiones, ac subdivisiones.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIII. cum initiali Operis littera aurata, ac vetusto more depicta. Constat foliis scriptis 67.

PLATEARII, ET ALIORVM OPERA MEDICA.

Cod. *LXXXVIII.* I. pag. 1. SVmma Antidotarii secundum Platearium. Praecedit brevis Prologus, qui inc. *Liber iste, qui nobis in praesentiarum legendus occurrit, ex multorum antidotis est compilatus, quod patet ex ipsis medicinarum intitulationibus.* Des. *& de electione etiam specierum ibidem est agendum.* Caput primum *de Medicinis* inc. *Medicinarum igitur alia est simplex, alia est composita. Simplex est, quae talis est, qualem natura produxit.* Vltimum *de iera Ruphini* des. *nec in valde frigido, nec sicco, & intestinis cohetis aliquod pravum symptoma generet, per* II. *annos servatur.* Tum subditur: *Finiuntur glosulae in Antidotarium, secundum Platearium.* Deinde ab alia manu, item antiqua, descriptum est quoddam medicamentum ad oculorum lippitudinem. Huius Auctoris Librum de Simplici Medicina, itemque Commentarios in Antidotarium Nicolai Alexandrini memorat Fabricius Biblioth. Latin. mediae & infimae aetatis Tom. V. pag. 303.

II. pag. 43. Liber, in quo est pars prima Medicinarum simplicium, & Ciborum, secundum editionem Abengue Fid. (*sic*) Inc. *Ex antiquorum Libris hunc aggregavi Librum in virtutibus Medicinarum, & Ciborum, in quo mentem meam diu fatigavi, & posui ipsam occupationem meam, fundendo preces meas in eo, quod Deo sublimi & glorioso adpropinquat.* Des. *ad mundificationem oculi a sanguine & a rheumate, accipe mel bene despumatum, & atramentum, & misce aequaliter....* Videtur aliquid deesse.

III. pag. 53. Liber Hippocratis de Regimine acutarum (*sic*). Inc. *Qui de aegrotantium accidentibus in singulis aegritudinibus tractantes potius consensisse feruntur, eos quidem in his, quae tradiderunt, invenisse quiddam non dubium est.* Des. *rursus & in his minus congruum est balneum, qui solo diaetantur potu, sed & illis aliquando conveniens est. Explicit Liber Peritonoxionnomaton Ypocratis.* Occurrit etiam in Cod. XXI. Plut. LXXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Codd. Latin. Tom. III. pag. 46. §. VIII.

IV. pag. 61. Liber Gradum (*sic*), sive de virtute herbarum in Medicina per ordinem alphabeti. Post quamdam introductionem, quae inc. *Quoniam disputationem simplicis Medicinae universaliter, prout ratio postulavit, explicavimus, restat, ut ordo sequatur de unaquaque specie singulariter; unde dicimus, quod antiqui complexionem Medicinae in quatuor partes divisere, quae vocantur Gradus &c.* incipit ab *Absynthio*, & desinit in *Zar*. In fine subiungitur: *Explicit Liber Gradum.*

V. pag. 78. Fragmentum Medicum, quod inc. *Etsi fortuna quandoque in artis novitate veteres Medici Medicinae compositioni intenderint &c.* Desinit imperfecte in verbis: *si cholera fuerit naturalis, haec signa occurrent, capitis dolor non modicus, vigiliarum.....*

VI. pag. 79. Liber de cibis & potibus praeparandis infirmis. Inc. *De cibis & potibus praeparandis infirmis, & qualiter eorum malitia reprimatur, si qua fuerit, & in quo delectetur quandoque infirmus &c.* Des. *fiant etiam coram eo iucunda, quibus delectetur, quia hoc super omnia iuvat.*

VII. pag. 84. Liber de Elementis. Inc. *In omni arte tam mathematica, quam mechanica*

Digitized by Google

nica necesse est fundamentum primo sterni, quo strato singula, tamquam parietes, fortius & fixius innituntur. Des. *propter hoc non incredibilia erunt omnia*.

VIII. pag. 85. Liber mitis (*sic*), quem edidit Guido Arretinus (1) in his, quae sunt maxime opportuna in Medicina volentibus operari, quae licet vocare Celesium (*sic*), scilicet Liber de regulis, & ordine medicandi. Praecedit Operi Praefatio, cuius initium: *Ponendum principium orationi cum laude Dei, & auxilio Creatoris, quae confundat errores plurium antiquorum Medicorum, & exstirpet multa mendacia Medicinae, non ex arte, sed per abusum latinorum introducta, qui iure quum nihil sciant, de nihilo gloriantur*. Des. *hunc vero Librum ad honorem illius, qui est trinus in Personis, & unus in Essentia, in tres distribuam Partes, in quarum prima determinabo, distinguendo per Capitula, quod intendam, certum numerum Capitulorum apponendo, ut quod quaeritur, facilius inveniatur*. Tum sequuntur argumenta Capitum, quibus constant singuli ex praedictis tribus Libris, seu Partibus. Libri I. Caput I. *de ordine medicandi*, inc. *In ordine medicandi caussas morborum prius perfecte determinantes, oportet incipere, quid prius tam circa Diaetam, quam circa Medicinam, quid posterius, & quid in medio in omni morborum genere sit fiendum &c.* Est autem Opus imperfectum; desinit enim in verbis: *Oculi ligentur, suppositis duobus pulvillis; venter levi fascia stringatur, quod fiendum est in his, qui laborant debilitate capitis & oculorum, ab ipso principio, antequam vomitus irritetur*, quae pertinent ad Caput inscriptum *de accidentibus, & symptomatibus supervenientibus utrique in operatione sua, ut syncopis, sitis, vomitus, debilitas &c.* quod iuxta praemissum elenchum est Caput VIII. Libri II.

IX. pag. 111. Opus Medicum sine nomine auctoris, sed est, ut inscribitur in Codice I. Plut. LXXIII. Biblioth. Laurent. (Catalogi Lat. Codd. Tom. III. pag. 17. §. VII.) Cleopatrae de morbis muliebribus, & eorum curationibus Liber, praevio indice Capitum XXXV. & Prologo, cuius initium: *Desideranti tibi, filia charissima, & habere volenti commentarium curationis mulierum &c.* Finis: *ante omnia de vitiis, quae mulieribus accidere solent, indicanda esse credidi*. Caput I. inscriptum: *Signa humorosae matricis, & cura*, inc. *Oculorum dolor, caput subcalidum, vertigo occulta &c.* Caput XXXV. *ad mamillarum dolorem, etiam ad partum*, des. *& olei rosei, quod sufficiat, & linteo inductum impone*.

X. pag. 114. Alius Tractatus item anepigraphus, sed est de eodem argumento, ut supra. Praemittitur index Capitum, quae tamen nullo sunt numero distincta. Primum est, *Signa motae matricis, & cura*. Vltimum, *Vt candidae fiant manus, & collum*. Indicem sequitur brevis Prologus, rubrica totus exatatus, qui ita habet: *De passionibus mulierum, & matricis, utile praevidi vobis scribere; supervenientium enim diversarum, & plurimarum passionum in matrice, aliquae periculosae & insanabiles fiunt; ob quam rem, turpitudinem proferendam censeo, quia abscondere periculosum est*. Caput primum inc. *Dolor est, symptoma fortissima &c.* Vltimum des. *rere, & cum aqua lava*.

XI. pag. 117. Tertius Tractatus de eadem materia pariter anepigraphus, cum indice Capitum, quorum primum, titulum habet: *Quae mulieres purgantur, & quae non*. Vltimum: *Ad ulcera, vel duritiam mamillarum, & vermes*. Liber inc. *Non omnes quidem, nec aequaliter purgantur, sed quaedam plurimis, quaedam paucis diebus, multae autem triduo, vel quatriduo &c.* Des. *& maxime in diuturnis malvae, melliloti, lilii foliorum siccorum, cum ..... aut ptisana, & lini*.

XII. pag. 124. Liber item anepigraphus, inscriptus tamen a recentiori manu in summo paginae margine *de simplici Medicina*, seu potius de proprietatibus, & virtutibus herbarum, & plantarum in arte Medica. Inc. *Qui vult potionem solutionis accipere, hoc modo id faciat. Vna die antequam eam accipiat, hora tertia, cibos quam solubiliores poterit, sumat, non ad satietatem tamen, atque ea die amplius non comedat; bibere autem si voluerit, non prohibemus &c.* Des. *ossa combusta, & in pulverem redacta, butyro & melle comitantibus, non abiecti vigoris xirocolorium praestant*.

XIII. pag. 138. Liber de Plantis. Inc. *Vita in animalibus, & plantis communiter inventa est, in animalibus manifeste apparens, in plantis vero occulta, non evidens; ad huius enim assertionem, multam necesse est inquisitionem praecedere &c.* Des. *& adiuvabit eum calor solus extrinsecus; vincent ergo calor, & siccitas, & erit fructus amarus*. Videtur Opus imperfectum.

XIV. pag. 147. Fragmentum Antidotarii Nicolai Medici Salernitani, cuius Praefatio inc. *Ego Nicolaus rogatus a quibusdam in practica studere volentibus Medicinae, ut eos recto ordine modum dispensandi, conficiendique docerem &c.* Des. *per enim facilis, & certa erit emptionis notitia, leve pretium, moderata dispensatio*. Liber inc. *Aurea Alexandrina ab Alexandro peritissimo philosopho inventa, proprie valet ad omne vitium capitis ex frigiditate &c.* Desinit in verbis: *incipiente quidem inspissari, adde unc. 1. tamarindorum, & cassiae fill. .....* quae pertinent ad Caput *de Diapruno*. Integrum Opus exhibet Codex XXXII. Plutei LXXIII. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. III. pag. 58. §. I. quem vide.

(1) De eo nil habet Fabricius in Biblioth. Latin. med. & inf. aetatis.

Digitized by Google

XV. pag. 251. Synonyma herbarum ad Medicinae usum spectantium, in Codice tamen sola voce *Synonyma* indicata, ordine litterarum. Incipiunt ab *Artemisia*, & quidem sic: *Artemisia agrestis, idest mater herbarum, vel matricalis, vel menstrualis &c.* Desinunt in herba *Zaccaron*, & in verbis: *incensum dicitur, quod feculentum, & terreum, vel lignosum, & habet fere odorem sulphuris.* Loc. cit. pag. 59. §. II. sed aliquantum diversa.

XVI. pag. 157. In summo huius paginae margine exscriptum est sequens Distichon de prognosticis Lunae:

Luna rubens ventum, radians nigra denotat imbrem,
At si quarta nitet, ventus & imber habet.

Tum sequuntur *Versus symptomatum cuiuslibet humoris* bene multi. Inc.

Flegma supergrediens proprias in corpore leges,
Artus suspendit laterum, stomachique lacunam
Distendit &c.

Des.

Hinc pars maioris, vel hinc mortificatio partis.

XVII. pag. ead. b. Alii versus quamplurimi *de perfidia mulieris*. Inc.

Foemina nutibus, artibus, actibus ipsa suadet.

Des.

Sacramenta numquam curat, talis fides parum durat;

quatuor enim postremi versus non sunt hexametri, sed rhythmicae compositionis sonum praeseferunt.

XVIII. pag. ead. Alii versus rhythmici cum hoc titulo: *Opus Hugonis Aurelianensis Primatis de expulsione propria*. Inc.

Dives eram, & dilectus,
Inter pares praeelectus,
Modo gravat me senectus,
Et aetate sum confectus,
Vnde vilis, & neglectus,
A deiectis sum deiectus,
Quibus rauce sonat pectus,
Mensa tristis, olens lectus,
Quis nunc amor, nunc affectus, (1)
Sed horrendus est adspectus.

Des.

Accusatus, saltum dedi,
Post hoc intus & resedi,
Neque bibi, nec comedi,
Capellani lusu foedi,
Qui quod sacrae datur aedi,
Aut impartit palato edi,
Aut largitur ganimedi,
Aut si parvo datur credi,
Aut asportant citharoedi.

XIX. pag. 158. b. Versiculi quidam continentes primarios Articulos Christianae Fidei, septem Ecclesiae Sacramenta &c. parvi quidem momenti; & a pag. 159. usque ad finem variorum medicamentorum confectiones, & excerpta quaedam ad rem pharmaceuticam pertinentia, variis manibus exarata.

Codex membran. MS. Latinus in 4. partim Saec. XIII. & partim Saec. XIV. cum scholiis aliquot marginalibus, varia manu exaratus, in cuius pag. 162. b. legitur *Est mei Ioannis Medici de Prato*. Constat foliis scriptis 164.

ROBERTI IERVSALEM, ET SICILIAE REGIS SERMONES &c.

I. pag. 1. ROberti Regis Sermonibus praemittitur hoc breve elogium: *Admirabiles Sermones Serenissimi Domini, Domini Roberti Ierusalem, & Siciliae Regis illustris, qui iuxta verbum hominum non postulans Dei munus, suscepit ab ipso Domino munerum, prae aliis Regibus, cor sapientiae plenioris, quo divinum populum sibi traditum iudicando vivificat, & excellens subditos in magnitudine bonitatis, differens totaliter a tyranno, principatur eis verus Rex, Pastor, & Pater*. Sermo primus in verba Evangelii: *Simile est regnum caelorum decem Virginibus &c.* inc. *In his verbis ad commendationem beatae Agnetis virginis notatur, primo typus virginalis Collegii: simile est regnum caelorum, idest Ecclesia &c.* Des. *ad hunc Agnum sponsum, & Agnetem sponsam, nos perducat idem Agnus benedictus in saecula saeculorum. Amen.* Cod. LXXXIX.

II. pag. 4. Sermo secundus in verba: *Lucas est solus mecum, & Timotheus &c.* inc. *Haec verba esse possunt nostri Regis, vel huius Civitatis, seu Conventus praesentis &c.* Des. *ad hoc duplex praemium nos perducat, qui est lux vera, benedictus in saecula saeculorum. Amen.*

III. pag. 7. Sermo tertius in verba Evangelii: *Adsumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem &c.* inc. *Hoc Evangelium totum est sacramentis plenum, & mysteriis copiosum; idcirco quaedam possumus circa Transfigurationis mysterium declarare generaliter &c.* Des. *ad hanc felicitatem nos perducat, qui sine fine vivit & regnat. Amen.*

IV. pag. 10. Sermo quartus in verba: *Adferte mihi gladium. III. Reg. Cap. III.* inc. *Haec verba possunt esse praedicantis hodie. Nam, ut Paullus ait, vivus est enim sermo Domini, & efficax &c.* Des. *sic igitur possimus huius multiplicis gladii usum legitime exercere, quod possimus ad Paradisi gaudium pervenire, illo praestante &c.*

V. pag. 12. Sermo quintus, ab alia recentiore manu exaratus, & inscriptus: *Sermo Regis Siciliae & Ierusalem in promulgatione pacis inter ipsum & intrinsecos ex parte una, & extrinsecos Ianuae ex parte altera.* Post Evangelii verba: *Gloria in altissimis Deo &c.* inc. *Non ignoratis, charissimi, hoc esse*

(1) Ita est in Codice, sed forte legendum. *Quis nec amor, nec affectus.*

Digitized by Google

esse canticum Angelicum, per quod ab Angelis glorificatur Deus &c. Desinit in verbis Zachariae Cap. VIII. *Loquimini unusquisque cum proximo suo veritatem, & iudicium pacis, & iterum* (eod. Cap.) *veritatem tantum, & pacem diligite*. Forte est imperfectus, abscissa sunt enim hoc loco ex Codice folia plura.

VI. pag. 13. Angeli Lapi Faventini Carmen de pace Italiae in commendationem illustrissimae civitatis Florentiae, praevia Epistola nuncupatoria versibus elegis conscripta ad magnificum Cosmum Medicem, quae inc.

Cosme, vir Etruscos inter clarissime, & ingens
Florentinae urbis gloria, spesque, salus.

Des.

Quippe tuas illi poterunt intexere laudes
Versibus, & nomen tollere ad astra tuum. (1)

Carmen inc.

Nunc mihi, Musa refer Clio, quae pace sequuta
Italiae, fuerint populorum gaudia, quove
Florentina Deos omnes urbs inclyta cultu,
Praesertim venerata suum sit rite Ioannem &c.

Des.

Praesidis at vero monitu Florentia divi,
Et virtute viri, meritisque ingentibus acta,
Astore cum claro foedus percussit, eumque
Adiunxit bene grata sibi, curasque recidens,
Tranquillam admisit iucundo pectore pacem.

Adsunt in margine Summaria quaedam brevia rerum, de quibus agitur, rubro charactere conscripta.

VII. pag. 21. Leonis de Prato Civis Florentini, Legum Doctoris, ad Magistrum Sinibaldum, Ordinis Praedicatorum, de Mysterio sanctissimae Trinitatis Libellus. Inc. *Nonnumquam recogitanti mihi id ipsum primum, & perfectissimum nostrae fidei fundamentum, quo quidem nobis verae fidei cultoribus praecipitur, ut unitatem divinitatis in personarum trinitate, & trinitatem ipsam in unitate veneremur, stupores vehementes multiplicati sunt &c.* Des. *ut quum introductiones ipsae ad me pervenerint, ingenium meum amplius non laboret incassum, sed mens ipsa opere tui in ipsius veri cognitione tranquilla quiescat. Vale in Iesu Christo. Dat. Florentiae die* XXII. *Augusti* MCCCCXXVIII. Tum subscribitur: *Leo de Prato Civis Florentinus, Legum Doctor, ad Magistrum Sinibaldum, Ordinis Praedicatorum.*

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. partim XIV. & partim XV. a pluribus manibus exaratus, seu potius plurium Codicum fragmenta in unum volumen compacta. Constat fol. scriptis 25.

FRANCISCVS PETRARCHA DE REMED. VTRIVSQ. FORT.

Cod. XC. DOmini Francisci Petrarchae de remediis utriusque fortunae Libri duo per modum Dialogi, cum Prologo ad singulos, & elencho Capitum utriusque Libri, Operi praemisso. Libri primi Capita numerantur CXXII. secundi vero CXXXI. Prologus Libri I. inc. *Quum res, fortunasque hominum cogito*. Des. *nihil est enim sine mensura, ac partium proportione formosum*. Caput I. *de florida aetate, & spe vitae longioris* inscriptum, inc. *Aetas florida est, multum superest vitae &c.* Libri II. Caput ultimum *de moriente, qui metuit insepultus abiici*, des. *age res tuas, curam hanc linque viventibus. Laus Deo, pax vivis, & requies defunctis*. Concordant, quoad initium & finem, cum alio Exemplari, quod habetur in Codice IV. Plut. LXXVIII. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. III. pag. 157.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis eleganter, nitideque exaratus, cum titulis Capitum rubricatis, & prima pagina utriusque Libri perpulcro ornatu marginali distincta, ubi videre est etiam in littera Operis initiali effigiem auctoris vivis coloribus expressam, & nomen possessoris, ut alibi, *del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi 1670. num.* 225. Constat fol. scriptis 164.

FRANCISCI PETRARCHAE OPERA VARIA.

I. pag. 1. FRancisci Petrarchae insignis de secreto conflictu curarum suarum Libri tres in forma Dialogi. Liber primus inc. *Attonito mihi quidem, & saepissime cogitanti &c.* Liber tertius des. *mundus & fortuna non obstrepat*. Habes etiam in Cod. II. Plut. LXXVIII. Catal. Tom. III. pag. 155. §. IX. *Cod. XCI.*

II. pag. 38. Epistola quaedam ita inscripta: *Haec est prima Epistola, quam scribere inchoavi, quae dirigitur Lombardo.* Inc. *Quid de hac vita, quam degimus videatur, interrogas, neque immerito.* Des. *quod ad bonam, & aeternam vitam, nisi dexter trames deseritur, via est. Vale. Inter colles Euganeos* III. *Kal. Decembr.* Tum subiungitur: *Lomardo* (sic) *missa amico suo charissimo*. Inter Familiares Libr. VIII. est Ep. VIII. ubi inscribitur *Lombardo de Sirico*.

III. pag. 39. Francisci Petrarchae laureati poëtae Itinerarium breve de Ianua in Ierusalem, praevia Epistola, quae inc. *Raro admodum spei nostrae exitus respondet*. Des. *iamiam reducem exspectamus*. Itinerarium inc. *Poscis ergo, vir optime, quoniam me non potes, comites has habere litterulas*. Des. *his spectaculis, & hoc duce, doctior nobis, ac sanctior remeabis*. Concordat cum dicto Codice loc. cit. pag. 154. §. VII.

IV. pag. 48. b. Carmen versibus constans hexametris XXXIV. Inc.

Hic postquam medio iuvenis stetit aequore
Poenus.

Des.

Fra-

(1) Haec Elegia occurrit etiam inter Barptolemaei Scalae Collectiones Cosmianas in Codice X. Plut. LIV. Biblioth. Laurent. Catalog. Latinor. Codd. Tomo II. pag. 640. §. LXIV.

Digitized by Google

Fraternosque suosque simul, patriaeque dolores Sunt postremi versus Libri VI. Africae eiusdem Francisci Petrarchae.

V. pag. 49. b. Rerum memorandarum laureati Francisci Petrarchae de Florentia Libri quatuor. Primus inc. *Sed mihi cuncta versanti, quum id mihi solum temporis vixisse videor, quod otiosus, & solus vixi &c.* Liber quartus des. *utinam iam tandem & cladibus finem statuat, labores nostros miseratus ipse, qui potest.* Tum in rubrica subiungitur: *De Chaldaeis Mathematicis & Magis sequebatur titulus, sed ultra nihil plus; nam istud incompletum dimisit Dominus Franciscus Petrarcha.* Exstat hoc Opus loc. cit. §. VI.

VI. pag. 142. Eiusdem Epistola contra Gallum ad Huguitionem de Thiennis, Decretorum Doctorem, Apostolicae Sedis Nuntium. Inc. *Nuper aliud agenti mihi.* Des. *illinc strepitum Galli fer. Patavii* III. *Kal. Martii.* Ibid. pag. 157. §. II. sub titulo *Invectivae contra Gallum vituperatorem rerum Italicarum.*

VII. pag. 163. Opusculum anepigraphum, praevia Epistola, quae inc. *Librum tuum, quem nostro materno eloquio, ut opinor, olim iuvenis edidisti &c.* Des. *fides penes auctorem, meum scilicet Ioannem, sit. Hoc praefatus incipio.* Opusculum inc. *Est ad Italiae latus occiduum Vesulus, unus ex Apennini iugis mons altissimus &c.* Des. *quisquis is fuerit, qui pro Deo suo sine murmure patiatur, quod pro suo mortali coniuge rusticana haec muliercula passa est.* Exstat inter Opera Francisci Petrarchae editionis Basileensis per Seb. Henricpetrum fol. T. I. a p. 540. ad 547. ubi inscribitur: *De obedientia ac fide uxoria Mythologia*, praevia Epistola eiusdem Petrarchae Ioanni Boccaccio.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XIV. exeuntis, cum titulis Librorum, & Capitum rubricatis, optime servatus. Constat fol. scriptis 169.

FRANCISCI PETRARCHAE, ET ALIORVM EPISTOLAE.

Cod. XCII.

I. pag. 1. EPistolae primae titulus est prorsus evanidus, sed videtur esse inscripta ad Imperatorem. Inc. *Praecipitium horret epistola, Serenissime Caesar, auctoris sibi conscia.* Des. *sed infracto animo & excelso pristinae non numerem maiestatis.* In Libris XXIV. Rerum Familiarium nondum editis est prima Libri X. cum hoc titulo: *Ad Carolum IV. Romanorum Regem exhortatio ad transitum in Italiam.* Haec autem in editione Genevensi non est edita; prodierat tamen in altera, quae Venetiis an. MDI. fol. facta iam erat.

II. pag. 2. Imperatoris ad Petrarcham. Inc. *Quidquam ne mortalium ex actibus tanto consilio provisum est, ut non obtrectatorum morsibus pateat?* Des. *nil amplius dicam, nec necesse est rudis fabella, sed efficax.* Nondum edita videtur.

III. pag. ead. b. Petrarchae Epistola Marchioni Ferrariae de morte Marchionis Hugonis. Inc. *Heu mihi duro nimium &c.* Des. *Christus omnipotens vos soletur, & conservet in gratia sua. Arquadae quinto Augusti mane anno* MCCCLXX. Tum subscribitur: *Devotus vester Franciscus Petrarcha recommendationem.* Exstat Senilium Libro XIII. Ep. I. cit. edit. Operum pag. 915. ubi inscribitur: *Nicolao Marchioni Estensi Ferrariae Domino Consolatoria super fratris morte.*

IV. pag. 3. b. Epistola anepigrapha, seu cuius titulus omnino evanuit. Inc. *Iam tandem, vir clarissime, perfidiam fides, avaritiam largitas &c.* Des. *velocior ad sedes aethereas pervolabit. Vale patriae decus ac nostrum.* Est Lib. I. Ep. I. Codicis Epistolar. Petrarchae Biblioth. Laurent. Plut. LIII. Cod. IV. (Vide Catal. Codd. Latin. Tom. II. pag. 579.) & inscribitur *Nicolao Azzarolo Magno Regni Siciliae Senescallo.* In editione autem Basileensi est Variarum XXIX. perperam inscripta *Nicolao Florensio &c.*

V. pag. 7. Petrarcha ad Magistrum Benvenutum de Imola, utrum Poësis sit una artium liberalium. Inc. *Honorabilis amice. Ad responsionem litteris vestris debitam, nec valetudo corporis, nec temporis spatium suppetit; quae multorum ergo verborum erant, si potero, paucis expediam, quae si satisfecerint, gaudebo &c.* Des. *non in vestram modo, sed cuiuscumque docti viri sententiam libens ibo. Vale. Patavii Febr.* Inedita videtur.

VI. pag. ead. b. Francisci Petrarchae Epist. Domino Ioanni Barili, qualiter fuerit coronatus. Inc. *Solitis, & inextricabilibus curarum mihi laqueis circumsepto &c.* Des. *valere feliciter vos opto mei memores. Recommendo vobis Barbatum meum. Vltimo Ianuarii.* Non occurrit inter editas. Tum sequitur Carmen heroicum versibus centum, quod inc.

Quid mea fata mihi toto speciosius aevo &c.

Des.

Haec calamo properante, brevi quae scripsimus hora.

Operum cit. edit. Basil. Tom. III. pag. 88.

VII. pag. 9. Clementi (VI.) P. M. infirmo Francisci Petrarchae Epistola. Inc. *Febris tuae nuncius, Beatissime Pater, tremorem membris meis, & horrorem attulit.* Des. *si te, si nos omnes, si tecum aegrotantem Ecclesiam salvam cupis.* Praemittitur Libris Petrarchae Invectivarum contra Medicum, Operum Tom. II. cit. edit. pag. 1086.

VIII. pag. 10. Ad Dominum Ioannem Barilem, militem Neapolitanum, ad studium pacis exhortatoria. Inc. *Mirum dictu, ut nil maius, ita &c.* Des. *quae, ut dixi, humanarum passionum nebulas supergressa est. Vt valeas opto. Ad Fontem Sorgiae* IX. *Kal. Iunii.* In cit. Cod. Laurent. Lib. I. Ep. XIII. finis diversus.

IX.

Digitized by Google

IX. pag. ead. b. Ad Nicolaum Acciaiolum, magnum Siniscalcum, per Petrarcham poëtam. Inc. *Dilatae responsionis excusatio tua tam suaviter sensibus meis obrepsit &c.* Des. *tu felix, & semper tui similis. Vale.* IX. *Kal. Iunii ad Fontem Sorgiae.* Lib. II. Ep. IX.

X. pag. 11. Ad Dominum Ioannem Barilem, & D. Nicolaum exhortatoria ad pacem & primum amorem. Inc. *Iungam vos, magnanimi viri, Florentinum, ac Parthenopaeum decus.* Des. *ne praeclarissima nomina sileantur, Nicolaus, & Io. Bariles.* IX. *Kal. Iunii ad Fontem Sorgiae.* Ibid. Lib. II. Ep. X.

XI. pag. 13. b. Domino Pandulpho de Malatestis, consilium de uxore ducenda per Petrarcham laureatum poëtam. Inc. *An magis expediat uxorem ducere, an vitam caelibem agere, consulis.* Des. *tu quidquid elegeris, secundet omnipotens. Vale feliciter mei memor.* Tum subiicitur: *Expliciunt Epistolae Petrarchae.* Ibid. Lib. XI. Ep. I.

XII. pag. 14. b. Incipiunt Epistolae quorumdam valentium virorum. Prima anepigrapha inc. *Vir egregie, amice charissime. Iandiu tuum Pastorale Carmen, sub cuius cortice latet sensus, quem diu frustra reperire conatus sum.* Des. *venit nuper istuc uxoris meae germanus, nomine Bartholomaeus, de cuius manu recipies hanc litteram; ipsum tuae amicitiae recommendo. Florentiae* XV. *Kal. Octubr.*

XIII. pag. 15. Copia cuiusdam Litterae missae circum per Commune Florentiae pro quadam liga facta. Inc. *Videte nobiscum una, videt & tota, sicut certi sumus, Italia, quales mores hominum, qui se armorum exercitio tradiderunt.* Des. *nobis ad agendorum cautionem per vestras litteras scribere non sit grave. Die* XXVIIII. *Septembris* MCCCLXXXV. VIIII. *indiction.*

XIV. pag. ead. b. Copia Litterae diffidatoriae Domino Paduano per Comitem Virtutum. Inc. *Fallimini, Magnifice Vir, si quod in depressionem & excidium Status nostri, non Italia solum, sed Germania, & Galliis, pluribus iam mensibus, non uno quidem, sed pluribus diversis callidis & exquisitis modis accuratissime procurastis &c.* Des. *& clamantium ad caelum oppressorum subditorum vestrorum, quibus minime compati certe non possumus, voces exaudiat.*

XV. pag. 16. Consolatio ad patrem de morte filii per Ser Coluccium. Inc. *Honorabili viro &c. cum votiva consolatione salutem. Advertens, quae sit pectoris vestri constantia, sive virtus, & in quotidianis tam casibus, quam actibus sapientia &c.* Des. *ut dies trahere nobiscum in maerore non queant, sed in gaudio divinitus superfuso.*

XVI. pag. ead. b. Responsio ad suprascriptam Epistolam. Inc. *Dilectori praecipuo &c. meritis gratias & effectum. Gratiosus & sincerus paginae vestrae tenor &c.* Des. *quam olim praestito mihi ad tempus auxilio, vobiscum in Domino conlaetabor.*

XVII. pag. ead. Ad laureatum Petrarcham poëtam. Inc. *Reverendo vati, & patri suo Domino F. Pe. laureato dignissimo. Hominem elegantem diu tibi debeo, venerande pater. Legendus error ultra non est.* Des. *exposco tui oris commendatione Domino meo Carrariensi proponi, fatentem illi debitum hominis utriusque. Vale, decus nostrum, & spes ampla tuorum.*

XVIII. pag. 17. Copia diffidationis ad Florentinos per Comitem Virtutum. Inc. *Pacem Italicam omni studio hactenus indefessa intentione quaesivimus, nec laboribus peperceramus, nec impensae. Optabamus enim, quod lassata longaeve guerris Italia, semel nostris temporibus requiesceret.* Des. *a die praesentationis nostrae diffidentiae inantea necessario provocamur. Dat. Papiae* XVIIII. *Aprilis* MCCCXC. *ind.* XIII. Tum subscribitur: *a tergo. Magnificae Communitati Civitatis Florentiae.* In edit. Flor. Epistolarum Coluccii typis Io. Bapt. Bruscagli MDCCXLI. 8. Tom. I. pag. 17. sub num. VIII. ubi tamen data legitur: *Papiae* XVIII. *Aprilis* MCCCLXXX.

XIX. pag. ead. b. Responsiva Florentinorum per Coluccium. Inc. *Hac die recepimus hostiles litteras de manu cuius* (1) *sub nomine Ioannis Galeazi Vicecomitis, qui se dicit Virtutum Comitem Mediolani.* Des. *disponentes potius eligere mori, quam in suae tyrannidis subditos numerari. Dat. Florentiae die* II. *Maii* MCCCXC. *ind.* XIII. Tum subditur: *Priores Artium, & Vexillifer Iustitiae Populi & Communis Florent.*

XX. pag. 18. b. Copia diffidationis ad Bononienses per Comitem Virtutum. Inc. *Dolemus, & compatimur, Cives egregii, quod alienis demeritis contra Civitatem nostram* (2) *&c.* Des. *a die praesentationis harum nostrarum litterarum, inantea coacti plus quam voluntarii, diffidamus. Dat. Papiae* XXII. *Aprilis, ind.* XIII.

XXI. pag. 19. Responsiva Bononiensium per Peregrinum de Zambecariis ad Comitem Virtutum. Inc. *Bellicam indicationem vestram laeti suscepimus.* Des. *nostrum fecistis territorium incusari. Data Bononiae* XIII. *Maii* MCCCXC.

XXII. pag. ead. Coluccii Exhortatoria ad Bononienses per Commune Florentiae, hortans ut non curent de minis Comitis Virtutum. Inc. *Fratres charissimi. Vidimus litteras, immo litterarum copiam, quas nobis,* (3) *non communis tantum, sed totius libertatis Italiae publicus hostis, in forma superbissima destinavit.* Des. *ne, sicut veros fratres decet, vos non contingat agnoscere quemcumque cum*

(1) Ita in Codice, sed forte legendum *cuiusdam*.
(2) Sic est in Codice, sed forte legendum *vestram*.
(3) Ita in Codice, sed fortasse legendum *vobis*.

Digitized by Google

cum ipso nos conveniat inchoare. Data Florentiae die III. *Maii* MCCCXC.

XXIII. pag. ead. b. Carmen versibus hexametris XC. compositum, ut adscribitur in margine, *per Magistrum Bartholomaeum de Regno* (1). Inc.

Huc veniens tua Musa, meos ingressa penates,
Iucundis est visa oculis, avidisque prehensa
Tunc manibus, quo plus legi, magis ipsa placebat &c.

Des.

Dum feret astra polus, tundet dum littora fluctus,
Dumque giganteum memorabit Flegra duellum,
Vtar amore tuo; vis haec morietur amoris,
Quum mea crudeles confringent fila sorores.
Vade poëma volans, generosam porta salutem
Ambrosio, cuius nimio succendor amore.
Illius ante pedes quum veneris, ista loqueris:
Me tibi qui misit, cui nomen Bartholomaeus
Apulus, edixit, fer dignis oscula plantis.

XXIV. pag. 20. b. Insigni viro Magistro Petro de Rhetorica per Bocatium. Inc. *Ne blandiloquus viderer, dilectissime frater, ultro multa in tui nominis laudem venientia, volens omisi, hoc tantum dixisse contentus: Vicisti longo labore tuo invidentium stimulos &c.* Des. *ego autem nondum certum habeo, numquid de proximo Patavium venturus sim; si venero, visitabo te; sin autem, ubicumque sum, tuus sum. Vale vir dilectissime.*

XXV. pag. 21. b. Epistola, adscriptis in margine litteris *D. F. P.* scilicet *Domini Francisci Petrarchae*. Inc. *Ingens mihi solatium attulit quaedam tua brevis epistola*. Des. *Donatum nostrum faustum intertenuisse gaudebo. Arquadae Kal. Novembr. ad vesperam. Tuus Franciscus*. Tum subiungitur: *A tergo. Insigni viro Magistro Petro de Bononia Rhetoricae Professori hon. amico carissimo.* Legitur Rerum Senilium Lib. XIV. Ep. X. ubi finis omnino diversus, & inscribitur *Petro Rhetori Bononiensi*.

XXVI. pag. 22. Antonius de Cortonio Lucanorum Cancellarius ad Angelum de Camerino. Inc. *Tu quisquis es, qui me, licet incognitum, atque invisum diligis, novam amicitiam, animi laetis ulnis amplector &c.* Des. *est heic mansio quaedam nobilissimae Dominae, atque placabilis admodum, fidem testor meam, sed heic mansura minime. Adibit etenim castrum Mutinae conterminum, ubi ditionis partem tenet; quo si proficisci velis,* XL. *ducatorum, & plurium fortassis praemium consequeris, mentemque tuam illico retege, & ego tibi, non aliter, quam mihi ipsi, laborabo. Vale longum.*

XXVII. pag. ead. Epitaphium sepulchri Domini Ioannis de Vicecomitibus Archiepiscopi Mediolani, compositum per Dominum Gabrium de Zamoreis de Parma, Legum Doctorem. Inc.

Quam fastus, quam pompa levis, quam gloria mundi &c.

Des.

Quum mihi sufficiat parvo quo marmore claudor.

Tum subditur: *Et clausi diem meum* MCCCIV. *die* V. *Octobris*. De hoc Carmine vid. Cl. Laur. Mehus in Vita Ambrosii Camald. pag. CCII.

XXVIII. pag. ead. b. Versus hexametri, quibus hic titulus praecurrit rubrica conscriptus: *Hos versus misit Dominus Franciscus Petrarcha ad Dominum Franciscum Bruni, hortantem eum, ut rediret Advinionem*. Inc.

Quando erit obscuri laribus contentus Amiclae &c.

Des.

Tunc tua propositum convellent carmina nostrum.

Operum cit. edition. Basileensis Tom. III. pag. 113.

XXIX. pag. 23. b. Ab alia manu sequitur Epitaphium compositum per Magistrum Petrum de Bononia, Grammaticae ac Rhetoricae Professorem, versibus novem. Inc. *Hic Zachariam Donati de sanguine cretum &c.* Des.

Sic sua se voluit Deus hospita regna mereri.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. Saec. XIV. exeuntis, madore aliquantum corruptus, in cuius primo folio legitur: *Petrarchae Epistolae sua manu scriptae*; quod tamen inverisimile mihi videtur, quum mendis pluribus scateant. Constat fol. scriptis 23.

IOANNIS BOCCACCII DE CASIB. VIROR. ILLVSTR. &c.

Cod. XCIII.

I. pag. 1. IOannis Boccaccii de Certaldo de Casibus Virorum Illustrium Libri IX. praevio Prologo, seu Epistola nuncupatoria ad Mainardum de Cavalcantibus, quae inc. *Diu, strenue Miles, emunctum ex ingenio meo Opusculum, in quo Virorum Illustrium tractantur casus, & utplurimum infelices exitus, me penes otiosum fuit*. Des. *ut ipse pro viribus celebre nomen tuum, meumque aliquali fulgore per ora virum discurrens, illustret. Vale*. Liber primus inc. *Exquirenti mihi, quid ex labore studiorum meorum possem forsan Reipublicae utilitatis addere &c.* Liber nonus des. *tu autem parve liber longum vive, felixque, insignis militis Maginardi meique tenax nominis atque famae. Amen.* Tum subiicitur: *Explicit Lib. nonus & ultimus Ioannis Boccacii de Certaldo de Casibus Virorum Illustrium, scriptus per manus Pauli de Mertzenich. Deo gratias*. Habentur hi Libri etiam in Codice XXIX. Plut. LXX. Biblioth. Laurent. Catalogi Latinor. Codi-

(4) Barptolemaeus Ioannis filius de Regno, Professor fuit primum Grammaticae, tum Rhetoricae in Academia Bononiensi, de quo vid. Praef. ad Vitam Ambrosii Camald. pag. 305. 313.

Digitized by Google

Codd. Tom. II. pag. 568. §. I. ubi tamen deest Epistola ad Mainardum.

II. pag. 120. Eiusdem de Mulieribus Claris Liber. Inc. *Pridie mulierum egregia, paullulum ab inerti vulgo semotus, & a ceteris fere solutus curis &c.* Des. *ut potius alicuius in bonum vigeat Opus, quam in nullius commodum, laceratum dentibus invidorum depereat.* Tum repetitur Operis titulus, ac nomen scriptoris hoc pacto: *Ioannis Boccacii de Certaldo de Mulieribus Claris Liber explicit. Deo gratias.*

Scriptus per me Paulum de Mertzenich anno Domini MCCCC. *die decima Augusti.* Exstat loc. cit. §. II. ubi Praefatio seiungitur a Libro, & finis Operis diversus est, eo quod post ultima relata verba *dentibus invidorum depereat*, per alios XXV. versus in illo Codice ultimum hoc Caput progrediatur.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. Saec. XV. ineuntis, binis columnis diligenter nitideque conscriptus, cum titulis Librorum & Capitum rubricatis, & initialibus singulorum Librorum aureis & coloratis, ubi notandum est initialem litteram Libri de Mulieribus Claris fuisse recisam. Videre est autem depictos in margine ab eodem scriptore vultus virorum, ac mulierum, de quibus agitur in contextu. Constat foliis scriptis 178.

IOANNIS BOCCACCII DE MONTIBVS &c. LIBER.

Cod. XCIV. IOannis Boccacii de Certaldo Poëtae clarissimi de Montibus Liber, adde etiam de Nemoribus, Fontibus, Lacubus, Fluminibus, Stagnis, & Maribus. Inc. *Surrexeram equidem fessus a labore quodam egregio.* Des. *& extra eum dicunt esse Sipontum, Diomedis opus, ut a nonnullis hactenus creditum est.* Tum clauditur: *Ioannis Boccacii Poëtae clarissimi de Maribus Liber explicit.* Aliud Exemplar habes in Codice CLXXVI. Bibliothecae Aedilium Florent. Eccles. Tomo superiore pag. 488. §. II. sed in fine diversum.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. diligenter exaratus, cum initiali littera aurea, elegantique pictura in prima pagina, adiecto etiam stemmate gentilitio familiae cuiusdam, ad quam olim pertinuit. In folio autem membranaceo, quod Codicis custodiae inservit, scriptum legitur: *Iste liber est mei Fratris.....* Tum ab alia manu: *Ad usum Fratris Bernardini Servitae, & Fratris Aug. Mei.* Constat fol. script. 105.

COLVCCIVS SALVTATVS DE NOBILITATE LEGVM ET MEDICINAE.

Cod. XCV. COluccii Pieri Salutati de Nobilitate Legum & Medicinae ad Bernardum Physicum de Florentia Tractatus. Prooemium inc. *Scio quam arduum, quamque grave sit, Doctor egregie, fraterque charissime &c.* Des. *finem affore cognoscatis.* Dividitur Tractatus in Capita XXXIX. quorum primum inscriptum *Quid sit Nobilitas*, inc. *Nobilitas igitur, quoniam per syncopen quasi Notabilitas dicta est &c.* Caput ultimum, cui titulus: *Vltima totius Operis conclusio*, des. *vel ipsos, quo veritatem & intentionem meam percipiant, declarare.* Tum repetitio tituli hoc pacto: *Explicit feliciter Tractatus de Nobilitate Legum & Medicinae, editus per Colucium Pyeri Salutatum, ad Magistrum Bernardum Physicum de Florentia, qui perfectus fuit anno Domini* MCCCLXXXXVIIII. *indictione septima,* IIII. *Idus Augusti.* Concordat cum Codice XI. Plut. LXXVIII. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. III. pag. 162. §. I. In nostro Codice praecedit Operi sequens Epigramma Italicum, ab alia manu descriptum.

Messer Coluccio ad Maestro Bernardo.

Se la cosa ch' uom vuole, in sua natura
Si potesse veder, se l' è perfecta,
Tal spesse volte col desir s' affrecta,
Che 'l non giugner terrebbe gran ventura.
Però ben fa chi a cosa incerta & scura,
Et che non sa come di vitii è necta,
Tien la sua voglia sì col freno strecta,
Che di penter non sente mai puntura.
Hor toi quel ch' aspectat' ai con gran festa,
Et per veder se t' ò scoverto il vero,
Fa' tucto legga con la mente desta,
Et che non sia nel contradir leggiero,
Perchè se pur alcun dubio ti resta,
Son pronto al dichiarar col cor sincero.
Ma ben ti priego che del bianco nero
Non facci per difendere 'l tuo torto,
Sia 'l sofistar fra noi sbandito & morto.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. maiori Saec. XV. nitide exaratus, cum titulis Capitum rubricatis, & initialibus Prooemii, & Tractatus litteris auro inlitis. Constat fol. scriptis 62.

COLVCCII SALVTATI TRACTATVS, QVOD MEDICI ELOQVENTIAE STVDEANT &c.

I. pag. 1. *Cod. XCVI.* PRaemittitur Tractatui Epistola ita inscripta: *Colucio Pyeri Cancellario Florentino Anthonius de Baruffaldis immeritus Physicus Faventinus*, quae inc. *Non vereor, clarissime vir, ne me de eloquentia arguas.* Des. *vale, & me amicum precor suscipe. Datum Faventiae die vigesima Ianuarii.* Tractatus vero hunc praefert titulum: *Magistro Anthonio de Baruffaldis Physico Faventino Tractatus, quod Medici eloquentiae studeant; & de verecundia, an sit virtus, aut vicium, Colucii Pyeri Salutati* Rh. Inc. *Habeo tibi magnas agere gratias.* Des. *tuae quidem iussiones penes me semper erunt amicitiae tuae obsides atque vades. Vale felix, & mei memor. Florentiae* II.

Digitized by Google

Nonas Februarii. Habes etiam in Codice XII. Plut. LXXVIII. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. cit. pag. 163. §. II.

II. pag. 28. Eiusdem Coluccii alius Tractatus ita inscriptus: *Insigni viro Magistro Antonio de Scarperia Physico Tractatus ex Epistola ad Lucilium prima, Colucii Pyeri de Salutatis Cancell. Flor.* Inc. *Quod a quamplurimis peti solet, vir sapientissime &c.* Des. *vale, & memento Euclidis, Turisiani, & problematum expositoris. Florentiae* VIII. *Idus Februarii*. Ibid. pag. 164. §. III. ubi tamen est mutilus. Integrum habes ibid. pag. 560. §. III.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. nitidissimus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, in cuius primo folio legitur nomen antiqui possessoris, nimirum: *Iannoctii Pandulphini num.* 93. Constat foliis scriptis 38.

MARSILII FICINI OPERA QVAEDAM.

Cod. XCVII.

I. pag. 1 IAmblichus de Sacrificiis Aegyptiorum, seu Iamblichi Responsiones ad quaestiones Porphyrii, interprete Marsilio Ficino, praevia Epistola nuncupatoria ad Ioannem Medicem ita inscripta: *Marsilius Ficinus Florentinus Reverendiss. in Christo Patri D. Ioanni Medici sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali suppliciter se commendat*. Inc. *Quum epistolam ad te scribere statuissem &c.* Des. *de religione rebusque divinis senserint expressurum*. Sequitur deinde *Argumentum in Librum Iamblichi*, cuius initium: *Porphyrius, qui inter Platonicos propter excellentiam Philosophus appellatur &c.* Finis: *philosophorum arcana, & Graecorum & barbarorum, nondum lecta consequitur*. Libri Caput primum, cui titulus est *de cognitione divinorum*, inc. *Aegyptii Scriptores putantes omnia inventa esse a Mercurio &c.* Caput ultimum inscriptum: *Conclusio religionis felicitatisque apud Aegyptios*, des. *& amicitiae concordiaeque inter nos mutuae auctoritas omnis atque firmamentum*. Aliud Exemplar occurrit in Cod. XVI. Plut. XIII. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. I. pag. 62. §. XXVI. ediditque Aldus Venetiis MDXVI. fol. una cum Proclo, Porphyrio, Synesio &c. a pag. 1. ad pag. 23.

II. pag. 96. b. Eiusdem Marsilii Ficini Excerpta ex Graecis Proculi Commentariis in Alcibiadem Platonis, cum Prooemio ad eumdem Cardinalem Ioannem Medicem, cuius initium est: *Deus omnipotens Ioanni Biccio Medici, insigni pietate viro &c.* Finis: *quibus apium more libatis, mel in hortis Academiae fingas*. Excerpta inc. *Principium Dialogorum Platonicorum, totiusque philosophiae &c.* Des. *similiter inter se convertuntur*. Occurrit in cit. edit. a pag. 23. ad pag. 35. ubi tamen desideratur Prooemium ad Ioannem Medicem, ut notavimus in Cod. XV. Plut. LXXXII. Biblioth. Laurent. Catal. cit. Tom. III. pag. 196. §. IV. ubi aliud huiusce Operis Exemplar habetur.

III. pag. 147. b. Opus Proculi (*sic*) de Sacrificio, interprete eodem Marsilio Ficino. Inc. *Quemadmodum amatores ab ipsa pulcritudine &c.* Des. *in deorum se consortium receperunt*. In cit. edit. a pag. 35. ad pag. 36. & in cit. Codice §. V.

IV. pag. 151. Porphyrius de occasionibus, sive caussis ad intelligibilia nos ducentibus, interprete eodem Marsilio. Caput primum *de natura corporeorum, atque incorporeorum* inc. *Omne corpus est in loco*. Caput ultimum, *quomodo differenter est ubique Deus, Intellectus, Anima*, des. *sed alternis quibusdam vicibus, utriusque fit particeps*. In cit. edit. a pag. 36. ad pag. 38. & in dicto Cod. §. VI.

V. pag. 158. b. Ex Porphyrio de abstinentia animalium, eodem Ficino interprete. Caput primum inscriptum, *Anima in hoc corpore dormit*, inc. *Abstinere animalibus praecipimus, non quidem omnibus, sed omni dumtaxat divina contemplaturo*. Caput ultimum, cui titulus est, *Sobrietas & contemplatio mentem Deo coniungit*, des. *non tam male vivere est, quam diu mori*. In cit. edit. a pag. 38. b. ad pag. 43. & in cit. Cod. §. VII.

VI. pag. 179. b. Marsilii Ficini Florentini Dialogus inter Paullum, & Animam, seu, ut alibi inscribitur, *De raptu Paulli in tertium caelum*. Caput primum inscriptum, *Quod ad Deum non adscenditur sine Deo, & de Fide, Spe, & Charitate*, inc. *Marsilius. Dic, oro, beatissime Paulle &c.* Caput ultimum, cui titulus, *Deus est ipsum gaudium; per ipsum dumtaxat gaudemus; ipso solo beate gaudemus*, des. *nihil tibi aliud placere, quam ipsum*. Vt in edit. Basileensi anni MDLXXVI. Tom. I. a pag. 697. ad pag. 706. ut adnotavimus in Cod. XI. Plut. LXXXIII. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. III. pag. 211. §. IV.

VII. pag. 197. Eiusdem Libellus inscriptus: *Divina Lex fieri a caelo non potest, sed forte significari*, in varia Capita divisus, quorum primum, cui titulus: *Communis Religio non fit a stellis*, inc. *Genus ipsum Religionis, quo nihil in rebus humanis magis commune firmumque est &c.* Caput ultimum inscriptum: *Conclusio de Christianae legis divinitate*, des. *per nuntium ab ipso electum ad homines miserit*. VI. *Ianuarii* MCCCCLXXXI.(1) *Florentiae*, Tum subiungitur nomen scriptoris hoc pacto: *Lucas Fabiani de Ficinis Notarius Florentinus veloci calamo exaravit* XXX. *Iulii* MCCCCLXXXXI. *Florentiae*.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XV. nitidissimus, cum litteris initialibus, non modo singulorum Operum, sed etiam Capitum aureis, ac titulis rubricatis, quem

(1) Hac anni nota, ni fallor, tempus, quo Auctor Opus istud composuit, indicatur.

Digitized by Google

quem praeterea exornat duplex pictura in principio, quarum prima exhibet septem parvos circulos aureos, in quibus adscripti sunt totidem, quae in Codice continentur, Operum tituli, in gyrum dispositos, & alium longe maiorem circulum ponentes in medio, in quo characteribus partim caeruleis, partim aureis lector admonetur, alia ex dictis Operibus esse e graeco translata, alia ab ipso Ficino composita; altera exhibet totum primae paginae marginem variis floribus, puerulis, ac numismatibus exornatum, cum auctoris effigie in littera initiali, & stemmate Mediceo in margine inferiori. Constat fol. scriptis 205.

MARSILII FICINI COMMENTARIVS IN CONVIVIVM PLATONIS DE AMORE.

Cod. XCVIII. I. pag. 1. COmmentar. Marsilii Ficini Florentini in Convivium Platonis de Amore, seu, ut alibi incribitur, *Liber de Amore*, praevia Epistola nuncupatoria, ab ipsa Ficini manu exarata, & ita inscripta: *Marsilius Ficinus Ioanni Cavalcanti amico unico εὖ πράττειν*, quae inc. *Iampridem, suavissime mi Ioannes, esse amorem, ac mundi totius habere claves, ab Orpheo, deinde quid sit amor, & qualis, a Platone didiceram. Quam vero vim Deus hic, & potentiam habeat, annos me quatuor & triginta latuerat; donec iam divus quidam heros oculis mihi caelestibus annuens, miro quodam nutu, quanta sit amoris potentia, demonstraret. Hinc igitur res amatorias abunde, ut mihi quidem videbar, edoctus, hunc de Amore Librum composui.* Des. *quem manu mea scriptum tibi potissimum dedicare constitui, ut quae tua sunt, tibi reddam. Vale.* Commentarius inc. *Plato philosophorum pater annos unum & octuaginta aetatis natus.* Des. *ut amore duce totum, ut ita loquar, habeamus propitium, ac totum amoris flagrantia diligentes, toto etiam Deo, amore perpetuo perfruamur.* Exstat inter Opera Marsilii Ficini editionis Basileensis ex officina Henricpetrina an. MDLXXVI. fol. Tom. II. a pag. 1320. ad pag. 1361. sed Epistolis, quae tam in principio, quam in fine heic occurrunt, destitutus.

II. pag. 83. b. Sequitur alia Epistola ab ipsomet Antonio Hivano exarata, quae ita habet: *Antonius Hyvanus Sarezanensis Marsilio Ficino Florentino viro doctissimo S.D. Librum tuum de Amore, quem a Nicolao Senensi Medico restituente acceperam, & qui dudum ac saepe fuit in manibus, ad te mitto. Perfecisti quippe divinum Opus vallatum rationibus efficacissimis, aptum humano generi, ac dignum te, quem summum adhibuisse studium cognovi ad elucidanda quaedam obscuriora. Quum enim eleganter de Religione scripseris, & varios Hebraeorum errores, feralemque sectam Mahumeticam acutissime confutaveris, decebat quoque tuam egregiam virtutem pari studio preciosissimum illud, atque divinum munus amoris, quod infunditur, & quo reguntur omnia, diligentius aperire. Nostram ego hanc saecularem libertatem, quae summa est servitus, vehementer accuso. Claustralem vero vitam, quae maxima est sapientibus libertas, non solum probo, sed, si liceret, affecto. Quum enim videar domus meae dominus, quippe sum servus omnium, qui in domo sunt. Speciosa insuper videtur multitudini cura Principatus, & saepe iudicantur felices, qui vel praesunt Reipublicae sublimiores, vel regna moderantur. Assentio equidem, ad magnos & praestantes animos eiusmodi regimina pertinere; sed liberos esse diffiteor a servitute, quamvis forte quibusdam ex caussis efficiatur voluntaria. Vera contemplatio rerum divinarum, quam fulgore divinae inspirationis irradiat perseverantia, libertatem exigit, & illam scilicet, quam nonnulli servitutem putant. Nam quae paret honesto, sacrisque ministeriis & sanctis meditationibus immiscetur, non est quidem servitus, sed obsequium mentis, & sacrificium vocis, quae ipse Deus amor suscipit ab amante, in eumdemque seipsum reflectit largiorem, quoniam amantissimus omnium, munificentissimus, & pulcherrimus est. Didici ergo a te efficacius amare, optime Marsili. Amabo in hac saeculari servitute, quantum potero. Dignum te puto amore omnium, quibus placent studia virtutis. Vale. Pistorio decimo Kalendas Octobris* MCCCCLXXVII. *manu propria.*

In ultimo folio occurrit elenchus Argumentorum, de quibus in superiore Libro agitur, ordine alphabetico digestus, & ab alia manu exaratus, apposito paginarum, in quibus incidunt, numero.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. maiori Saec. XV. nitide exaratus, cum initiali Operis littera aurata, & colorata, & cum aliquibus correctionibus & additionibus in margine, & graecis vocibus ab alia manu suppletis, ea nimirum, quae supra memoratam Epistolam Nuncupatoriam exscripsit, quamque ipsius Marsilii Ficini esse crediderim. In primo autem folio legitur nomen possessoris hoc pacto: *Questo Libro è di me Thomaso di Thomaso Benci, mi tocchò nelle divixe fatte di Novembre l'anno* 1506. Constat foliis scriptis 84.

ANONYMI TRACTATVS ISAGOGARVM.

Cod. IC. I. pag. 1. TRactatus Isagogarum, seu Porphyrii Introductio in quinque Voces, ex veteri interpretatione, praevio Prologo, qui inc. *Quum sit necessarium, Chrysaori &c.* Tractatus inc. *Videtur autem neque genus, neque species simpliciter dici.* Des. *sed sufficiant etiam haec ad discretionem eorum, communita-*

Digitized by Google

tisque traditionem. Explicit Tractatus Vniversalium, sive Praedicabilium. Deo dicamus gratias. Amen. Sequitur Scholion satis longum *de Aequivocis* ad sequentem Librum pertinens, alia manu, minutis intricatisque litteris exaratum.

II. pag. 5. b. Aristotelis Categoriae. Inc. *Aequivoca dicuntur, quorum nomen solum commune est.* Des. *sed qui consuerunt dici, paene omnes enumerati sunt. Explicit Tractatus X. Praedicamentorum, sive generum generalissimorum.*

III. pag. 15. Magistri Angeli Arretini Scriptum super Libro Porphyrii de quinque Praedicabilibus. Inc. *Vos oro, ne aliquis manum suam ad scientiam Medicinae convertat, nisi doceatur imprimis: Deus est aliquid sempiternum optimum, ex quo caelum & natura dependet. Verba secundo proposita scripta sunt a Philosopho 12. Met. cap. 4.* Des. *& sic est accidens. Et in hoc terminatur sententia lectionis huius, & Libri totius. Explicit Summa cum divisionibus, & notabilibus, ac quaestionibus quampluribus Libri Porphyrii edita per Nicolaum Bononiensem, praenominatum, Clericum Domini Gabrielis de Brocalicosso sub Magistro Angelo de Aritio, qui fuit auditor & repetitor Magistri Gentilis de Cingulo de Marchia Anconitana, cuius Commentum sequitur infra, in sequenti proximo folio super eodem Libro Porphyrii.*

IV. pag. 43. Commentum Magistri Gentilis de Cingulo super quinque Praedicabilibus, seu Vniversalibus. Inc. *Quoniam unumquodque per suum esse cognoscitur.* Des. *tertium est quidam habitus cognoscitivus, ad quem consequitur inclinatio, consequens formam eligendam, vel fugiendam, & hic est duplex.* Videtur imperfectum.

V. pag. 79. Boëthii de Topicis differentiis Libri III. Primus inc. *Omnis ratio disserendi.* Tertius des. *ad cuius plenam dispositionem integri quarti a. pa. spa. eruemus* (1).

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori varia manu Saec. XIII. ineuntis, cum scholiis aliquot. Constat fol. script. 93.

CAROLI MARSVPPINI CARMINA.

Cod. C.

I. pag. 1. HOmeri Poëtae divini Iliados Liber I. per Carolum Arretinum in latinum traductus ad Nicolaum Papam V. Praefatio ita se habet;

Alme Pater, merito cingit cui tempora mithra,
Et Petri solio, divino numine, regnas,
In nostras animas custos, pastorque benignus,
Cui sancti mores, cuique est sapientia prima,
Praecipis in latium divinum vertere Homerum,
Infirmisque humeris tantum committere pondus
Non dubitas; quis enim sacro contendere vati
Ausit, & illius nostris iam reddere carmen?
Nam qui Maeonio potis est subducere versum,
Herculis ille manu nodosam avellere clavam,
Iratoque Iovi candentia fulmina posset.
Desine me valido, Pater o, committere Atlanti;
Tam tenuis cervix vasto subsistere caelo
Non valet, atque humeri pondus iam ferre recusant,
Apta giganteis non sunt mea pectora pugnis,
Sed gruibus senis rapior pigmaeus in altum,
Qua potero illius vario me flectere cursu?
Namque modo immissis laetus decurrit habenis,
Et modo lora premit, medius modo fraena remittens,
Contendensque simul, iusto moderamine, currit.
Ac velut oceano dicuntur flumina labi,
Cunctaque per terras uno decurrere ab ortu;
Sic uno sacri vates nascuntur Homero,
Ora rigant illo, pater est atque omnibus idem.
Ille velut torrens montanis imbribus auctus,
Praerumpit pontes, & saxa ingentia volvit;
Nunc minor est alveo, ripas nunc fluctibus aequat,
Et modo sublimis cycnus se tollit in auras,
Nunc humilis, paribus delapsus ab aethere pennis,
Radit humum, medium gaudet nunc tendere cursum.
Instruit ille acies constanti pectore, & audax
Caelestes in bella vocat, tum corpora sancta
Perstringit ferro Veneris Martisque ferocis,
Principioque canit Chrysen pietate verendum
Pro nata fudisse preces, Graiumque per omnem
Immissam populum pestem, tum iurgia Regum.
Labitur hinc castris demissus ab aethere somnus;
Concilium cogit Danaûm, navesque, recenset,
Ob raptamque Helenam coniux decernit uterque,
Foedere pro rupto Menelaus vulnera sentit,
Tydidesque petit caelestia corpora ferro.
Post Hecuba, & matres placant tua numina, Pallas;
Turbidus hinc Aiax saevo simul Hectore certat,
Agmina & Hectoreo Danaûm conversa timore,
Orantumque preces durus contemnit Achilles.
Tydide socio Troas explorat Vlysses,
Ostenduntque suas magno certamine vires
Post Danaûm primi; saevit fortissimus Hector.
Argivam in classem Neptunus concitus acres
Iungit equos, Graiûmque Deus vi suscitat arma.
Protinus ipse Pater Divûm flammatur, & ira
Iunonem adgreditur, tristique absistere pugna
Neptunum iubet, & Teucros hortatur Apollo,
Hectoreaque manu per naves spargitur ignis
Argivas Phrygius, Patroclus corripit arma,
Caedibus exsultat, congressus Hectore forti;
Ille cadit, gerituraque ingens pro corpore pugna.
Tum genitrix nato Vulcania contulit arma,
In pugnas, aciesque ruit placatus Achilles.

Hic

(1) Ita est in Codice, sed legendum est *quarti Voluminis spatium reservemus.*

Digitized by Google

Hic rapit Hectoreum ter circum Pergama corpus,
Patrocli funus ludis celebratur & inde.
At primo tandem redduntur corpora nati.
Carminis hic finis, tumulo quum clauditur Hector.
Haec quater in senis libris cantantur Homero,
Quae partim tragico tollit graviora cothurno,
Comoedus partim Vulcania pocula socco
Miscet, caelestum complentur & atria risu;
Temperat eloquium mox rebus verba rependens.
Ast ubi Achilleae scribendis versibus irae
Venit Musa, volens rursus per carmina vates
Fertur, & ipse novo pectus pertentat amore,
Et totidem libris errores cantat Vlyssis,
Altius incipiens, carmen maioribus orsus.
Dic mihi Musa virum, sacrae qui moenia Troiae
Diruit, hinc variis, multisque erroribus actus
Novit & ingenium multorum, vidit & vrbes.
Concilio quaerunt Superi, qua possit Vlysses
In patriam remeare suam, diamque Calypso
Linquere mortalem formam mentita Minerva,
Telemachum monuit miserum perquirere patrem,
Luxuriantque proci, pecudes, armentaque caedunt.
Telemachus patriis iubet hos discedere tectis,
Et victum, navemque parat, portuque recedit,
Nestoreamque Pylon petiit, duce Pallade; multa
Hic audit, monitus Sparten se contulit, inde
Hospitio acceptus Menelai, movit Achivos,
Infaustas habuisse fugas, Agamemnona caesum,
Errantemque patrem cum Prothea cuncta loquutum.
Hic Iovis imperio pelaga nave (sic) fertur Vlysses
In mare, sed praeceps Neptuni volvitur ira
Naufragus, & tandem Phaeacum adlabituroris.
Tum nata Alcinos famulas ad littora ducit,
Luditur inde pila, somnoque ciatur Vlysses,
Accipit & vestem, defessaque corpora curat,
Orat & Aretem, Regisque acceptus in aula,
Ah miser, Ogygiae narrat discrimina terrae,
Ornatur navis, patriae qua littora tangit.
Certatur discis, Veneris tam dulcia furta
Demodicus cantat, subversaque Pergama Troiae,
Lothophagos, Ciconasque simul, saevumque Cyclopa.
Vtribus atque datos ventos & praelia narrat
Lestrigonum, & diram gentem, Circesque venena.
Huius & admonitu nigras descendit ad umbras,
Vatis Tyresiae sapiens oracula poscit.
Hinc repetit Circem, Sirenas remige surdo
Effugit, atque inter Scyllam, saevamque Charybdim
Fertur, & armentum Phoebi mactatur, & inde
Naufragus in ligno petiit te, diva Calypso,
Littore desertus, patriae dehinc condidit antro
Dona data, & formam solers capit inde senilem
Palladis auxilio, pastoris ludit in aula.
Munera Telemachus capiens, Agamemnone charam
Sollicitus patriam repetit, novitque parentem,
Errorisque sui narrat fastigia matri.
In primisque canis simulatum novit Vlyssem,
Pauperis hic habitu certat cum paupere in aula,
Arma parat, purgatque pedes, dum sedula nutrix
Arguit ignotum, subito tum visa cicatrix,
Contendit veteres arcus, lethoque procorum
Innovat, & famulae pendunt pro tempore poenas.
Coniuge Penelope gaudet, gaudetque Laërtes.
Sic varius vates, variis sua carmina linguis
Ludit, & Ionio tornat modo nomine versus,
Aeolicusque modo, modo Doricus, atque ita saepe
Integer & castus, doctas miratur Athenas.
Principiis legem ponit, tum doctior acri
Suggerit arma foro, tristes componere lites
Edocet, hortatur sapiens, caussasque perorat,
Conciliatque animos pariter, flectitque, docetque;
Nunc brevis orator, largus nunc, dulcis, & acer
Transfert verba decens, vertitque in mille figuras,
Emendat mores hominum, poenasque daturas
Obscaenas animas, in tristia tartara ducit.
Mille modis vexat miseros, tum laeta parantur
Regna piis, virtus carmen laudata per omne,
Atque unum canit esse Deum, cui sidera parent,
Cui mare, cui tellus, cui cetera semina rerum,
Cui superi cuncti, tenebrosaque nomina Ditis.
Humano generi falso sua crimina fatis,
Transferri decet ore Iovis, qui numina cuncta
Testatur, clamatque homines, sibi quaerere pestem.
Proh superi! falso mortales numina nostra
Incusant, caussamque suis voluisse queruntur
Fata malis, miserum, quos mens insana, animusque
Contra fata Deûm, contra & caelestia torquet.
At nos vera fides meliori tempore natos,
In caelum ducit Paulus, tuque optime Pastor.
Sed mirum tantum caecum vidisse Poëtam.
Nec contentus eo, rerum primordia dicit
Ordine quaeque suo, stellas, & nomina narrat;
Quid valeat cantus, valeant quid somnia missa
Sentit, & imparibus numeris caelestia semper
Aptat, quae servent, ostendit Pythagoreis.
Est pictura loquens demum tam docta poësis.
Neve morer, totumque ingens evolvere carmen,
Sexcentasve alias pergam ne dicere laudes,
Creditur in sacri desunt quae carmine vatis.
His saeclum caruisse suum, tum cognita nulli,

Il-

Digitized by Google

Illius ergo genus merito certamina ponit.
Septem urbes certant duri pro sanguine Homeri,
Smyrna, Rhodos, Salamis, Colpos, Chios, Argos, Athenae.
Ergo, Sancte Pater, non me certamine tanto
Versari cupias, oro, sed tu pius ante
Consule quid nostrae valeant in carmine vires.
Quo facere id possis melius, tibi primus Homeri
In latium versus, utinam te Principe dignus,
Qui vincis populos, Nicolae, & gloria nostri es,
Mittitur, atque etiam Carmen, quo placat Vlysses
Aeacidem, & Phoenix, & quid respondit Achilles.
Haec edi in lucem nolim; nam carmina nondum
Apta satis torno, rursus polienda sed ante.
Quod si tantus amor tanget tua pectora sancta,
Vt quocumque modo iubeas mihi ludere versus,
Meque velis parva volitare per aequora cymba,
Nec dubitas tanto portu iam mittere in altum,
Ipse gubernaclum capias, cursusque secunda,
Namque potes nostris sceleratas tollere culpas
Mentibus, & poenas; tibi caeli Regia portas
Laeta aperit, clauditque volens; tu regna furentum
Diminuis, numeroque suo caelestia comples;
Tuque potes pedibus Romanum vertere Regnum
In quodcumque caput; Domini, Regesque verendi,
Omnigenumque genus, pueri, matresque, virique,
Pastorem, Patremque colunt, tua numina Musae
Semper erunt nostris condendis versibus, illa
Principium, mediumque dabunt, finemque, nec ulla
Calliope vocitanda mihi, non altus Apollo.
Te duce quis poterit saevas decurrere Syrtes,
Quis poterit scopulos, & concurrentia saxa
Tundere, per mediam vel pandere tela Charybdim?
Non ego, Phoebe, tua cingi mea tempora lauro
Iam posco, non Pana mihi, patremque Lyaeum,
Sed tulit in media cantantem carmina rupe,
Non Clio, visaeque aliae, mihi tendere ramum
Frondentis lauri, pasco dum rure capellas,
Ascra, tuo; sed visa sequor, laus ista volenti,
Et merito, succurre precor, mihi nectere versus
Sit satis, atque Pater tandem tua dicta facessam.

Liber primus Homeri Poëtae divini per Carolum Arretinum in latinum traductus. Inc.

Nunc iram Aeacidae tristem, miseramque futuram,
Diva, cane, & quantos Graiis dedit ille dolores,
Quotque animas fortes heroum miserit Orco,
Quantaque tum canibus miserorum corpora passim,
Atque avibus lanianda tulit, quo tempore primum
Atrides rector populorum, & dius Achilles
Inter se certant; sic Iuppiter ipse volebat.
Quis Deus hic tantos irarum miscuit aestus?
Latonae genitus, contempto numine saevo
Infensus Regi, pestem conciverat atram,
Castra per & populum, procumbunt undique morbo;
Namque sacerdotem Phoebi contempserat ille,
Chrysem, qui ratibus solers advenerat Argis,
Laurea serta Dei manibus sceptrumque gerebat,
Et quae sint natae precium ventura redemtae,
Fulgentes ocreis Danaos oravit, & altos
Praecipue Atridas, rerum queis summa potestas.
Atridae, atque alii tam splendida corpora Graii,
Obtestor superos, caeli qui culmina servant,
Dent manibus vestris ingentia moenia Troiae
Vertere, tum laetos patrios accedere portus.
Munera praetendens vobis, haec munera porto,
Sumite, tam charam misero mihi credite natam,
Et magnum sperate Deum, cui certa sagitta
Est manibus, prolesque Iovis charissima semper.
Assensere alii, tollendaque praemia censent,
Reddendamque patri natam, vatemque vereri.
Des.
Iuppiter ipse, thoris placida queis membra quiete
Laxare est solitus, venit, conscendit, & inde
Hic iacuit, iuxtaque Deum stetit aurea Iuno.

II. pag. 17. Oratio Achillis ad Vlyssem, interprete eodem. Inc.

Parce, precor, duris proles generosa lacertis
Dicere me verbis, quae sit sententia nostrae
Mentis, & a nulla possit ratione moveri.
Des.
Sex iam principibus Danaûm mea dicta referre.

III. pag. 19. b. Homeri divini Poëtae Batrachomyomachia in latinum traducta per Carolum Arretinum ad Marrhasium Siculum P. C. Inc.

Ranarum, murumque simul crudelia bella.
Des.
Phoebus, quum tantae cessit discordia pugnae.

Cl. Praesul Dominicus Georgius in Vita Nicolai V. Romae typis Palearinorum MDCCXLII. pag. 193. narrat, hunc doctissimum Pontificem, duobus praestantibus viris Iliadis Poëma latinis versibus transferendi provinciam dedisse, quod innuit Iannoctius Manettus in eius Vita Lib. II. pag. 926. his verbis: *Iliados quoque celebratum Homeri Poëma, latinis, difficile quidem & arduum opus, versibus, a duobus praestantibus viris eodem tempore traducebatur, quod Ioannis Boccaccii Florentini Poëtae temporibus a Leontio quodam Thessalonicensi, illius in graecis litteris praeceptore, soluta oratione multo facilius ad traducendum, quam carmine factum fuisse novimus.* Horum interpretum unum Carolum Marsuppinum (quod erat adhuc ignoratum) fuisse, ex hoc Codice eruitur; alterum vero Horatium quemdam Romanum,

Digitized by Google

num, quem nobis detexit Aeneas Silvius, postea Pius II. Pontifex, in Europa Cap. LVIII.

IV. pag. 26. b. Eiusdem Epigramma in Psicharpaga murem. Inc.
Qui cineres parva quaeris condantur in urna.
Des.
Hydro fatifero territa mersit aquis.
Exstat Tom. VI. Carminum Illustr. Poëtar. Italor. Florentiae MDCCXX. in 8. pag. 286.

V. pag. ead. Eiusdem Epigramma Brachii, quod sequens est:
Transivi intrepidus per mille pericula victor,
Non acies ferri, non vastis moenia muris
Conatus tenuere meos, domat omnia virtus.

VI. pag. ead. Eiusdem in Nicolaum Picininum, & Cerpellonum Distichon, quod sequitur:
Ite truces animae, funestaque tartara letho
Polluite, & cunctas Herebi consumite poenas.

VII. pag. 27. Eiusdem Elegia de morte Leonardi Arretini eloquentissimi Oratoris. Inc.
Nunc sacrae Musae, sanctos nunc solvite crines.
Des.
Spes certa studiis una relicta bonis.
In cit. Collect. pag. 267.

VIII. pag. 30. b. Eiusdem ad Pontanum. Inc.
Cur, Pontane, meos dulces recludere fontes.
Des.
Dotibus illius carmina mille dabo.
Ibid. pag. 276.

IX. pag. 31. b. Eiusdem ad Poggium virum clariss. de Mercurio sibi misso a Cyriaco Anconitano, veterum rerum curiosissimo, Carmen elegiacum. Inc.
Cyriacus nobis misit modo munera, Poggi,
Mercurium propria pinxerat ille manu &c.
Des.
Tu modo Pindarico suggere verba sono.
Ibid. pag. 278.

X. pag. 33. Eiusdem ad Cyriacum Anconitanum antiquitatis amantissimum Carmen elegiacum. Inc.
Cyriace antiquos inter numerande Poëtas.
Des.
Et valeas etiam quum cupis esse iocus.
Ibid. pag. 277.

XI. pag. 34. b. Eiusdem ad Thomam Pontanum iuvenem doctissimum, cur suae Musae diutius sileant, responsio, atque belli detestatio. Inc.
Moenia si bellum, bellum si disiicit urbes.
Des.
Varronis Musae tempora longa silent.
Ibid. pag. 272.

XII. pag. 37. b. Eiusdem ad Poggium virum clarissimum de Nobilitate. Inc.
Quid sit nobilitas scribere liberis.
Des.
Metas, navigiis est mare pervium.
Ibid. pag. 282.

XIII. pag. 39. b. Eiusdem ad Maphaeum Vegium. Inc.
Felix, tartara qui nigra.
Des.
Cinget sic merito tempora Delphica.

XIV. pag. 40. b. Eiusdem ad Leonardum Arretinum Ode sapphica, aliquantum corrupta, cuius specimen esto initium sequens:
Hoc novum carmen reserat Apollo
Filius Maiae, & absolutor Argi,
Quod Leonardo fidibus canoris
Dicere tentem &c.

XV. pag. 41. Catulli ad Marcum Tullium. Inc.
Disertissime Romuli nepotum &c.

XVI. pag. 41. b. Distichon inscriptum *Cornelia in Pompeium.*
Libera fortuna mors est, rapit omnia tellus
Quae genuit, coelo tegitur qui non habet urnam.

XVII. pag. ead. Caroli Arretini Epitaphium Brachii. Inc.
Hostibus in mediis fudi cum sanguine vitam.
Des.
Chare Nepos, patrio reddas mea membra sepulcro.
In cit. Collect. pag. 286.

XVIII. pag. ead. Eiusdem ad Vegium Poëtam clarissimum de Distichis sibi dicatis responsio. Inc.
Binis carminibus nostros testaris amores.
Des.
Impediatque tuas bina corona comas.
Ibid. pag. 281.

Cod. membr. MS. Latinus in 8. Saec. XV. elegantissimae, sed, quod dolendum, mendosae scripturae, cum pictura in principio, & initialibus singulorum Carminum litteris auro variisque coloribus affabre depictis. Constat foliis scriptis 42.

MARSILII FICINI EPISTOLAE.

Cod. CI.

I. pag. 1. CONtinet hic Codex Marsilii Ficini Epistolarum Librum primum eodem ordine, paucis exceptis, quo habentur in editione Basileensi ann. MDLXXVI. fol. a pag. 607. ad pag. 673. quam in iis recensendis prae manibus habuimus. Quoad ipsarum ordinem haec sunt discrimina. Epistolae X. quae incipiunt,
Quum primum tertiana &c. edit. pag. 609.
Interrogas, quae me potissimum caussa &c. pag. 631.
Mitto ad te amorem &c. pag. 632.
Promisi Nonis, si recte memini &c. pag. 652.
Lactantius Tedaldus tam charus &c. pag. 653.
Dic age, Bernarde, si licet &c. pag. 654.
Legum facultatem Astronomi &c. ibid.
Cupit animus tuus ardenter &c. ibid.
Sunt multi nostris saeculis &c. pag. 655.
Oliverium Ardovinum insignem &c. ibid.
desunt in Codice suis locis, & redduntur omnes simul inter Epistolam, quae inc. *Multi a te digniora se petunt &c.* & Epistolam, quae inc. *Memini, quum adhuc puer essem &c.* edit. pag. 667. & 668.

Praeterea inter Epistolam, quae inc. *Salve mil-*

Digitized by Google

millies &c. & Epistolam, quae inc. *Hortaris ut in religione &c.* edit. pag. 646. & 647. inseritur in Codice pag. 89. Epistola Ficini ad Ponticum Germanum, quae inc. *Quod ingenio polleas, non te Pontice &c.* Et inter Epistolam, quae inc. *Siquis diuturni silentii &c.* & Epistolam, quae inc. *Legi orationem illam Bernardi &c.* edit. pag. 667. inseritur in Codice pag. 124. b. Epistola Ficini ad Leonardum Perusinum, quae inc. *Discipulus noster nimio musarum amore &c.*

Tandem omittuntur in Codice Epistola prima, quae inscribitur *Prooemium in Epistolas*, & inc. *Quoties Epistolae meae &c.* & Epistola ultima, quae inc. *Volui saepe, Soderine dulcissime &c.*

II. pag. 147. b. Sequuntur aliae tres Marsilii Ficini Epistolae, adscripto in margine superiori titulo: *Secundus Epistolarum Liber*. Prima ad Petrum Placentinum inc. *Misit te summus Pontifex &c.* Altera pag. 148. ad Rainaldum Vrsinum inc. *Superioribus diebus Petrus Placentinus &c.* Tertia pag. 149. ad Philippum Sacramorum inc. *Mitto ad te Religionem nostram &c.*

Clauditur Codex elencho Epistolarum iuxta seriem, quam in ipso obtinent, ab alia manu exarato; ac tandem in duobus foliis, quae vacua supererant in fine, recentissima manus exscripsit pauca quaedam de duplici Sacerdotis potestate, circa Poenas, & Censuras Ecclesiasticas &c.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. perspicuo charactere diligenter exaratus, cum titulis Epistolarum singularum rubricatis, & initiali primae Epistolae littera aurata & colorata. Constat fol. scriptis 156.

AMBROSII CAMALDVLENSIS EPISTOLAR. LIBRI XVIII.

Cod. CII.

AMbrosii Traversarii Eremitarum Camaldulensium Generalis Epistolae ad diversos a Michaële Monacho eius discipulo collectae, & in Libros XVIII. divisae. Praecedit eiusdem Michaëlis Monachi Prologus ad Cosmum Medicem. Inc. *Exegisti a me saepenumero pro tua in me benivolentia, Cosme, nostrae civitatis decus, atque totius Latii, & virtutis, & nobilitatis amplissimum ornamentum, ut nostri Ambrosii, viri per omnia integerrimi, & nostra aetate, cum latinae, tum graecae, & hebraicae linguae adprime eruditissimi Epistolas, passim per orbem fere universum dispersas, corpus in unum concluderem.* Des. *ne igitur tam pretiosum thesaurum absconditum, ac ferme sepultum, abiectumque negligatur a nobis, in te solum, qui a teneris annis illius mores, vitam, doctrinamque sectatus es, meae mentis oculos conieci, ut veluti industrius negotiator, tanti viri pretiosissimas minutias, in unam compagem colligas, atque componas = Rem profecto arduam, ac perdifficilem, Cosme, iniungis; quippe quum ego ex instituto meo, in Monasterio clausus, vagari pro mei habitus honestate non liceat, quanam tandem ratione de manibus, tum doctissimorum, tum imperitorum extorquere, ac eruere potero memorati Ambrosii Epistolas? Fretus tamen ope, & auxilio tuo, adgrediar, quod iniungis; siquid vero praeposterum offenderis, veniam dabis, quia non eodem tempore ad me illae delatae sunt, & ob id suum servare ordinem minime potui. Leges tamen illas attentius, vir clarissime, quia ex earum lectione addisces vitae illius sanctimoniam, constantiam in adversis, humanitatem quoque viri proculdubio singularem. Accipies igitur exiguum munus ab animo profectum tibi deditissimo, utque tui profecto in me amoris sit perpetuum monumentum. Vale. Explicit Prologus.* Libri I. Epist. I. ad Cosmum Medicem, inc. *Affectus sum singulari voluptate.* Libri XVIII. Epistola ultima Hieronymo suo inscripta, des. *Saluta Fratres nostros omnes, & praecipue Michaëlem, Augustinum, & reliquos. Vale. Ex nostro Monasterio Fontisboni XV. Decembris.* Tum rubris maioribus litteris adscriptum est: *Ambrosii viri doctissimi ad Hieronymum germanum suum Epistolarum Liber XVIII. & ultimus explicit feliciter. Deo gratias. Amen.*

Tandem Codicem claudit alia manu eiusdem Ambrosii Epistola Barptolemaeo suo de Vigliarana Faventino, cuius initium est: *Pervenit ad me, quosdam ex nostris autumare.* Des. *atque castissimae coniugi salutem dices ex me. Florentiae ex nostro Monasterio Sanctae Mariae de Angelis* XXIIII. *Aprilis* MCCCCXXXVIII. Lib. X. Ep. XIII. Post Ambrosii Traversarii obitum Cosmus Mediceus, Patriae Pater, Florentinae Reipublicae decus, qui a teneris annis Ambrosii mores, vitam, doctrinamque una cum Laurentio fratre imbiberat, auctoritate, qua pollebat maxima, Michaëli Monacho Camaldulensi suasit, ut tam pretiosum Epistolarum thesaurum absconditum, ac ferme sepultum, in unum colligeret atque componeret. Hic autem ille est Michaël Monachus Camaldulensis, ad quem plures Ambrosii Epistolae scriptae sunt Lib. XIII. ex quibus constat, ipsum fuisse voluminum, laborumque Ambrosii ad humaniores Musas spectantium custodem atque exscriptorem; arcanorum praeterea conscium, atque in partem suarum sollicitudinum vocatum. Michaël igitur Monachus, cui ab Ambrosio, dum adhuc in vivis esset, eadem provincia fuerat demandata, ut ex Epistolis constat Lib. XIII. Epp. XIV. & XV. post Ambrosii mortem, Cosmo Mediceo auspice, earum collectionem adornavit, eamque Cosmo inscriptam in Libros XVIII. digessit, prout exstat in hoc Codice, de quo, aliisque in variis Bibliothecis exstantibus verba facit Cl. Mehus in Praefatione ad

Digitized by Google

ad Epp. Ambrosii Camald. Florentiae typis Caesareis MDCCLIX. fol. pag. 11. seqq. qui consulendus.

Cod. membr. MS. Latinus in fol. Saec. XV. nitidissimus, diligentissime exaratus, cum initialibus coloratis. Constat foliis 355.

LEONARDI ARRETINI EPISTOLAE.

Cod. CIII.

COdex est anepigraphus, sed continet Leonardi Arretini Epistolarum Libros IX. quae eodem ordine procedunt cum iis, quae habentur in edit. Florentina anni MDCCXXXXI. 8. curante Laurentio Mehus, exceptis nonnullis defectibus, qui occurrunt in primo Codicis quinternione, Libri I. Epistolas continente, ut mox innuemus.

Epistola Codicis secunda ad Coluccium, quae inc. *Scripsi antea tibi &c.* ob defectum, inter pag. 1. & 2. desinit in verbis: *ad has quum respondere* . . . . . quae incidunt in pag. edit. 4. vers. 6.

Pagina Codicis secunda incipit a verbis ..... *vir pacificus, & mitis &c.* quae spectant ad Epistolam quintam, edit. pag. 9. vers. 18.

Pagina Codicis tertia a tergo desinit in verbis: *filius erat quidam Priami Regis*.... ..... quae pertinent ad Epistolam septimam, & incidunt in edit. pag. 14. vers. 12.

Pagina Codicis quarta incipit a verbis .....*compotem reddam &c.* quae spectant ad Epistolam quartam, & incidunt in edit. pag. 7. vers. 5.

Pagina Codicis quarta a tergo desinit in verbis: *res enim tota eo inscio transacta fuerat &c.* quae pertinent ad Epistolam quintam, & incidunt in pag. edit. 9. vers. 18.

Pagina Codicis quinta incipit a verbis .....*maximus natu. Is Dux & Imperator &c.* quae sunt Epistolae septimae, & incidunt in pag. edit. 14. vers. 13.

Pagina Codicis quinta a tergo desinit in verbis: *nomen suum suppressit adhuc*..... quae referuntur ad Epistolam octavam, & incidunt in pag. edit. 16. vers. 29.

Pagina Codicis sexta incipit a verbis..... *perfamiliaris & studiosus tui &c.* quae pertinent ad Epistolam decimamtertiam, & incidunt in edit. pag. 22. vers. 3.

In posterum nulli alii sunt defectus in Codice, & Epistolarum series eadem est atque in editione, nulla tamen Librorum distinctione adposita. Quum autem in iis, quoad initium & finem conferendis cum editis, aliqua identidem discrimina in nota temporis, quo scriptae sunt, animadverterimus, ea per ordinem subiicienda duximus.

Epistola igitur X. Libri II. Codicis pag. 13. b. data est *Id. Octobr.* MCCCCVII.

Epist. XI. pag. 15. data est *Idus Octobr.* MCCCCVII.

Epist. XIV. pag. ead. b. *Kal. Ianuar.*

Libri III. Epist. XVIII. pag. 32. VIII. *Kal. Ianuar. Romae.*

Libri IV. Epist. III. pag. 36. b. II. *Kal. Ianuar. ex Constantia.*

Epist. VI. pag. 39. *Florentiae* IV. *Kal. Decembr.* MCCCCXVI.

Epist. XIII. pag. 43. post verba *illis opus est. Vale*, in quibus desinit editio, habet haec alia: *ac Ramaldum meo nomine salvere iubeto. Iterum vale.*

Epist. XIV. pag. ead. data est *Florentiae Kal. Aprilis.*

Epist. XV. pag. ead. b. *Aretii Kal. Iunias.*

Epist. XVII. pag. 45. *Florentiae Idus Decembris.*

Epist. XVIII. pag. ead. b. *Florentiae* II. *Kal. Februarias* MCCCCXVI.

Libri V. Epist. IV. pag. 56. b. *Florentiae* II. *Kal. Februarias.*

Libri VI. Epist. I. pag. 65. b. *Nonas Octobris Florentia* MCCCCXXIX.

Epist. XI. pag. 77. incipit: *Lupo, quem mihi &c.*

Libri VII. Epist. VII. pag. 88. data est *Aretii* VI. *Idus Decembris.*

Epist. VIII. pag. ead. b. *Idus Decembris Aretii* MCCCCXXXVII.

Epist. IX. pag. 89. *Idibus Decembris Aretii* MCCCCXXXVII.

Libri IX. Epist. VIII. pag. 112. XV. *Kal. Aprilis Flor.*

Epist. IX. pag. ead. b. post verba *sunt spernenda* ita clauditur: *eos libros Caesarino nostro misi. Vale.*

Epist. XI. pag. 113. b. data est *Florentiae die quarta Septembris* MCCCCXLII.

Epist. XII. pag. 114. b. XII. *Septembris.*

Epist. XIII. pag. 115. XVII. *Octobris Florentiae.*

Et in hac Epistola absolvitur Volumen.

Codex membranaceus MS. Latinus in fol. min. Saec. XV. nonnullis in locis aquis pluvialibus inquinatus, charactere satis perspicuo & eleganti exaratus, litteris initialibus Epistolarum destitutus, vacuo spatio ad eas depingendas relicto, in cuius initio adscriptum est de more nomen *del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *Num.* 491. Constat fol. scriptis 115.

LEON. ARRETINI, POGGII, AMBR. TRAVERSARII, ET ALIOR. EPIST. ET OPVSCVLA.

I. pag. 1. REgistrum Epistolarum famosissimi Viri D. Leonardi de Arretio, viri clarissimi, ac Florentini Poëtae, ad plures amicos atque benivolos suos transmissarum, & alia quaedam Opuscula per eum e graeco in latinum conversa. Epistolae vero, quae asterisco notantur in margine, desiderantur in editione Florentina, curante Cl. Laurentio Mehus, typis Bernardi Paperini an. MDCCXLI. 8. *Cod. CIV.*

1. Coluccio Salutato. Inc. *Etsi sciam, quae tu nuper de me ad summum Pontificem scripsisti.* Exstat in cit. edit. Lib. I. Ep. III.

Digitized by Google

ubi post ultima verba: *praeter repulsam obtinere potuerit*, haec alia in nostro Codice subiunguntur; *Tu autem, si vera scribere curas, istam partem Epistolae corrigas; constructionem etiam, quae in principio est, ut imperfectam, ac male ornatam incudi reddas. Vale.*

II. pag. 2. Ad eumdem. Inc. *Vereor, mi Colucci, ne te poenituerit.* Des. *ut asseris. Vale, & me, ut adsoles, ama, quoniam recipere pertranseo.* Ibid. Lib. X. Ep. V.

* III. pag. 4. Eiusdem Petro suo, & ita se habet; *Vetus est cuiusdam sapientis sententia; etsi hac parte felicitatis expertes simus, quod patria nostra crebris fortunae ictibus dirupta est, & paene ad nihilum redacta; tamen hoc solatio fruimur, quod ea in civitate vivimus, quae ceteris omnibus longe antecellere, ac praestare videtur. Nam quum frequentia populi, splendore aedificiorum, magnitudine rerum gerendarum civitas haec florentissima est; tum & optimarum artium, totiusque humanitatis, quae iam penitus extincta videbantur, heic semina quaedam remanserunt, quae quidem in diem crescunt, brevi tempore, ut credimus, lumen non parvum adlatura. Qua in civitate utinam tibi habitare nobiscum una licuisset; non enim dubitamus, quin consuetudine mutua, studia nostra leviora fuissent, & iucundiora futura. Verum, quia, seu rationes rerum tuarum, seu fortuna quaedam sic voluit, ut tu a nobis invitus, ab invitis distrahereris, non potuissem sane tui desiderio non moveri, sed tum, quod reliquum ex te nobis est, eo nos quotidie avidissime fruimur; sic enim se res habet. Corpus tuum quidem a nobis montes & valles intermediae separant, memoriam vero atque charitatem, nec distantia loci, neque umquam a nobis separabit oblivio. Itaque nulla dies facere poterit; quin tua saepius in mentem nostram recordatio subeat. Sed quum semper nobis tua praesentia desideretur, tunc tamen maxime, quum aliquid illarum rerum agimus, quibus, dum tu aderas, delectari solebas; ut nuper, quum ad Coluccium* (idest *Salutatum*) *disputatum, non possum dicere, quantopere ut adesses desideravimus, motus profecto fuisses, tum rei, quae disputabatur, tum etiam personarum dignitate; scis enim Coluccio neminem fere graviorem esse. Nicolaus* (Niccolus) *vero, qui illi adversabatur, & in dicendo est, & in lacessendo acerrimus. Nos autem disputationem illam in hoc Libro tibi descriptam misimus, ut tu, licet absens, commodis nostris aliqua ex parte fruaris; in quo id maxime conati sumus, ut morem utriusque diligentissime servaremus. Quantum vero in ea profecerimus, tuum erit iudicium. Vale.*

* IV. pag. ead. b. Eiusdem Nicolao(*Nicolo*) suo. Inc. *Gravem & atrocem accepi nuntium, mi Nicolae, & qui maximum mihi vulnus inflixit, mortem scilicet patris nostri Coluccii, eloquentissimi omnium, & sapientissimi viri, quem ego multis lacrymis prosequutus sum ingenti cordis acerbitate. Non enim sine magno inexplicabilique dolore, luctuque, mors viri tam praestantissimi potest praetermitti, nisi velimus omnino, aut cordis esse ferrei, aut immemores tot, tantorumque officiorum, quae ipse, dum vixit, pro sua clementia, atque humanitate in nos contulit; quamquam hoc quidem est nobis commune cum multis, quos ille partim verbis amplissimis ornavit, partim sublevavit factis munificentissimis. Sed aliud quoddam est, quod nos omnes, qui sequimur studia haec humanitatis, compellit esse summo in maerore, ac luctu. Amisimus enim patrem, quem posthac non facile reperiemus; amisimus virum studiorum omnium studiosissimum; amisimus hominem nostri prae ceteris amantissimum; amisimus portum, ac refugium omnium eruditorum, lumen patriae, Hesperiae decus. Vidimus multos, multa legimus de quamplurimis clarissimis viris; at uno in homine tot dona naturae, tantam vim doctrinae, tot denique virtutes congestas numquam profecto reperire poteritis. In quo enim homine, ut omittam quantum iste valuerit vel sapientia, vel eloquentia; in quo, inquam, homine illius sanctissimi viri (neque enim aliter appellandus a nobis) tantam humanitatem reperies, affabilitatem, clementiam, festivitatem? quae quum dicerentur gravitate sententiae, & senectutis auctoritate, nihil nobis eius consuetudine, ac colloquio quivit esse iucundius. Vt omittam, quod pater communis erat omnium, & amator bonorum, quale illud, quod omnes, in quibus conspiciebat lumen aliquod ingenii, non solum verbis incendebat ad virtutem, verum multo magis tum copiis, tum libris suis iuvabat; quos ille, tamquam plena copia eorum* (sic), *non magis usui suo, quam extraneorum esse volebat. Ego tibi ea narro, quae tu multo, & prius, & melius nosti, quam ego. At iuvat in Coluccii sermone nostri versari, cuius de virtutibus, singularique eius in nos zelo, de munificentia, liberalitate, vitae sanctimonia, deque suae totius aetatis cursu, si vita supererit, alias latius conscribemus. Vale felix.*

V. pag. 5. b. Eiusdem Omnibono suo. Inc. *Nescio quibus verbis.* Des. *in tua potestate totum esse profiteor. Vale cum Domino.* Lib. I. Ep. XVII. ubi inscribitur *Panagatho.*

VI. pag. 6. Eiusdem Nicolao Nicoli, Inc. *Non puto opus esse.* Des. *in quo ut praevenire studeas, etiam atque etiam rogo. Vale.* Lib. II. Ep. X.

VII. pag. ead. b. Eiusdem Antonio Grammatico. Inc. *Rem supervacuam postulare videris.* Des. *atque improbandum esse dico. Vale.* Lib. I. Ep. XIV.

VIII. pag. 7. b. Eiusdem Nicolao Nicolo suo. Inc. *Egisti mecum pro cetera tua diligentia.* Des. *hoc specimen antiquitatis nequaquam fuisse praetermittendum. Vale. Arimini* X. *Kal. Martias.* Lib. II. Ep. IX.

IX. pag. 12. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Mit-*

Digitized by Google

Mitto tibi Orationes Ciceronis in Verrem &c. Exstat in cit. Lib. II. Ep. XIII. ubi post verba editionis *Rumores enim, qui afferebantur de Pontificis itinere, vani erant,* haec alia adiiciuntur: *praeteriti, vates praeclari, futuri inscii. Volumen Epistolarum Ciceronis, quod mecum portare nequivi, si tibi commodum, ad me transmittas, rogo. Vale, & mei memor esto.*

x. pag. ead. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Non ago tibi gratias pro iis pulcherrimis, & ornatissimis libris, quos mihi nuper dono dedisti; nam quum sanctissima lex amicitiae sit, quae iubet, inter amicos omnia esse communia, non video per huiusmodi donum, aut tu, abs te quidquid alienaveris, aut ego sim plusquam antea, adeptus. Nam ceteros libros omnes, qui penes te sunt, meos esse arbitror, et ego quoscumque habeo, non magis meos, quam tuos esse duco; de usu, fortasse inquies, non proprietate. Nihil reor in lege ipsa exceptum, atque eo minus in libris, quod illi nobis relicti sunt, quasi in communi quadam hereditate. Si tamen haec nomina liberalitatis te delectant, ne ipse inferiori loco sim, duo illa volumina Ritio nostro dedi ad te perferenda, Decadem unam Livii de Bello Punico secundo ex vetustissima scriptura, & Librum Aurelii Augustini de Baptismo, & hunc ipsum vetustum, tibi dono do, atque largior. At donum tuum libenter accipio. Dices: quemadmodum vero illos habueris, scire praecupio. Non est id quidem necessarium; tamen, si tibi placet, breviter enarrabo. Librum de Baptismo Summus Pontifex mihi largitus est. De Decade autem, ut tibi nota sint, paullo superius repetendum videtur. Pollicitus fuerat mihi Romanus quidam civis lapillum cum Narciso in aqua sese vidente, quem aiebat Hostiae dum foderetur, inventum. Hunc ego laeto animo exspectabam, ut tibi, qui horum studiosus esses, gratificarer. Statuerat enim illum ad te mittere quamprimum. Verum mihi iste, qui promiserat, differendo, atque mentiendo, fidem fregit; & ego tandem fatigatus, prosequi destiti. Alter quidam sponte sua, atque ultro veniens ad me, hanc Decadem mihi legendam offert. Capio libenter, lego, placet. Caepi ipse mecum agitare, faciendum ne esset, ut perfide in Narciso rupta, ego alteri non servarem in Livio. Videbam esse iniustum; cupiditas tamen superabat. Itaque in illam deveni sententiam, ut una cum Euripide dicerem: nam si iuris violandum est, librorum gratia violandum est, ceteris in rebus servata fide. Accessit, quod libri dominus, non satis eruditus in his studiis erat nostris, & quod ego paratus eram pecuniam dare; quare, vel ipsa iura mihi quodammodo concedere, ac veniam dare videbantur. Quidquid sit, ego tibi mitto, atque dono pro Narciso; si quid molestiae erit, nihil ad te; sine in me haec cudatur faba; aut pecuniam capiat, alias nihil. Habes iam satis, ut opinor, de Libris. Orationem Demosthenis pro Ctesiphonte totam converti; sed antequam prodire sinam, volo diligenter mundetur; ex Graecia enim in Latium longa est via; quod igitur pulveris, coenique in peregrinando contraxerit, volo abstergere, ut tamquam puella coniuganda, politam se, ac nitidam exhibeat. De Bibliotheca Casmatrii (sic) quid actum sit, Poggius noster tibi narrabit. Petrus Mianus, homo doctissimus, factus est mihi valde familiaris; is mihi promisit, quidquid Librorum Graecorum habet, se ob meam caussam facturum, ut Romam feratur; quod ego avidissime exspecto; habet enim, ut mihi asserit, Plutarchi, & Xenophontis quaedam volumina; sperat etiam se habere posse Libros quosdam Plotini de Virtutibus Heroicis; quidquid erit, faciam te certiorem. Cum Legatis Florentinis ita versatus sum, ut arbitrer me illis satis probasse, quamquam multa omisi, ne ambire aut captare viderer. Legatio fuit illa illustris, ut postquam Romae fui, nihil hanc urbem adierit luculentius. Episcopus Fesulanus elegantissime oravit, de quo alias ad te scribam. Vale.*

* xi. pag. 13. b. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Magna animi aegritudine.* Des. *ex aliis tabellae finibus. iv. Kal. Nov. tuus iterum quantus vis.*

* xii. pag. 14. Eiusdem Laurentio. Inc. *Sollicitus eram, mi Laurenti.* Des. *quam nova in verba iurare. Vale.*

* xiii. pag. ead. b. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Quantam ex tuis litteris perceperim voluptatem.* Des. *reintegratio est amoris. Vale.*

* xiv. pag. 15. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Saepius ad te scriberem.* Des. *non mediocrem percipietis utilitatem. Vale.*

* xv. pag. ead. b. Eiusdem Epistola anepigrapha. Inc. *Posteaquam a gravissimis opportunitatibus meorum studiorum respirare concessum est.* Des. *magnam voluptatem conficere. Fac valeas.*

* xvi. pag. 16. b. Eiusdem Petro Miano suo Epistola. *Nudiustertius, quum ad Curiam revenissem, fueram enim quamplures dies Arretii commoratus, ut & me ipsum colligerem, & meos, ac mea viderem; sed quum revenissem, redditae sunt mihi suavissimae litterae tuae, per quas intellexi id, quod maxime optabam, te incolumem Venetias pervenisse, & quod perpetuum sit, bene valere. Fuerunt haec mihi gratissima, & recte atque ex officio te fecisse arbitror, quod illa mihi significare curasti. Illud & non minus officiosum, quod Thucydidem, quem legere per has vigilias cupiebam, mihi e vestigio deferendum tradidisti, quodque per cedulam tuam me certiorem fecisti, quantum librorum graecorum apud te foret, addita liberali oblatione, ut vel omnes, si opus esset, meo arbitratu acciperem. Ago tibi gratias ingentes, servaboque in his amicitiae legem, quae iubet inter amicos omnia communia. Ad praesens vero satis fuit Thucydidem habuisse. Illud vero admiratus sum in Parallelis Plutarchi non esse Catonem, quem*

Digitized by Google

magnopere habere cupiebam, ut eius vitam iampridem a me in latinum conversam, nondum tamen editam, expolirem, Suspicor enim quasdam fuisse mendas in eo libro, a quo sumpsi; itaque efferre nolui, ne quis libri culpam, in meam ruditatem transferret. Quare videas precor diligenter, sicubi iste Cato apud te lateret, & indignatus fortasse mores nostrorum temporum, sese in aliquo angulo domus tuae occultaret = Librum Xenophontis de Cyri infantia, quem tu fore apud Demetrium arbitrabare, cupio scire an habere possemus. Item si quos alios libros apud ipsum reperias, de omnibus cupio fieri per tuas litteras certior. Quod significas te de his rebus, quas inter nos commenti fuimus, diligentiam adhibuisse, & adhibiturum esse, est id quidem ex tua solita charitate. Et certe magnitudo animi, & altitudo consiliorum tuorum, & illa singularis & praecipua in rebus industria, quam in te spectatam habeo, & cognitam, facit, ut sperem, te annitente, omnia adsequi posse. Si mihi continget una tecum vivere, beatum me fore arbitrabor tanti viri contubernio. Vale.

XVII. pag. 17. Eiusdem Omnibono suo. Inc. *Solent qui errati veniam petunt.* Des. *errare perseverant. Vale.* Lib. X. Ep. IV. ubi inscribitur *Panagatho.*

XVIII. pag. ead. b. Eiusdem Petro suo Miano. Inc. *Iamdiu nihil magis oratorium.* Des. *altera pars in Portu Veneris esse debeat. Vale Senis.* Lib. II. Ep. XV.

II. pag. 18. b. Xenophontis Philosophi Tyrannus e graeco in latinum conversus per eumdem Leonardum de Arretio Poëtam Florentinum. Praecurrit Prologus ad Nicolaum Nicolum, cuius initium est: *Xenophontis Philosophi quemdam Libellum, quem ego, ingenii exercendi gratia, ex graeco sermone in latinum converti, ad quem potius, Nicolae, scriberem, quam ad te &c.* Finis: *nullo modo ausi sumus attingere. Vale, Leonardus Arretinus.* Liber inc. *Quum ad Hieronem Tyrannum Simonides poëta aliquando venisset.* Des. *felix enim quum sis, nemo tibi invidebit.* Exstat & in Biblioth. Laur. Plut. LXV. Cod. XV. Catal. T. II. pag. 733. §. III.

III. pag. 32. Ioannis Boccaccii Fabula Principis Salernitani in latinum ex vulgari sermone per eumdem Dominum Leonardum de Arretio reducta, cum Epistola nuncupatoria ad Bindaccium Ricasulanum virum praestantissimum. Inc. *Quum saepius mecum egisses.* Des. *quae in manus exeant aliorum. Vale.* XV. *Ianuarii* MCCCCXXXVI. Fabula inc. *Tancredus fuit Princeps Salernitanus, vir mitis quidem, ac benigni ingenii.* Des. *in eodem sepulcro sepeliri ambos fecit.* Haec versio edita fuit Turon. in 4. in domo Archiepiscopi an. MCCCCLXVII. prid. Kal. Ian. ut habet Mattairius Tom. I. Annal. pag. LII.

IV. pag. 39. Aeschinis Oratoris illustrissimi, & viri egregii ad Athenienses Oratio per eumdem D. Leonardum Arretinum e graeco in latinum conversa. Inc. *Reminiscor, Athenienses, Alexandrum hac in nostra urbe liberalibus studiis instructum.* Des. *supplicesque invenerit.* De hac, & sequentibus Orationibus e graeco sermone a Leonardo in latinum traductis ne verbum quidem habet Cl. Mehus in Praefatione ad Epistolas Leon. Arretini Flor. impressas pag. LXXVIII. seqq.

V. pag. ead. Demadis Oratoris clarissimi, atque Philosophi ad Athenienses Oratio, interprete eodem. Inc. *Admirans vehementer admiro.* Des. *et consiliis vacuam facilius diripiat.*

VI. pag. ead. b. Demosthenis Graecorum Oratoris maximi ad Athenienses Oratio, eodem interprete. Inc. *Apud vos in quaestione verti video.* Des. *similes simus Thebanis.*

VII. pag. 40. Eiusdem ad Alexandrum Macedoniae Regem Oratio, interprete eodem. Inc. *Nihil habes, Rex Alexander, vel fortuna tua maius, quam, ut possis &c.* Des. *quum haec feceris, consequutus es.*

VIII. pag. 42. Registrum Litterarum obedientialium, tam iustitiae, quam aliorum quorumcumque negotiorum apertarum sub sigillo Officii & apodia annuli Reverendissimi in Christo Patris & Domini D. Ambrosii sacrae Camaldulensis Eremi Prioris, totiusque Ordinis Generalis.

I. Ambrosius S. Camaldulensis Eremi Prior venerabili fratri nostro Francisco Abbati Monasterii S. Agathae, nostri Ordinis Camaldulensis, salutem in Domino & tolerantiam salutarem. Inc. *Quoniam ex debito nostri officii.* Des. *fac grato animo feras. Ex nostra sacra Eremo* VIII. *Decembris.* In edit. Flor. Lib. XXII. Ep. I. ubi inscribitur: *ad Franciscum Abbatem S. Trinitatis Montis Herculis.*

II. pag. 43. Eiusdem Anselmo Abbati S. Theomnesti. Inc. *Impositum humeris nostris onus.* Des. *valere in Domino cupimus, charissime nobis. Ex sacra Eremo.* VIII. *Octobris.* Ibid. Lib. XXII. Ep. III.

III. pag. ead. b. Eiusdem Domino Matthaeo de Corniolo, Priori Monasterii de Cellis Ordinis nostri. Inc. *Ex iniuncta nobis Pastoris cura.* Des. *annuli nostri sigillo munivimus. Die* VIII. *Octobris* MCCCCXXXI. *dat.* ut supra. Lib. eod. Ep. II.

IV. pag. 44. b. Eiusdem Domno Bartolemaeo Monacho Monasterii nostri S. Mariae de Agnano. Inc. *Ex debito nostri officii adstringimur.* Des. *iussimus registrari.* Ibid. Ep. IV. ubi additum est: VIII. *Id. Dec.*

V. pag. 45. Eiusdem Domino illustri, semperque magnifico Francisco Comiti Puppii. Inc. *Quam grate, quam suaviter affectus sim.* Des. *ut tibi ad memoriam revocaret, imperavi. Vale, mi amantissime Domine. Ex nostra Eremo* VIII. *Decembris.* Ibid. Lib. V. Ep. VIII.

* VI.

Digitized by Google

* VI. pag. 46. Eiusdem Priori Ioanni. Inc. *Accepi litteras sanctae dignationis tuae laetus*. Des. *te autem Deus noster aevo longiore tueatur, mi Domine amantissime. Arretii* XII. *Dec.*

VII. pag. 47. b. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Bonus odor Christi*. Des. *& mihi semper, venerande Pater. Arretii ex nostro Monasterio S. Mariae in Gradibus* XII. *Dec.* Lib. II. Ep. III. ubi in fine legitur: XV. *Dec.* MCCCCXXXI.

VIII. pag. 48. b. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Accepi ex nostro Sepulcro litteras humanitatis tuae*. Des. *Patrem meum Abbatem S. Iustinae ut meo nomine salutes, precor. Vale, mi amantissime Pater. Arretii. Dat.* ut supra &c. eadem die. Lib. IV. Ep. III.

IX. pag. 49. b. Eiusdem Barptolemaeo Priori S. Gaudentii, & Monacho nostri Monasterii S. Mariae de Agnano. Inc. *Quia comperimus, te in Religionis nostrae dedecus*. Des. *registrari fecimus, anno &c. die* XVI. *mensis Dec. Arretii ut supra*. Lib. XXII. Ep. V. ubi datum legitur IV. *Kal. Ian.*

* X. pag. 50. Eiusdem Iacobo fratri suo in Christo dulcissimo & amantissimo. Inc. *Quanto maerore meo legerim*. Des. *& dulces fratres nostros, ac filios, & me ipsum. Arretii ex nostro Monasterio S. Mariae in Gradibus* XV. *Dec.*

XI. pag. 52. b. Eiusdem Hieronymo fratri. Inc. *Scripsi ad te nudiustertius*. Des. *aliunde namque desiderio illius satisfaciet. Vale amantissime frater. Arretii*. Lib. XI. Ep. X. ubi legitur XV. *Dec.* MCCCCXXXI.

XII. pag. 54. Eiusdem Augustino dilectissimo & charissimo suo. Inc. *Non excidit mihi*. Des. *utque pro me orent, deprecare. Arretii ex nostro Monasterio S. Mariae in Gradibus* XV. *Kal. Ianuarii*. Lib. XII. Ep. II.

XIII. pag. 55. b. Eiusdem Domino Iacobo Abbati Monasterii S. Mariae de Agnano. Inc. *Quod antea scripsi*. Des. *iuvenem plane bonum commendo tibi. Vale amantissime frater. Arretii* XVIII. *Dec.*

XIV. pag. 56. Eiusdem Domno Blasio Priori Mon. S. Clementis. Inc. *Venit ad nos amantissimus noster, ac venerabilis frater D. Iacobus electus Abbas Mon. S. Mariae de Agnano*. Des. *illis revocare ad memoriam. Vale in Domino, Pater charissime. Ex nostro Monasterio Fontis Boni* XIX. *Dec.* Lib. XVIII. Ep. XVIII.

XV. pag. 57. b. Eiusdem amantissimo fratri nostro Eustachio Abbati Monasterii Vallis Castri. Inc. *Statueramus ex debito officii nostri Romam pergere*. Des. *cupimus & oramus. Vale Pater. Dat. ibid.* XXVIII. *Dec.* Lib. XVI. Ep. I.

XVI. pag. ead. Domno Paschasio Abbati Monasterii S. Io. Evangelistae. Inc. *Litteras, quas Ven. fratri Abbati Vallis Castri dirigimus*. Des. *recreetur spiritus meus. Vale chariss. Pater. Dat. ibid.* XXVIIII. *Dec.* Lib. XVIII. Ep. V.

XVII. pag. 58. b. Anepigrapha. Inc. *Veni Florentiam incolumis*. Des. *& familiam omnem saluta meo nomine. Ex nostro Monasterio S. Mariae de Angelis* XIII. *Nov.* Lib. XVI. Ep. VII. ubi legitur XVIII. *Kal. Febr.*

XVIII. pag. 59. Priori Mon. Camaldulini. Inc. *Quum mense Octobris proxime praeterito*. Des. *valeat in Domino dulcis fraternitas tua. Ex nostro Monasterio Fontis Boni, ultima Dec.* Lib. XXII. Ep. VI. ubi legitur II. *Kal. Ian.*

XIX. pag. ead. b. Anepigrapha. Inc. *Accepi, vir magnifice, litteras nobilitatis tuae*. Des. *morem gerere cupimus. Valere te bene cupimus, vir magnifice. Dat. ibid. die ultima Dec.* Lib. V. Ep. XXI. ubi inscribitur *Francisco de Fano Praefecto Britonori*.

XX. pag. 60. Dilectissimis fratribus & amicis, Parochianis, & aliis Gubernatoribus nostri Mon. S. Mariae de Vrano. Inc. *Litteras vestrae unanimitatis laetus accepi*. Des. *faciam enim id libentissime. Valete in Domino. Dat. ibid. sec. Kal. Ian.* Lib. XXII. Ep. VII.

XXI. pag. ead. b. Domino Petro de Citerna. Inc. *Binis iam tuis litteris commoniti &c.* Lib. XXII. Ep. VIII. ubi differt in fine; in Codice enim post verba *libertatem nostram tueri pro viribus intendimus*, adduntur haec: *accepimus item litteras Officialium Montis a te missas. Vale fili. Ex nostro Mon. Fontis Boni ultima Decembris*.

XXII. pag. 61. Iacobo Abbati Monasterii S. Mariae de Agnano. Inc. *Cogitavi mecum*. Des. *quanta vultis promitto. Vale in Domino, mi frater. Dat. ibid.* II. *Kal. Ian.* Lib. XIV. Ep. XV.

XXIII. pag. ead. b. Patri Ioanni. Inc. *Scripsi sanctae dignationi tuae, quum Arretii essem, eligendi Abbatis gratia, qui seni certior factus, te in antiqua nostra caritate persistere &c.* Des. *Abbas noster te salutat plurimum. Romae* XIII. *Martii*. Lib. II. Ep. V. sed post verba *qui seni* differt prorsus ab edita, ita ut ea quae sequuntur usque ad finem, ad aliam Epistolam pertinere opinemur.

XXIV. pag. 62. b. Eugenio Pontifici IV. Inc. *Scribere ad te*. Des. *se ut tibi commendarem postulavit, quod & facio. Florent. ex nostro Mon. Angelorum*. X. *Martii*. Lib. I. Ep. I.

XXV. pag. 66. Domno Matthaeo Camerario. Inc. *Non possum non mirari*. Des. *qui consolari cupit in vobis. Romae* XIV. *Martii*. Lib. XVI. Ep. X.

XXVI. pag. 67. Venerabilibus fratribus nostris Maioribus &c. sanctae Camaldulensis Eremi. Inc. *Scripsit ad nos nuperrime*. Des. *& se vobis commendant. Valete in Domino, fratres amantissimi. Romae* XIV. *Martii*. Lib. XVI. Ep. XIX. ubi legitur *Idibus Martii*.

XXVII. pag. ead. b. Hieronymo fratri charissimo. Inc. *Gratae mihi fuerunt litterae vestrae*. Des. *volo ut placeat. Vale denuo*. Lib. XI. Ep. XXIII.

XXVIII. pag. 69. Ad eumdem. Inc. *Redeuntem*

Digitized by Google

tem ad vos Iacobum nostrum, sine litteris meis venire passus non sum. Des. *omnesque mea benedictione confirma. Romae* VII. *Kal. Aprilis.* Lib. XI. Ep. XXIV.

XXIX. pag. 70. b. Ad eumdem. Inc. *Non debui pati.* Des. *omnes ex affectu benedico. Romae* X. *Aprilis.* Ibid. Ep. XXVI.

XXX. pag. 71. Ad eumdem. Inc. *Non possum non affici maerore.* Des. *reddendas curabis litteras, quaeso.* Ibid. Ep. XXVIII.

XXXI. pag. 72. Ad eumdem. Inc. *Hac hora litteras tuas laetus accepi.* Des. *hortetur, orabis. Vale, mi frater amantissime. Ex Vrbe* XXI. *Aprilis. Occupatus multum scribo, agnosce.* Ibid. XXIX..

XXXII. pag. 73. Ad eumdem. Inc. *Venimus qua die profecti sumus a vobis.* Des. *diligentiore inquisitione.* Ibid. Ep. XXXIV.

XXXIII. pag. 74. Ad eumdem. Inc. *Postquam veni ad Monasterium nostrum.* Des. *periculi vitandi gratia. Vale denuo.* Ibid. Ep. XXXIII.

XXXIV. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Accepi proxime litteras tuas.* Des. *hinc respondeas. Vale, amantissime frater. Ex Eremo nostra* III. *Kal. Iulias.* Ibid. Ep. XXXV.

XXXV. pag. 77. Ven. fratri nostro D. Matthaeo. Inc. *Scribimus Ven. fratribus nostris Eremitis, significantes, nos fratrem Hieronymum de Balneo ab Eremo removisse omnino.* Des. *aut scribere audeat. Vale in Domino &c. Florentiae ex nostro Monasterio S. Mariae de Angelis* XXVI. *Iunii.* Lib. XVI. Ep. XI.

XXXVI. pag. ead. b. D. Matthaeo Camerario nostro. Inc. *Litteras tuas, in quibus, ne per singula respondere opus sit.* Des. *professus est. Vale frater. Florentiae &c.* Lib. XVI. Ep. XII. ubi legitur *Florentiae ex nostro Mon. Kal. Iul.* MCCCCXXXII.

XXXVII. pag. 78. Ad eumdem. Inc. *Dolemus, reditum nostrum.* Des. *percipere merito possis &c. Florentiae* III. *Idus Iulii.* Lib. XVI. Ep. XIII.

XXXVIII. pag. ead. b. Ad eumdem. Inc. *Accepimus statuta hominum nostrorum de Mogiona.* Des. *salutat te Hieronymus frater, qui mecum est &c. Florentiae* XV. *Kal. Aug.* Lib. XVI. Ep. XIV.

XXXIX. pag. 80. Ven. fratri nostro Sebastiano. Inc. *Litteras fraternitatis tuae mihi reddidit.* Des. *si admonitio lenta non sufficit. Ex nostro Mon. Fontis Boni* III. *Nonas Octobris,* Lib. XVII. Ep. XVIII.

* XL. pag. ead. b. Priori sancti Damiani de Bononia. Inc. *Quum a Ven. fratre nostro Priore S. Mariae de Angelis sciscitarer.* Des. *commendatum habeas. Dat.* ut supra v. *Octob.*

XLI. pag. 81. D. Augustino de Bononia Monacho professo nostri Ordinis. Inc. *Ven. frater noster Prior S. Mariae de Angelis.* Des. *percipere possis meritam laudem. Dat. in nostro Mon. Fontis Boni* IX. *Octobr.* MCCCCXXXII. *ind.* XI. Lib. XXI. Ep. XIV.

XLII. pag. ead. b. Fr. Ambrosius (ut heic se dicit), Dei & Apostolicae Sedis gratia S. Camaldulensis Eremi Prior, & totius Ordinis ipsius Generalis &c. Iacobo Priori Mon. *S.* Mariae de Angelis de Bononia &c. Inc. *Iniuncti nobis cura regiminis.* Des. *registrari fecimus. Dat.* ut supra v. *Octobris* MCCCCXXXII. *ind.* XI. Lib. XXII. Ep. XV.

XLIII. pag. 82. Ad eumdem. Inc. *Retulit nobis Ven. fr. noster, harum lator.* Des. *praecipe bona fiducia. Vale &c. Dat.* ut supra v. *Oct.* Ibid. Ep. XIII. ubi inscribitur: *Ad Petrum Camaldulini Bononiae.*

XLIV. pag. ead. b. D. Vgolino. Inc. *Non possumus non ferre graviter.* Des. *ne desideret modum. Dat.* ut supra v. *Octobris.* Lib. XI. Ep. XII.

XLV. pag. 83. b. Ven. fr. nostro Mariotto. Inc. *Advenientem ad vos Ciardum graecum, nostrorum custodem.* Des. *te certiorem faciemus. Vale in Domino. Ex Eremo nostra* VIII. *Aprilis.* Lib. XV. Ep. XLVIII.

XLVI. pag. 84. Ad eumdem. Inc. *Fecit infirmitas nostra.* Des. *quarta ipsius parte. Vale in Domino. Ex nostro Mon. S. Benedicti* IV. *Ian.* Lib. XV. Ep. XXXIII.

XLVII. pag. ead. b. Ad eumdem. Inc. *Quoniam certiores facti sumus.* Des. *vel ex itinere scripsimus addere. Vale in Domino. Ex nostro Mon. Fontis Boni* IV. *Iulii.* Lib. XV. Ep. XLVII.

XLVIII. pag. ead. Ven. fr. nostro Augustino. Inc. *Convaluimus ex infirmitate nostra.* Des. *remitto. Florentiae Kal. Iunii.* Lib. XII. Ep. XXXVI.

XLIX. pag. 85. Venerab. fratribus nostris Antonio Abbati S. Viti, & Augustino Priori S. Mariae de Rosa. Inc. *Barptolemaeus pictor harum portitor est.* Des. *et amore nostri impendetis. Valete in Domino. Florentiae* XXX. *Aug.* Ibid. Ep. XXXVII.

L. pag. ead. Mariotto suo. Inc. *Litteras tuas legi perlibenter.* Des. *quanta licet instantia. Vale in Domino. Bononiae* XXIII. *Decembris.* Lib. eod. Ep. XLIII.

LI. pag. ead. b. Ad eumdem. Inc. *Matthaeus ille noster.* Des. *aut quinque tabulas ei consignetis. Vale. Ex sacra Eremo* VII. *Aprilis.* Lib. XV. Ep. XLI.

LII. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Posteaquam a nobis digressi estis.* Des. *Prioresque nostros ex nobis saluta.* Ibid. Ep. XLII.

LIII. pag. 86. b. Ad eumdem. Inc. *Scripsimus ad te ex Basilea.* Des. *ut salutes volo. Vale in Domino, frater charissime: Ex Alba Regali* XXI. *Dec.* Ibid. Ep. XL.

LIV. pag. 89. Ad eumdem. Inc. *Paucis ante diebus.* Des. *& fili nobis merito observande. Ex nostro Monasterio S. Michaëlis Arretii* XIII. *Martii.* Ibid. Ep. VIII.

LV. pxg. 90. Ad eumdem. Inc. *Litteras tuas legimus.* Des. *praecipuo affectu. Vale in Domino, neque ad nos proficiscaris, nisi evoceris. Florentiae* XXX. *Ianuarii.* Ibid. Ep. XLIV.

LVI. pag. ead. b. Ven. fratri nostro Saba-

Digitized by Google

batino. Inc. *Redeunte ad nos Mariotto*. Des. *quod iustitiae esset. Vale in Domino, & nos dilige, qui te diligimus, etiamsi nolis. Ex nostro Monasterio Fontis Boni* XXIII. *Dec.* Lib. XVII. Ep. XXXIII.

LVII. pag. 92. Ad Mariottum. Inc. *Legimus litteras tuas*. Des. *ratio habeatur. Ex nostro Monasterio S. Mariae de Angelis* XVIII. *Maii*. Lib. XV. Ep. XLV.

LVIII. pag. ead. b. Ven. fratri nostro Silvestro. Inc. *Iuvenis iste harum portitor*. Des. *commenda nos Patri Monasterii, & fratribus omnibus. Vale in Domino. Ex Eremo nostra* XVI. *Maii*. Lib. XIV. Ep. XXIV.

LIX. pag. 93. b. Ven. fratri nostro Silvestro. Inc. *Accepimus litteras tuas, quibus de rebus fr. Dominici Prioris sententiam explicas*. Des. *& fratrum omnium precibus. Vale in Domino. Ex nostro Monasterio Fontis Boni* XXVIII.. *Aprilis*. Lib. eod. Ep. XXIII.

LX. pag. 94. Mariotto. Inc. *Legimus hilares litteras tuas*. Des. *si velit, dimitte. Senis* III. *April.* Lib. XV. Ep. XXXIV.

LXI. pag. ead. b. Ad Ioannem. Inc. *Ex quo abs te profectus sum*. Des. *satisfiat votis vestris. Vale mi Pater*. Lib. IV. Ep. V.

LXII. pag. 95. Patri Sebastiano. Inc. *Ex quo heri profectus a nobis es*. Des. *verecundiaeque meae consulas*. Lib. XVII. Ep. I.

LXIII. pag. ead. b. Ad Mariottum. Inc. *Legimus litteras tuas, multumque sumus admirati*. Des. *benedictionemque omnibus ex corde plenissimam. Ex nostro Mon. Fontis Boni* XXVI. *Iunii*. Lib. XV. Ep. XLV.

LXIV. pag. 96. b. Sebastiano. Inc. *Hac hora*. Des. *nos diligere dignantur. Vale, mi Pater. Flor.* XXII. *Iulii*. Lib. XVII. Ep. III.

LXV. pag. 97. Augustino. Inc. *Venientem ad te*. Des. *optatum finem dare. Vale in Domino. Flor.* XVIII. *Martii*. Lib. XII. Ep. XLVIII.

LXVI. pag. ead. b. Sebastiano. Inc. *Dum remearet ad te*. Des. *Hieronymus frater de Opido salutat. Vale, mi amantissime Pater. Flor. ex nostro Mon.* V. *Id. Nov.* Lib. XVII. Ep. VI.

LXVII. pag. 98. Augustino. Inc. *Frater iste reddidit nobis tuas litteras*. Des. *subsequatur & poenitentia. Vale in Domino. Florentiae* XXV. *Iunii*. Lib. XVII. Ep. XLIX.

LXVIII. pag. ead. Domno Benedicto. Inc. *Accepimus gratae fraternitatis tuae litteras*. Des. *scribere admisimus. Vale denuo. Ex nostro Monasterio Fontis Boni* XIV. *Octobr.* Lib. XXI. Ep. XVIII.

LXIX. pag. ead. b. Gomezio Patri. Inc. *Vndique arctor angustiis, ac difficultatibus premor*. Des. *vel tertium addere dignetur, oravi. Vale denuo. Ex nostro Mon.* XII. *Februarii*. Lib. IV. Ep. VIII.

LXX. pag. 99. Augustino. Inc. *Non excidit mihi*. Des. *pro me orent, deprecare. Arretii ex nostro Mon. S. Mariae in Gradibus* XV. *Kal. Ian.* Lib. XII. Ep. II.

LXXI. pag. 100. b. Patri meo Lucae. Inc. *Venimus heri Camaldulum*. Des. *eorumque precibus commendari. Vale in Domino. Ex Camaldulo* I. *Kal. Nov.* Lib. XIV. Ep. III. ubi legitur II. *Kal.*

LXXII. pag. 101. Ad eumdem. Inc. *Heri scripsi litteras dignationi tuae*. Des. *egeo enim ope consilioque fideli. Vale amantissime Pater. Ex nostro Monasterio Fontis Boni* II. *Nov.* Ibid. Ep. V.

LXXIII. pag. ead. b. Hieronymo fratri. Inc. *Hac hora litteras tuas laetus accepi*. Des. *ad bene vivendum hortetur, orabis. Vale mi fr. amantiss. Ex Vrbe* XIII. *Kal. Maias*. Lib. XI. Ep. XXIX.

* LXXIV. pag. 102. b. Ad eumdem. Inc. *Non possum non affici maerore*. Des. *cantare cogor in terra aliena. Vale dulcissime fr. Ex Vrbe* XI. *April.*

LXXV. pag. 103. b. Ad eumdem. Inc. *Commendo tibi*. Des. *laetiore in dies spe. Ex nostro Mon. Fontis Boni* VIII. *Id. Aug.* Lib. XI. Ep. XXXVIII.

LXXVI. pag. 104. b. Ad eumdem. Inc. *Agitaveram animo*. Des. *Ven. Abbas noster, & Dominicus te impendio salutant. Ex nostro Mon. Fontis Boni* XVI. *Kal. Ianuarii*. Lib. XI. Ep. LIII. In calce huius Epistolae & paginae adpositum est sequens monitum, cuius ultima verba incuria bibliopegi recisa sunt: *Aliae quamplures praefati & sancti viri fratris Ambrosii Epistolae, manu mei Benedicti Biffoli, Tabellionis Florentini, in ultimo huius Libelli scriptae sunt in ipsius praelibati sacerdotis memoriam, quem cognovi.....*

IX. pag. 106. Commissio a Ianuensibus Francisco Spinula Concivi suo, & eiusdem populi Admirato, ac Classis Duci, quum esset in amicitia Philippi Mariae Angli Ducis Mediolani contra Venetos, & Florentinos. Inc. *Barptolemaeus sanctae Melanensis* (sic) *Ecclesiae Archiepiscopus, Ducalis Ianuensium Gubernator, & Consilium Antianorum, ac Officium Baliae Civitatis Ianuae committimus ac in mandatis damus, ut infra: Vobis spectabili & praestantissimo viro Francisco Spinula Admirato nostro, Deo Duce, contra Venetos, & Florentinos hostes nostros Classem ducturo. Si qua certe in rebus nostris*. Des. *verum, quia & loca, & tempora, mutationes rerum, multa in dies pariunt novis consiliis indigentia, ea huiusmodi arbitrio vestro plene relinquimus; praesentia enim, & prudentia vestra, & eorum, quibuscum navigaturi estis. Laus Deo.* (sic)

X. pag. 110. Epistola (1)..... ad Eugenium Pastorem S. Romanae Ecclesiae de moribus Romanorum. Inc *Romani ante omnia sapientes sunt, ut faciant mala*. Des. *Interdum docta plus valet arte manus.*

XI. pag. ead. b. Epistola (1)..... Inc. *Morbasanus Heberi Vesi cum fratribus Cerebi & Vusbahic Imperatoris, Organi collaterales pugilles, & in partibus Achaiae Domini magno*

(1) Spatium vacuum relictum est in Codice.
(2) Heic quoque spatium vacuum relictum est.

Digitized by Google

gno Sacerdoti Romanorum iuxta merita dilectionem. Nuper auribus nostris innotuit, quod in partibus Italiae, ad preces & postulationes Venetorum, in Basilicis vestris facitis publice divulgari, quod quicumque sumpserit arma contra nos, & nostros, suorum in hoc saeculo remissionem peccatorum, eisque beatam vitam promittitis in futurum. Des. & Dalmatiam visitare. Datum an. Machometi VII. XLX. *Iatroini mensis Celden* (sic). Italice occurrit in Catal. nostro Codd. Lat. & Ital. Tom. V. pag. 66. §. XXI. & alibi.

XII. pag. 111. b. Poggii Epistola ad Leonardum Arretinum de Hieronymo Hus combusto Constantiae. Inc. *Poggius P. S. dicit Leonardo Arretino. Quum pluribus diebus ad balnea fuissem, scripsi ad Nicolaum* (scilicet *Nicolum*) *nostrum Epistolam, quam existimo te lecturum.* Des. *sed nolui esse nimium loquax. Vale, mi iucundissime Leonarde. Constantiae* III. *Kal. Iunias, quo die Hieronymus poenas luit.* Legitur inter Poggii Opera in Biblioth. Marucell. exstantia, impressa in fol. sine loco & anno pag. LXX. b.

XIII. pag. 116. Dialogus Luciani, latinus factus ab Aurispa viro aetatis nostrae suavissimo, atque doctissimo. Inc. *Caron. Audite, quo quidem pacto nostra se negotia habeant; parua enim, ut videtis, ac vetus nobis est navicula, nimiaque fatiscit, atque fluctuum impulsione naufraga est.* Des. *quid tanta cum maestitia contemplamini, ius subire, ius est; feruntque acerbissimas heic esse poenas, rotas scilicet, lapides, ac vultures, atque vitam cuiusque examinare necesse est. Finis divi, ac moralissimi Luciani.*

XIV. pag. 119. Epistola transmissa per Regem Alphonsum, Regem Aragonum, Dominis Florentinis denuntiativa belli. Inc. *Rex Aragonum utriusque Siciliae ec. Spectabiles & magnifici viri. Deum hominesque testamur.* Des. *speramus obtinere. Datum in Castello novae Civitatis nostrae Neapolis, die secunda mensis Iunii, an. a Nativ. Dom.* MCCCCLII. *Rex Alphonsus.* A tergo. *Spectabilibus & Magnificis Viris Prioribus Artium, & Vexillifero Iustitiae Communitatis Florentiae.*

XV. pag. ead. b. Responsio Florentinorum Regi Aragonum. Inc. *Erat profecto regium, nostro iudicio Ser.me Princeps.* Des. *bonam quoque spem habemus in immortalem Deum, qui superba deiicit, iustitiae favet, quique suo propitio numine, superiori tempore tot Regibus, & Tyrannis nostram libertatem tutatus est, in caussa tam iustissima, tamque honestissima nostrum populum respecturum. Datum Florentiae* XII. *Iunii* MCCCCLII.

XVI. pag. 123. Recurrunt aliae litterae Ambrosii Camaldulensium Generalis, & quidem hoc pacto.

I. Patri meo Lucae. Inc. *Scripsi per fratrem Clementem charitati tuae.* Des. *quid cum Cosmo nostro egeris, agnovi ex litteris manu tua. Vale mi amantiss. Pater. Ex nostro Mon. Fontis-Boni Kal. Nov.* Lib. XIV. Ep. IV.

II. pag. 124. Hieronymo fratri. Inc. *Heri vesperi venimus ad Monasterium nostrum S. Margaritae.* Des. *si forte remansit apud te. Vale fr. amantiss. Ex nostro Mon. S. Marg. ante lucem* IIII. *Non. Dec.* Lib. XI. Ep. VI.

III. pag. 125. Ad eumdem. Inc. *Ea potissimum ratio fuit.* Des. *modo alio providebimus. Vale. Ex nostro Mon. Fontis-Boni* XXII. *Octobr.*

IV. pag. ead. b. Ad eumdem. Inc. *Binis iam litteris Cosmi nostri.* Des. *in terra deserta & inaquosa. Ex nostro Mon. Fontis-Boni* XXII. *Aug.* Lib. XI. Ep. XLI. ubi legitur: XI. *Kal. Sept.* MCCCCXXXII.

V. pag. 126. Ad eumdem. Inc. *Etsi hodie mane.* Des. *benedic meo nomine. Vale in Domino, & pro me ora. Dat.* ut supra X. *Kal. Aug.*

VI. pag. ead. b. Ad eumdem. Inc. *Accepi nudas admodum litteras tuas.* Des. *ac filios nostros. Vale. Romae* XVI. *April.* Lib. XI. Ep. XXII. ubi legitur XVII. *Kal. April.*

* VII. pag. 127. Ad eumdem. Inc. *Non debui pati.* Des. *omnes ex affectu benedico. Romae* IV. *Id. April.*

VIII. pag. ead. b. Ad eumdem. Inc. *Venimus tandem incolumes.* Des. *salutant te Dominicus noster, & Antonius. Vale in Domino. Ex nostro Mon. Fontis-Boni* IIII. *Oct.* Lib. XI. Ep. XLIII. ubi data est IV. *Non. Octobr.*

IX. pag. 129. Ad eumdem. Inc. *Etsi hodie mane satis quid ageretur aperui.* Des. *Vale in Domino, & pro me ora. Dat.* ut supra X. *Kal. Aug.* Lib. XI. Ep. XXXVII. ubi legitur IV. *Kal. Aug.*

X. pag. 130. b. Cosmo suo. Inc. *Affectus sum singulari voluptate ex tuis litteris, quas paucis ante diebus accepi; sunt enim ea suavitate, & lepore &c.* Des. *tu salvebis a sene Demetrio, & Hieronymo fratre, & vale.* XVII. *Kal. Nov.* Lib. V. Ep. XXXIII. ubi inscribitur *Guarino Veronensi.*

XI. pag. 131. Sanctissimo ac Beatissimo Patri Eugenio. Inc. *Cogor ex officio meo.* Des. *ut benedictio pontificalis Domini mei prosequatur.* Lib. I. Ep. VI.

XII. pag. ead. b. Ad eumdem. Inc. *Non possum non aegre, non moleste ferre.* Des. *servare dignetur, Domine beatissime. Ex nostro Mon. Fontisboni* III. *Kal. Dec.* Lib. I. Ep. IV.

XIII. pag. 132. b. Ad eumdem. Inc. *Veneram Senas, attractus affectu visendi novellam Religionis nostrae plantulam.* Des. *commendo me ipsum piissimae dignationi tuae. Senis* XVIII. *Iun.* Ibid. Ep. IX.

XIV. pag. 133. Ad eumdem. Inc. *Perpetuae famulum tuum curae macerant.* Des. *Domine beatissime, atque indulgentissime Pater. Ex nostro Mon.* XIV. *Aug.* Lib. I. Ep. VII.

XV. pag. 135. b. Ad eumdem. Inc. *Commendo sanctitati tuae negotium Arretini Cleri.*

Digitized by Google

Cleri. Des. *servare dignetur, Domine beatissime, Ex nostro Mon.* IIII. *Sept.* Ibid. Ep. VIII.

XVI. pag. 136. Ad eumdem. Inc. *Vereri inciperem, & subtrepidare*. Des. *Christus Dominus noster servare incolumem dignetur, Domine beatissime,* XVI. *Octobr.* Lib. I. Ep. XVIII.

XVII. pag. 138. Ad eumdem. Inc. *Exsequutus sum iniunctum a tua Sanctitate munus*. Des. *votis perpetuis posco. Ex nostro Mon.* XXX. *Octobr.* Lib. I. Ep. X.

XVIII. pag. 139. Ad eumdem. Inc. *Quod Florentia iniusso tuo*. Des. *& loquaci Epistolae ignoscas. Ex nostro Mon. Fontis-Boni* V. *Kal. Mart.* Lib. I. Ep. XIX.

XIX. pag. 142. Ad eumdem. Inc. *Quod Sanctitatem tuam ex officio meo Bononiam non deduxi*. Des. *beatissime Pater. Ex nostra Eremo* VIII. *Kal. Maias*. Lib. I. Ep. XXI.

XX. pag. 143. Ad eumdem. Inc. *Non desinam aures pulsare*. Des. *suscipiende Pater*. Dat. ut supra VIII. *Kal. Iun.* Lib. I. Ep. XXIV.

XXI. pag. 144. Ad eumdem. Inc. *Ex Basilea scripsi Sanctitati tuae*. Des. *Domine beatissime*. VIII. *Dec.* Lib. I. Ep. XVI. ubi legitur in calce *ex Atata* V. *Id. Dec.*

XXII. pag. 145. Cosmo de Medicis. Inc. *Peregrinum nuper offendi*. Des. *tecum illum relinquo. Vale*. Lib. XXIII. Ep. IX.

XXIII. pag. 147. Ad eumdem. Inc. *Adolescens quidam plane eruditus*. Des. *avet enim quidam ex nostro grege illum legere. Vale*. Lib. VII. Epist. I.

XXIV. pag. ead. b. Ad eumdem. Inc. *Misi ad te Laërtium*. Des. *& propriae saluti facere satis. Vale*. Ibid. Ep. II.

XXV. pag. 149. Ad eumdem. Inc. *Vix tandem Ravennae prius*. Des. *saluta meo nomine Laurentium, Carolum, N. & reliquos nostri studiosos. Vale. Ravennae* XII. *Dec.*

XXVI. pag. 151. Ad eumdem. Inc. *Dici non potest*. Des. *per te plurimum salvere cupio. Vale in Domino fr. amantissime. Basileae Kal. Sept.*

XXVII. pag. 153. b. Ad eumdem. Inc. *Scripsi nuperrime*. Des. *spes certe nos laeta non deficit. Vale, & Laurentium, & reliquos salvebis. Basileae* III. *Kal. Sept.* Lib. I. Ep. III.

XXVIII. pag. 155. Ad eumdem. Inc. *Scripsi ad te ex Basilea*. Des. *exacto negotio speramus. Vale in Domino. Dat.* VI. *Id. Dec.* Lib. I. Ep. IV.

XXIX. pag. 157. Ad eumdem. Inc. *Enoch noster, non ignoras*. Des. *sum ipse testis optimus. Vale, mi frater unice*. XXV. *Septemb.* Ibid. Ep. V.

XXX. pag. ead. b. Ad eumdem. Inc. *Xanthus iste*. Des. *certe erit summe gratum. Vale in Domino. Ferrariae* XVII. *Iunii*. Lib. VII. Ep. X.

XXXI. pag. 158. Ad eumdem. Inc. *Non ignoro diligentiam*. Des. *& occasionibus quibuscumque. Vale in Domino, & Laurentio fratri salutem ex me dices. Ferrariae* XVI. *Iul.* Lib. VII. Ep. XI.

XXXII. pag. ead. b. Ad eumdem. Inc. *Legi hodie litteras tuas*. Des. *istam cogitationem. Vale in Domino. Socii* III. *Kal. Iunii*. Lib. VII. Ep. VII.

XXXIII. pag. 159. b. Ad eumdem. Inc. *Bononiae legi litteras tuas*. Des. *officio meo saluta. Ex nostro Mon. Fontis-Boni* XXVII. *Nov.* Lib. VII. Ep. IX.

XXXIV. pag. 160. b. Ad eumdem. Inc. *Veni mane*. Des. *noli quaeso deesse nobis. Vale, hodie te videbo*. Lib. XI. Ep. XIII.

XXXV. pag. 161. b. Ad eumdem. Inc. *Ex nostrorum litteris certiores facti*. Des. *perlibenter. Vale in Domino. Ex Eremo nostra* XVI. *Aug.* Lib. VII. Ep. XIV.

XXXVI. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Amico nostro dum vixit*. Des. *inclinante sententia. Vale in D. I. Ex nostro Mon.* IV. *Febr.* Lib. VII. Ep. VI.

XXXVII. pag. 162. Ad eumdem. Inc. *Accepti a vobis festive*. Des. *sine tecto remaneant. Flor.* IV. *Febr.* Lib. VII. Ep. XII.

XXXVIII. pag. ead. b. Magnificis Dominis Florentinae Vrbis. Inc. *Magnifici & Excelsi Domini. Celsitudini & gloriae vestrae improbitatem displicere nullus sanae mentis ignorat*. Des. *ac iugiter exorare studentes. Ex Mon. Fontis-Boni* XXV. *Octobr.* Lib. V. Ep. IV.

XXXIX. pag. 163. b. Laurentio de Medicis. Inc. *Stephanus Porcius, quum essem Bononiae*. Des. *ad te ferret. Vale*. Lib. VI. Ep. XVI.

XL. pag. 164. Ad eumdem. Inc. *Legi litteras tuas*. Des. *saluta officio meo. Vale Laurenti charissime. Ex Forolivii* IX. *Kal. Ian.* Ibid. Ep. XV.

XLI. pag. ead. b. Generali Vallis Vmbrosae Patri Riccardo. Inc. *Non possum non ferre graviter*. Des. *tractabimus. Vale in Domino, Pater charissime. Ex nostro Mon. Fontis-Boni* XV. *Nov.*

XLII. pag. 165. Ad Gometium. Inc. *Accepi litteras dignationis tuae*. Des. *operari possim. Romae* XVII. *Kal. Martii*. Lib. IV. Ep. VII. ubi legitur XVI. *Kal.*

XLIII. pag. 166. Ad Sebastianum. Inc. *Legi hodie*. Des. *occurrebant. Vale amantiss. Pater. Florentiae ex nostro Mon.* III. *Iunii*. Lib. XVII. Ep. VIII.

XLIV. pag. 167. Ad eumdem. Inc. *Litteras fraternitatis tuae*. Des. *non sufficit. Ex nostro Mon. Fontis-Boni* III. *Non. Octobr.* Ibid. Ep. XVIII.

XLV. pag. ead. b. Ad Hieronymum. Inc. *Barptolemaeus noster*. Des. *& filiis nostris omnibus charissimis. Vale. Romae* IV. *Kal. Martii*.

Hunc Codicem memorat Cl. Mehus in Praefatione ad Ambrosii Epp. Florentiae impressas an. MDCCLIX. fol. pag. IV. quem tamen non recensuisse patet, eo quod plures Epistolas Ambrosii, quae in eo continentur, in lucem adferre praetermiserit.

Digitized by Google

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. mendosissime exaratus, in cuius prima pag. legitur: *Est Abbatiae Flor. S.* num. 15. Constat fol. scriptis 167.

FRANC. PHILELPHI, F. PETRARCHAE, POGGII, L. ARRET. AMBROS. CAMALD. &c. EPISTOLAE ET OPVSCVLA.

Cod. CV.

I. pag. 1. FRancisci Philelphi Exhortatio ad Florentinos de revocandis in Vrbem optimatibus exsulibus, ac etiam de redeundo in gratiam Illustrissimo Mediolanensium Principi. Inc. *Etsi vereor, Magnifici Domini, aliquos fore, qui perturbatione quapiam potius & impotentia animi, quam ulla ratione ducti, quum primum Philelphi nomen, manumque inspexerint, hasce litteras legendas dissuadeant, malintque suae ipsorum cupiditati, quam Florentinae Reipublicae, vel quieti, vel commodis consulere; nolui tamen, quae vobis, vestraeque inclytae Civitati maiorem in modum conductura existimassem, praeterire silentio. Atqui multo secus ii certe sentirent, si non tam sibi, quam patriae se natos vellent, quamquam ne sibi quidem nati sunt, quum patriae charitati non consulunt. Nam si vobiscum vos egregiam illam, & singularem meam erga vestram Remp. pietatem, atque observantiam repetere diligenter, & quam verissime iudicare instituerit is, plane invenietis, eum esse Philelphum, qui de illustri Civitate vestra sit quam optime meritus. Quod si praesens omni opera, omni industria, omni denique mente cogitationeque studebam, non privata modo, sed etiam publica fide, ac benivolentia id moliri, id agere, id praestare, ut omnes perspicue intelligerent, me unum ex omnibus in primis existimandum, qui Florentino populo, non secus atque Deo immortali afficerer; nolim arbitremini, me ingenium cum aëre commutasse. Etenim posteaquam isthinc decessi, Senam primum, deinde Bononiam, Papiam postea, & demum Mediolanum, aliud profecto nihil tantopere curavi, elaboravique, quam ut & cives vestros aliquo semper officio prosequerer, & nomen Florentinum summis laudibus apud omnes efferrem. Nec me cuiusquam iniuriae, aut inimicitiae a meo pristino, & observantissimo in vos animo retrahere sane potuerunt. Memineram enim iis me apud vos honoribus ac praemiis sex annos affectum, quantis antea numquam neminem. Animadverteram saepenumero adeo me, & auctoritate apud vos omnes & gratia valuisse, ut nihil umquam in urbe vestra frustra vel petierim, vel desiderarim. Cum alias saepe, tum maxime per id temporis, quo invidorum coniuratione ac perfidia, sum per occultos sicarios vulnere illo taetro dehonestatus, quam & bonis omnibus, & universo populo carus essem, & periocundus, liquido cognovi. Quis enim Magistratus, alius ipse per sese, alius per suos ad me nuncios, non plane ostendit, quam aegre & permoleste ferret, illam in me omnem iniuriam. Nonne ipsi Octoviri, quos Custodiae nominatis, quibusque Reipublicae tutela omnis ac salus mandata est, & bis, & iterum responderunt ad me, quo fierent ex me ipso certiores, quosnam haberem suspectos, qui id in me facinoris perpetrassent. Et quum ipse iis de rebus eloqui nihil vellem, quippe qui id sine aliqua publica turbatione in lucem proferri nullo modo posse censerem, nonne publicam ei mercedem decreto publico statuerunt, qui aut patratorem facinoris, vivum, enecatumve dedisset, aut qui fuerant, vel auctores, vel conscii detulisset? Quin etiam plerosque admotos quaestionibus, & variis cruciatibus, quo rem indicarent acerbissime afflictos oblivisci numquam potero. Quid multis? quaecumque in me beneficia collata Florentiae sunt, quae & plurima fuerunt, & maxima, & communi, & una, & consentiente, & eadem omnium optimatium, populique mente, collata sunt; iniuriae vero quantumcumque aut illatum, aut optatum est, id paucorum, eorumque improborum, ac proditorum invidiae semper dedi. Sed unum illud, & quum isthic aderam maximi semper feci, & absens perpetua memoria, praedicationeque prae me tuli, nihil umquam Florentiae a me tentatum, quod non ex sententia modo, sed etiam cumulatius, atque felicius, quam fuissem optare ausus, consequutus non fuerim. Itaque merito vos, Illustres Domini, optimoque iure, amo, colo, admiror, veneror, & quas referre non possum, ingentes habeo vobis pro summis & immortalibus vestris erga me beneficiis, & sempiternas gratias. At si minus re gratitudinem animi mei, nonne saltem voluntate eam declarare vobis possum? Testor autem Deum ipsum optimum, quaecumque dicturus sum, eo me consilio, ea fide, eo desiderio, ea pietate dicturum, ut rebus vestris, quas & praecipites, & brevi, quod omen divina benignitas avertat, perituras intueor, & quam tutissime, & quam optime prospiciatur. Quare vos per salutem, per incolumitatem Reipublicae vestrae rogo, & supplicibus oro precibus, ut omni perturbatione vacui, quae a me fideliter, pieque dicentur, quam diligentissime attendatis, cognoscatis, iudicetisque. Qui hominum caetus primum ad civitatem, urbemque vocarunt, nihil videntur mihi tantopere curasse, quam ut mutua eius benivolentia & charitate coniungerent, atque devincirent; sciebant enim amoris vi, ac virtute omnia, non conservari modo, verum & augeri, & illustrari. Itaque non absurde Orpheus ille in Argonauticis &c. Oh discordia, malorum & miseriarum omnium dux & caussa! Quid enim & aliena, & vetustissima consectemur? Non abunde, & domesticis, & nostris exemplis uti possumus? Quid autem altius repetamus oportet? quoties, magnanimi Domini, vestra florentissima ista civitas taeterrimum tulit servitutis iugum ob istiusmodi inter vos discordiarum procellas ac perturbationes. Vt enim antiquiora missa faciamus,*

Digitized by Google

mus, num Farinatae Vberti, Gebellinaeque factionis, num Alborum & Nigrorum, quos appellarunt, vos cepit oblivio? Quod si minus reliqua memineritis, Senam petite, Bichernam ingrediamini licet. Ingredientibus sese vobis Martinella humilis & abiecta ostendet ad dexteram, & ne inter vos mutuis odiorum ignibus aestuetis, quam poterit, altis vocibus obsecrabitur. Idem superioribus e locis pendentia atque captiva vexilla vestra, quae pulvere, ac sordibus iam deficiunt, admonebunt. Verum quid Senam, quid Bichernam, quid peregrinas urbes ac locos petere opus est? Habetis in Praetorio vestro, conspicuum monumentum obscurae & truculentissimae servitutis, depictam Ducis Athenarum imaginem. Quid depictam, quid imaginem dixi? Habetis inquam fundamenta, quae iecit robusta & munitissima perpetuae servitutis, quae, si intueri, & depositis animorum turbulentissimis motibus considerare volueritis, intelligetis profecto, & antehac profuisse numquam Florentino Populo, & hac tempestate, ni prudentia, & gravitate vestra in medium quamprimum consuleretis, quammaxime obfuturas civiles discordias, atque inimicitias. Des. *omni denique contentione posita, atque interempta, & publice, & privatim felicem, & fortunatam vitam agatis. Valete, Excellentissimi Domini. Ex Mediolano* XVI. *Kal. Iulias* MCCCCXL.

M. D. vestrae servitor

Franciscus Philelphus Tolentinas.

Haec Epistola satis prolixa, ex qua multa ad Philelphi vitam contexendam eruuntur, legitur in rarissima eiusdem Epistolarum editione Venetiis studio, & diligentia Bernardini Corii Cremonensis anno a Natali Christiano MCCCCLXXXIX. die III. Aprilis fol. & est Libri IV. Ep. II.

II. pag. 14. b. Eiusdem Epistola ad Cosmam Medicem, qua eumdem hortatur, ut, & se optimatibus exsulibus, & Illustrissimo Mediolanensium Principi reconciliet. Inc. *Franciscus Philelphus Cosmo Medici S. D. Aristides Atheniensis, cognomento iustus.* Des. *non voluntate Cosmus, non animi iudicio, sed necessitate, & rebus adversis, non tam ducitur quam cogitur. Vale. Ex Mediolano quarto Nona Iulias* MCCCCXL. Ibid. Ep. III.

* III. pag. 20. b. Eiusdem Oratio Funebris pro magnifico viro Domino Stephano Federico Thodeschino. Inc. *Quamquam non obscure futurum animadverto, illustres viri, & amplissimi Patres, ut mea haec omnis de Stephani Federici Thodeschini obitu, hominis sane & praestantis, & magni, tumultuaria consolatio, non tam persuasionis apud vos locum, quam ineptitudinis consequatur.* Des. *& alienae quodammodo invidere felicitati. Mediolani in Templo D. Ambrosii Idibus Septembris* MCCCCXL.

* IV. pag. 26. Eiusdem Epithalamium habitum in nuptiis illustris, pudicissimaeque puellae Dominae Ioanninae Domini Alberti Marliani filiae, desponsatae ingenuo adolescenti Francisco, Domini Vrbani filio, ex familia S. Rosae. Inc. *Quam faustum, felix, fortunatumque duci debet sacrosanctum laetissimi, & bene convenientis coniugii vinculum, Patres amplissimi, & clarissimae Matres, quum prae multis aliis & argumentis, & rationibus demonstrari queat &c.* Des. *neque felix esse posse. Mediolani* XVI. *Kal. Dec.* MCCCCXLI.

V. pag. 29. Leonardi Arretini Epistolae, & quidem hoc ordine.

I. pag. ead. A. Pisano. Inc. *Numquam legi convenientius exordium.* Des. *nonnisi provocati fecerunt. Vale.* Occurrit in editione Florentina Epistolarum Leonardi Arretini, typ. Bern. Paperini an. MDCCXLI. 8. Tom. II. pag. 184. & est Ep. XIV. Lib. X. ubi inscribitur *Aemiliano.*

II. pag. 30. Eiusdem Epistola Poggio suo. Inc. *Postquam ab invicem discessimus.* Des. *ad revolandum alas pandam* (1). *Vale. Arimini* XVI. *Kal. Februarias.* Omissus est annus (sed forte legendum MCCCCXLI.) Ibid. pag. 183. & est Ep. III. Lib. X.

III. pag. ead. b. Ducis Mediolani Littera missa, cum dono Leonum, Florentinis. Inc. *Non est, magnifici fratres, nobis incognitum, quanta solet apud vos de Leonibus utriusque sexus haberi solemnitas, quibus non solum oblectari videmini, verum etiam eos in veneratione ac devotione quadam habere.* Des. *quam rem ipsam attendere. Datum Mediolani die* XIII. *Augusti* MCCCCXXIX.

IV. pag. ead. Responsiva Florentinorum Duci Mediolani. Inc. *Tria fuerunt, praecellentissime Domine, in illo ornatissimo, magnificentissimoque dono vestro.* Desinit imperfecte in verbis, *unde uno, & quibus ex rebus* .... ubi adscriptum est in margine: *Deficiunt aliqua heic.* In ea Trivultiae familiae laudes fuse enumerantur.

VI. pag. 31. b. Francisci Petrarchae Epistola ad Ioannem Columnam Cardinalem de laudibus sororum suarum. Inc. *Sunt qui Romanorum veteres matronas.* Des. *& talium sororum pietate felicissimus. Vale.* Exstat inter familiares Lib. II. Ep. XV.

VII. pag. ead. Anonymi Epistola avium valde pulcra ad Quadragesimam pro mortalitate ipsarum. Inc. *Omni veneratione dignissimae, omnique sobrietate refertae venerabili Quadragesimae, cappones, gallinae, anseres, anatres, ac omnium animalium silvestrium chorus.* Des. *in coquina Fratrum Minorum.*

VIII. pag. 32. b. Homeri Orationes, interprete Leonardo Arretino. Praecedit Prooemium, quod inc. *Admirari nonnumquam soleo, cum alia permulta divinitus apud Homerum scripta, tum illud imprimis, quod in tanta vetustate iam tunc dicendi gloriam & artem in honore fuisse ostendit.* Des. *de suo ordine sententiisque perierit.* Tum sequitur argumentum, quod inc. *Achille irato, ac pugnare nolente &c.* Tandem succedit textus Ho-

(1) Ita edit. *pendam.*

Digitized by Google

meri, cuius initium est: *Quum apud Achillem coenassent Legati, finisque edendi foret.* Finis: *quod si absque donis tandem pugnabis, etsi periculum repellas, non tamen par gratia atque honor tibi erit.* Habes in Miscellaneis Baluzii, curante Io. Dominico Mansio, Lucae per Vinc. Iuntinum MDCCLXII. fol. T. III. pag. 150. seqq.

IX. pag. 39. b. Poggii Epistola Antonio Lusco viro clarissimo in delatores. Inc. *Licet maioris esset ingenii, & exquisitioris cuiusdam eloquentiae scribere adversus delatores, Antoni, genus hominum pestiferum, atque exsecrandum, tamen sceleris tum deformitas, tum magnitudo est tanta, ut in eo reprehendendo, vel infans eloquens esse possit. Patens est enim atque diffusum, multos laedit, plures pessumdat, nonnullos, non solum fortunis, & opibus privat, sed etiam privat vita; scelestum sane, odiosum, adeo nobis infensum, ut solum ex faucibus tartari emissum ad perniciem mortalium videatur.* Des. *qui etiam malo gaudent, futuri sitis ingrati.*

X. pag. 43. b. Leonardi Arretini Epistolae septem nimirum:

I. Suo Omnibono (Leoniceno). Inc. *Solent qui errati veniam petunt.* Des. *magis quotidie errare perseverant. Vale.* In cit. editione Lib. X. Ep. IV. ubi inscribitur *Panagatho.*

II. pag. 44. Eiusdem Tucharo suo. Inc. *Et litteras tuas accepi.* Des. *& mirabili prematur inopia. Tu cura ut valeas, mi dulcissime Tuchare. Senis x. Kal. Ianuarii.* Ibid. Lib. II. Ep. XIV. ubi intitulatur *Zachariae*, & in Codicibus *Zucharo*, nempe ser Antonii filio Notario Florentino.

III. pag. ead. b. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Vellem interdum mihi scriberes.* Des. *si non licuerit, confestim abibo.* Ib. Lib. III. Ep. VIII.

IV. pag. 45. Eiusdem Roberto suo. Inc. *In medio turbationum, ac molestiarum.* Des. *ab illarum amarissima cogitatione divertat. Vale. Lucae IV. Idus Iunii.* Ibid. Lib. II. Ep. XX.

V. pag. 46. Eiusdem Francisco Piccolpasso suo. Inc. *Nuper quum egregius vir Nicolaus de Riccis amicus meus, immo potius noster, Pisas accederet, nihil eidem litterarum ad te dedi, ea de caussa, quia potius credebam ut abesses.* Des. *ego ea sequar, quae tibi probata esse intellexero. Vale.* Non exstat in cit. edit. Flor.

VI. pag. 47. Eiusdem ad eumdem. Inc. *De die in diem cogitavi istuc accedere, ex quo factum est, ut litteris, quas nuper ad me scripsisti, nondum responderem.* Des. *ut cum Nicolao nostro de hac re loquaris. Vale.* Ibid. Lib. X. Ep. II.

VII. pag. ead. b. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Plures epistolas ad te scripsi.* Desinit imperfecte in verbis: *nec ego hac a principio....*, adnotato in margine *hic deficit*, quae quidem verba incidunt in edit. cit. Lib. V. Ep. III. pag. 17. lin. 7.

XI. pag. 49 b. S. Ephraem Syri Sermones, interprete Ambrosio Monacho, Camaldulensium Eremitarum Generali, praevia Epistola nuncupatoria ad Cosmum Mediceum, quae inc. *Peregrinum nuper offendi.* Des. *& voluptatis percepturum.* Subsequitur aliud Prooemium, cuius initium est: *Posita itaque paullisper verecundia, accedo propius.* Des. *iam enim tecum illum relinquo. Vale.* Sermo primus *de Poenitentia* inscriptus, inc. *Dilectissimi nihil sanctae charitati praeferamus.* Vltimus *De vita & exercitatione monastica*, des. *evellensque ex ea consuetudines nequam, virtutes illi praeclaras & optimas, illarum vice, inserendas tradit; coronisque illum praeterea & laudibus....* Reliqua desiderantur, spatio ad supplendum relicto. De his Sermonibus, ac de eorumdem Ambrosii Camaldulensis versione Florentiae primum impressa per Antonium Barptolemaei Mischomini anno MCCCCLXXXI. XXIII. Augusti 4. consule Prolegomena praemissa editioni Operum S. Ephraem Syri, curante S. R. E. Cardinali Angelo Mar. Quirinio Romae typis Vaticanis MDCCXXXII. fol. Tom. I. pag. LXXXII. seqq.

XII. pag. 83. Iphigenia Tragoedia, auctore ut videtur, Vgolino Parmense. Argumentum ita se habet: *Iphigeniam quum amaret Ephebus perdite, suasu & precibus, eam noctu tandem domo abduxit, & clam parentibus, quumque quaereretur tota urbe, ad Euphomium traducta est, porro ad alium, ut lateret; hoc ubi vidit Ephebus, Iphigeniam apud se esse non posse diutius, hanc pro virgine, Gobio dat uxorem, astu suo, & servit lenae figmentis. Itaque despondetur Iphigenia, & Gobius ea potitur uxore.* Tragoedia inc. *Ephebus & Nicomius. Vere hoc possum dicere, mi Nicomi, in amore me perditum & miserum, atque omnem aetatem meam contrivisse, dum amori operam dedi.* Des. Go. *Saline, i prae, & fistulam insuffles.* Sa. *fiat iur lurn tu tu* Alph. *Vos valete & plaudite. Alphius recensuit. Finis.*

Vgolinus Parmensis edidit. (1)

XIII. pag. 108. Poggii Florentini funebris Oratio in laudes Leonardi Arretini viri eloquentissimi, praevia Epistola Hieronymi (Aliotti) Domino Benedicto Arretino praestantissimo Iureconsulto. Inc. *Quod solum habeo iucundum Romae, id mitto tibi, Orationem funebrem in laudes Leonardi Arretini.*

Des.

(1) Vgolinus Parmensis clarus sua aetate Iurisconsultus, cui a Doctore Italo anno MCCCCXXXVII dicatum, quum inter Doctores Iurisconsultos recipiendus esset, elogium publicavit Ioannes Petrus de Ludevvig, Tom. V. Reliquiar. MSS. pag. 274. 290. in quo inter alia pag. 277. laudatur, quod *quum prima litterarum monumenta gustasset, divino Poëtarum pellectus spiritu, maxima vi dicendi, liberalibus studiis, clarissimis historiarum exemplis ad Poëtas, Rhetores, Philosophos, Historicos quasi divertit.* Ex eius Comoedia *Philogenia* integrum Caput, excerptis implevit Albertus de Eyb in Margarita poëtica Parte II. Tract. I. Cap. XVII.

Digitized by Google

Des. *quicum etiam communis dolor fuit*(1). Tum subiungitur: *Eidem Domino Benedicto Hieronymus. Postquam ad te scripseram gloriabundus de bona valitudine, prostratus sum febribus, tamquam inviderit mihi haec Roma. Nunc incipio convalescere, & bene de me sperare. Vale. Die* x. *Augusti* MCCCCXLIV. (2) Oratio inc. *Hodiernus, Florentini, dies, atque is publicus maeror*. Des. *quae est vera & perfecta felicitas, quamque omnes debemus appetere, consequantur*. Edita est haec Oratio in Prolegomenis ad Leonardi Arretini Epistolas editionis Florentinae supra citatae pag. cxv.

XIV. pag. 125. Maphaei Vegii Epitaphion in laudes Leonardi Arretini viri eloquentissimi. Inc.

Hoc Arretini Leonardi tecta sepulcro,
Quo nemo eloquio clarior, ossa cubant.
Heu quantum damni, tali tibi lumine rapto,
Et graeca, & pariter lingua latina facis!
At vivit, cuius aeternum scripta legentur,
Aeternum cuius fama superstes erit.
Quam terris longe celebratam extenderat usque
Ad summos, quos nunc incolit ipse, polos.

XV. pag. ead. b. Iacobi Veronensis aliud in laudes eiusdem. Inc.

Heic Leonardus erat vivens Arretinus in orbe
Lumen, in antiquos vir referendus avos.
Graece doctus erat, mediis quasi natus Athenis,
Et medio in ludo Socratis ille foret.
In Latium multos, interpres fidus, ad unguem
Transtulit ex libris, Attica lingua, tuis,
Edidit & sacro multos de pectore, tanto
Ornatu, ut numquam fama perire queat.
Cui Romana pares vidit facundia paucos,
Post Arpinatis tempora prisca lyrae,

XVI. pag. 126. Caroli Arretini viri doctissimi pro obitu Leonardi Arretini viri eloquentissimi ad Dominum Benedictum Arretinum virum consultissimum Carmen elegiacum. Inc.

Nunc sacrae Musae, sanctos nunc solvite crines.

Des.

Spes certe studiis una relicta bonis.

Carmina funebria doctissimi viri Caroli Arretini pro obitu Leonardi Arretini facundissimi, & omni laude dignissimi viri ad Dominum Benedictum Arretinum feliciter expliciunt. Inter Carmina illustr. Poëtar. Italor. Florentiae typis Reg. Cels. MDCCXX. Tom. VI. pag. 267.

XVII. pag. 130. b. Epigrammata quaedam antiqua, quae alibi occurrerunt, videlicet;

1. pag. ead. Epigramma Antenoris Paduae apud S. Laurentium. Inc.

Inclytus Antenor &c. Inter Epigrammata & Poëmatia vetera, Lugduni apud Iacobum Chovet MDXCVI. 8. pag. 84.

(1) Haec Epistola legitur Libro II. Aliotti Epistolarum Ep. VII. curante Gabriele Maria Scarmalio. Arretii typis Mich. Bellotti MDCCLXIX. 4. Tom. I. pag. 91.

II. pag. ead. Euripidis Tragici.

Siste, quid ipse velim rogito, cognosce viator.

III. pag. ead. Iulii Caesaris pro Cinio milite. Inc.

O patriae rector, Cato pectore, viribus Hector.

IV. pag. ead. Iulii Caesaris Epigramma pro quodam puero Thrace enecto in Hebro flumine. Inc.

Thrax puer, adstricto glacie &c.

Inter cit. Epigr. vet. pag. 88.

V. pag. 131. Epigramma pro Archita, & Palaemone mortuis in praelio, amore Aemiliae. Inc.

Quos amor Aemiliae iuvenes accenderat ardens.

VI. pag. ead. Anepigraphum. Inc.

Huius nympha loci, sacri custodia fontis.

Inter cit. Epigr. pag. 3.

VII. pag. ead. Epitaphium Homoneae repertum in altari S. Michaëlis iuxta Ecclesiam S. Spiritus. Inc.

Si pensare animas sinerent &c.

Ibid. pag. 99.

VIII. pag. ead. b. Epitaphium Domini Ioannis de Vitelleschis Patriarchae. Inc.

Quando ego pro patria, pro maiestate repressi
Pontificis furias bellorum, hostesque subegi
Ecclesiae, nostris quae floruit aucta sub armis,
Restitui res effluxas, urbesque, decusque,
Invidit sors atra mihi, magis aemula virtus
Immeritam statuens non aequo munere mortem. (3)

IX. pag. 132. Epitaphium D. Ioannis Archiepiscopi Mediolanensis, auctore Domino Gabria de Zamorreis, ut in Cod. XCII. supra pag. 431. §. XXVII.

X. pag. ead. b. Epitaphium D. Ioannis Boccaccii de Certaldo Poëtae Florentini, quod de se ipso posuit. Inc.

Hac sub mole iacent &c.

Coluccius Pierius Salutatus Poëta Florentinus subiunxit;

Inclyte cur Vates humili sermone loquutus &c.

Codex chartaceus MS. Latinus in 4. Saec. XV. cum titulis rubricatis. Constat foliis scriptis 133.

ANG. POLITIANI ET PONTANI QVAEDAM.

I. pag. 1. ANgeli Politiani de Coniuratione Pactiana Commentariolum. *Cod. CVI.* Inc. *Pactianam coniurationem paucis describere instituo*. Des. *Deum tamen optimum maximumque, ne prohibeat, precamur.*

Hunc saltem everso iuvenem succurrere saeclo.

An. MCCCCLXXVIII. *edita. Iulianus autem, delitiae Florentinae iuventutis,* VI. *Kal. Maias eodem mense in divae Reparatae a Pactiis, nondum peractis sacris, facta tamen communicatione, foede, undeviginti vulneribus acceptis, occisus fuit*

(2) Deest in citata Collectione.

(3) Adfert Ciacconius Hist. Pont. & Card. Tom. II. pag. 900.

Digitized by Google

fuit. Huius Coniurationis historiam a Politiano conscriptam dudum typis vulgatam, denuo documentis, figuris, notis illustratam in lucem emisit Ioannes Adimarius Neapoli an. MDCCLXIX. 4.

II. pag. 9. Eiusdem Epistola Laurentio Medici. Inc. *Quum Poëta Accius Tarenti forte apud Pacuvium grandi iam aetate, & morbo corporis diutino affectum, multo ipse iunior, divertisset, eique Tragoediam suam, cui* Atreus *nomen est, desideranti lectitasset, dixisse Pacuvium ferunt, canorum quidem illud Scriptorum, ac poëtici spiritus magnificentiam laudare se, duriora tamen illa, paulloque acerbiora sibi videri, atque Accium id quidem ita se habere respondisse; neque se tamen poenitere; quippe qui meliora se deinceps scripturum speraret; ingenia enim humana prope, uti poma esse, quae si duriuscula ac gustatu acerba gignantur, tempestive tamen maturescunt, fiuntque mitia, & iucunda; sin vero statim mollia, atque uvida praecocibusque similia enascantur, prius multo, quam maturescant, vieta fiant & putria; itaque ingenio, tamquam pomis relinquendum esse, quod ipsa die, atque aetate mitificetur. Quorsum nam istuc, inquis? quoniam pleraque profecto, Laurenti Medices, humano in ingenio similia exsistunt, quae quum speciem vitiosae, depravataeque naturae praeseferant, futurae tamen virtutis indicia, optimaeque indolis specimen a sapientibus iudicentur, quale forsan & hoc ipsum sit, quod tuo nuper in filiolo, nostroque discipulo iram, quae quidem ex increpatione, acceptaque ignominia proveniret, minime improbandam esse prae me tuleram. Cuius quoniam indicii nostri rationem requisisti, non alienum certe fuerit, paucis ea de re in praesentia disputare. Neque vero iram hoc tempore laudare propositum sit nobis, quamvis & illam Peripatetici non inutiliter a natura nobis adhibitam putent, utpote quam, tum quibusdam (ut aiunt) calcaribus fortitudinem incitet, tum vero a nonnullis (id quod etiam Aristoteles inquit) in ipsius fortitudinis partem referatur; sed quum ex omni vitiorum genere id certe minimum sit habendum, quod a rationis orbita quam minime aberret. Ita autem, si quidem Aristoteli credere oportet, vel ipsam quodammodo, videlicet admiratio quaedam suffragabatur, quod primae nobilitatis iuvenes, alias in toga & foro conspicui, cum militibus exercitatissimis concurrerant, & eos in ipsorum (quod dicitur) arena superaverant. Scis autem quam gratus multitudini sit & civibus Petrus noster, non minus iam sua, quam familiae gloria, scilicet in quo patris ingenium, patrui virtus, patrui magni humanitas, avi probitas, proavi prudentia, pietas abavi reviviscit, omnium vero maiorum suorum liberalitas, omniumque animus. Sed & ipsi Laurentio mire favetur, non ob opes modo, & nobilitatem, quamquam ob has etiam, verum multo magis quoniam cum Petro adsiduus est, utpote consanguineus, utpote simul educatus, utpote fidissimus. Itaque, sicuti rem nummariam curat eius universam diligenter, caute, fideliter, ita diligit ipsum vehementer, sic tamen, ut & colat, & imitetur. Est enim Laurentius quoque doctus admodum lingua utraque, Poëtarumque vel extempore; dat & musicis operam, vires etiam corporis exercet, omniaque feliciter, uni Petro longe concedens, id quoque feliciter, ut qui plus ei favet etiam, quam sibi. Denique quum recesseris a Petro, nihil apud nos invenies Laurentio placidius, mansuetius, dulcius; nihil etiam blandius, humanius, benignius; postremo nihil modestius, candidius, amabilius. Iis igitur artibus celeberrimi iuvenes favorem colligunt, plausus excitant, acclamationes eliciunt. Optarem profecto tu quoque adfuisses nobiscum, quamquam popularia ista, vos philosophi magni, contemnitis; mihi tamen philosaphastro adhuc, venia dabitur, credo, si plaris id spectaculum feci, quam tuum quoque convivium. Tu certe, cuius hodie vocatores fefelli, scio dabis facile; nam (si te novi) non minus libenter hanc a me accipis Epistolam, quam me accepisses convivio. Vale.* Non exstat in edit. Epistolarum Politiani Amstelodami impensis Io. Iansonii MDCXLII. 8.

III. pag. 10. Pomponii Lacti Epist. Angelo Politiano. Inc. *Iam tempus appetit.* Des. *plurima salute Demetrium impertias. Vale. Romae, ante* V. *Kal. Ian.* Ibid. pag. 30. Lib. I. Ep. XVII.

IV. pag. ead. Angeli Politiani Epist. Pomponio suo. Inc. *Lucretium Petreio dedi.* Des. *Demetrius autem salutem sibi a te dictam, totidem verbis remuneratur, Vale. In Fesulano* VI. *Id. Aug.* MCCCCXCI. Ibid. pag. 32. Lib. eod. Epist. XVIII.

V. pag. ead. b. Baptistae Guarini Epist. Angelo Politiano. Inc. *Gaudeo mirifice, interprete Pico nostro.* Des. *quum abs te responsum accepero. Magnificis Laurentio & Pico me commendes rogo. Vale. Ferrariae* IIII. *Kal. Ian.* Ibid. pag. 38. Lib. eod. Epist. XXI.

VI. pag. 11. Angeli Politiani Baptistae Guarino Epist. Inc. *Bene habet. Amicos undique Miscellanea nobis.* Des. *inter nos animi testimonium. Vale. Pictoriumque nostrum candidissimum hominem salvere iube meis, & Pici verbis. Florentiae* V. *Id. Ian.* MCCCCLXXXIX. Ibid. pag. 40. Lib. eod. Epist. XXII.

VII. pag. ead. b. Baptistae Guarini Epist. Ang. Politiano. Inc. *Nolim existimes maxima esse tuarum laudum praeconia.* Des. *salutem tibi Pictorii nostri verbis dico. Tu vero magnificis Laurentio, & Pico me commendabis. Vale. Ferrariae* VI. *Kal. Ian.* MCCCCLXXXX. Ibid. pag. 41. Lib. eod. Epist. XXIII.

VIII. pag. 12. Ang. Politiani Epist. Philippo Beroaldo. Inc. *Legit epistolam mihi nuper ad se tuam Picus.* Des. *quoquomodo re-*

Digitized by Google

referam gratiam. Vale. Florentiae XVII. *Kal. Febr.* MCCCCXCIX. Ibid. pag. 43. Lib. II. Ep. I.

IX. pag. ead. Philippi Beroaldi Epist. Angelo Politiano. Inc. *Perlegi oppido quam libens litteras illas.* Des. *& quod Pico polyhistori, meo nomine debes, eidem meo nomine resolvito. Vale.* Ibid. pag. 44. Lib. eod. Ep. II.

X. pag. 13. Ioannis Ioviani Pontani Dialogus, qui *Charon* inscribitur. Inc. *Qui magistratum, Aeace, gerunt.* Des.
Grataque decutiant balsama rami.
Io. Iov. Po. D. Q. I. Ch. videlicet *Ioannis Ioviani Pontani Dialogus, qui inscribitur Charon.* Exstat in editione Aldina Operum Pontani MDXIX. 4. min. Tom. II. a pag. 49. ad pag. 67.

XI. pag. 33. b. Eiusdem Dialogus, qui *Antonius* inscribitur. Inc. *Quae nam, quaeso, bone civis.* Des.
Oceanoque egressa polum nox occupat atra.
Ibid. a pag. 68. ad pag. 101.

XII. pag. 80. Eiusdem ad Robertum Sanseverinum Principem Salernitanum de Obedientia Libri V. cum Prooemio, quod inc. *Hortante te.* Des. *Antonello optimae spei filio praebere legendos.* Lib. I. inc. *Omnis vetus novaque Philosophia.* Lib. V. des. *alia memoranda post nos relinquimus.* In cit. Oper. edit. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 49.

XIII. pag. 134. b. Angeli Politiani Epist. Iacobo Antiquario suo. Inc. *Vulgare est, ut qui serius paullo ad amicorum litteras respondeant.* Des. *cum venustate quoque ipsa contendere. Vale.* XV. *Kal. Iunias* MCCCCXCII. Exstat inter Epistolas Politiani, & aliorum Amstelodami impensis Io. Iansonii MDCXLII. 8. pag. 126.

XIV. pag. 140. b. Eiusdem Epist. Pico Mirandulano suo. Inc. *Quod honoris mei caussa &c.* Ibid. pag. 456. Lib. XII. Ep. II.

XV. pag. ead. Epist. anepigrapha. Inc. *Vincebar abs te prius doctrina.* Ibid. pag. 264. Lib. VII. Ep. XXVI.

XVI. pag. 141. Ang. Politiani Epist. Innocentio VIII. P. M. Inc. *Etsi me pudor prohibet.* Des. *sempiterna litterarum memoria propagentur.* Ibid. p. 287. Lib. VIII. Ep. V.

XVII. pag. 142. Laurentii Medices Epist. Angelo Politiano. Inc. *Ex litteris, quas ad Micheloctium dedisti.* Des. *in hoc felici Musarum itinere me adiungam. Bene vale. Pisis prid. Kal. Apriles* MCCCCLXXVII. Ibid. pag. 383. Lib. X. Ep. V.

XVIII. pag. ead. b. Angeli Politiani Epist. Laurentio Medici. Inc. *Non quod tuae constantiae.* Des. *nisi quod abes. Vale.* Ibid. pag. 385. Lib. eod. Ep. VI.

XIX. pag. 143. Eiusdem ad eumdem alia. Inc. *Baptista Leo Florentinus.* Des. *desertum ab aliis patrocinium litterarum. Vale.* Ibid. pag. 386. Lib. eod. Ep. VII.

XX. pag. ead. b. Eiusdem Epist. Pico Mirandulae suo. Inc. *Quam vellem.* Des. *tamquam si caelitus demissus, venerentur. Vale.* Ibid. pag. 452. Lib. XII. Ep. II.

XXI. pag. 144. b. Eiusdem Epist. Pico Mirandulano suo. Inc. *Celebravit hodie nostra iuventus.* Des. *& mutatur in horas.* Ibid. pag. 458. Lib. eod. Ep. VI.

XXII. pag. 147. Eiusdem Epist. Petro Medici. Inc. *Quum saepe ex nobis audisses.* Des. *illustresque viros agnosceretis. Vale.* Ibid. pag. 4. Lib. I. Ep. II.

XXIII. pag. 148. b. Eiusdem Epist. Ioanni Pico Mirandulae suo. Inc. *Quantopere me semper, dum vixit, Hermolaus Barbarus dilexerit.* Des. *& mea suppilant. Vale, mi Pice. In rusculo Fesulano* VI. *Non. Nov.* MCCCCXCIX. Ibid. pag. 447. Lib. XII. Ep. I.

XXIV. pag. 150. b. Eiusdem Epist. Franciotto Vrsino suo. Inc. *Exigebas a me superioribus diebus.* Des. *quoddam quasi seminarium. Vale.* Ibid. pag. 393. Lib. X. Ep. XIII.

XXV. pag. 152. Eiusdem Epist. Georgio Merulae suo. Inc. *Ex litteris & sermone multorum cognovi.* Des. *polliceor me quoque par pari relaturum. Vale.* Ibid. pag. 401. Lib. eod. Ep. II.

XXVI. pag. ead. b. Eiusdem Epist. ad eumdem. Inc. *Dederam commodius litteras ad te.* Desinit, ob avulsam ultimam paginam, imperfecte in verbis: *posterior de Barducio non consentit, Martialisque versiculum tribus abs te plagis deformatum graviter fremit.*..... quae quidem verba incidunt in cit. edit. Lib. XI. Ep. X. pag. 428. lin. 2.

Cod. chartaceus MS. Latinus in 4. Saec. XV. in cuius prima pagina occurrit nomen *di Luigi del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1673. num. 679. Constat fol. script. 153.

BARPT. SCALAE APOLOGI.

Cod. CVII.

APologi centum Barptolemaei Scalae Equitis Aurati, & Cancellarii Reip. Florentinae, praevia hac ad Laurentium Medicem Epistola (1): *Arbitror, verum est, quod elegantissimus Comicus Poëta in Eunucho ait: denique nullum est iam dictum, quod non sit dictum prius. Si quis ergo scribere cogitaverit, & prodesse aliquo modo posteritati, maiorem suscipiat curam, ut mihi quidem videtur, iam oportet, quibus ea modis, quae scripturus sit, litterarum monumentis tradat, ut legantur, ac sensim voluptate adliciente lectionis, in spiritum, ut ita dixerim, & vitam rerum scriptarum pervenire possint, quam ut nimium laboris in his inveniendis, aut deligendis, quae commendare litteris decreverit, ponendum sit. Sunt enim ante oculos doctorum hominum eorumque ipsorum in manibus positae bonae artes; & librorum iam tanta est facta copia, ut nihil aut nostrum, aut peregrinum amplius desiderari queat. Igitur non erunt fortasse Apo-*

(1) Aliud huius Operis exemplar recensuimus in Cod. III. Plut. LIV. Catal. Codd. Latinor. Biblioth. Laurent. Tom. II. pag. 636.

Digitized by Google

Apologi hi nostri propter eorum novitatem iniucundi, aut infructuosi, si qui legerint. Id certe sum adnisus pro viribus, ut pro se quisque adferre semper aliquid studuerit, quod pertineat ad instruendam vitam, quae quidem tot, tantisque, & tam variarum rerum est subiecta casibus, ut erudiri atque edoceri satis pro necessitate numquam possit; nisi tibi forsitan, Laurenti Medices, in quem id aetatis, & si magna evenit cum admiratione mentis et consilii tui, nihil habet telorum fortuna, quod non exercuerit, aliter videtur. Vale. Primus *De Observantia* ita se habet: *Vos ego commonefacio, mei libelli, inopportune ad quempiam ut ne accesseritis, si tempora vos & mores diligenter observaritis, accidere facilius posse, ut minus ingrati hospites advenisse apud quoscumque videamini. Neque ab re erit, opinor, ut nomen etiam singuli vestrum, quo prius, quos sint suscepturi hospitio cognoscant, praetendatis. Nam etsi poterunt videri asperiora, quaedam tamen certo scio ingenua magis simplicitas, atque aperti mores delectabunt.* Vltimus est qui sequitur: *Numerus. Centum est taurorum apud Homerum supremum sacrificium. Centum & Poëtae tradunt Lunae esse potestates. Portae quoque veteris Thebes centum. & anni centum vitae nostrae terminus. Centum estis & vos Apologi, nunc iam, ut numero valere possitis, si desit virtus. Valete Apologi. Finis Apologorum.*

Inde sequitur: *Christophori Landini ad Barptolemaeum Scalam Epistola. Salve. Pellegi Apologos tuos, in quibus nulla opus est apologia; omnia probo, plurima vehementer laudo, multa etiam admiror. Invenisti argumentum, in quo ingenium tuum regnare videatur. Vale.*

Huic subiungitur: *Marsilii Ficini Apologus de Apologo. Venerem quondam in Pythiis Apollinis hortis, flores, ac fructus legentem varios, Mercurius amore saucius, sequebatur. Hic illam denique, & indice & duce Phoebo, sub lauro quadam feliciter adsequutus, summa cum utriusque voluptate cognovit. Horum congressu citus admodum formosusque natus est puer, in quo statim, & perspicacem Mercurii sensum, & gratam Veneris venustatem, Phoebique splendorem facile quivis agnoverit. Hunc igitur a Mercurii patris cognomine, quem Superi Logum cognominant, suus Apollo patronus, Apologum nominavit; iussitque ipsum passim discurrentem tantum humano generi, salubri quadam delectatione prodesse, quantum frater eius Cupido noxiae voluptatis hamo noceret. Igitur locorum ignarus Apologus, dum extra Pythios hortos in proximis silvis oberrat, forte incidit in pastores, qui divina pueri forma & indole mirifice delectati, eum penes se diu detinuerunt, atque cibis agrestibus, idest glandibus, & castaneis, ceterisque id genus, urbanum Apologum aluerunt. Quapropter tandem, mutata forma, ex Vrbano subrusticus evasisset, nisi eius patronus Apollo, propitia nuper porrecta manu, e silvis ad hortos Pythios, quos hodie Pinthios Florentini nominant, feliciter reduxisset.*

Docet Apologus divinum genus, divina solum alimonia coalescere. Tandem habes Titulorum, quos praeferunt Apologi tabulam, quae Codicem claudit.

Codex chartaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XV. aquis pluvialibus inquinatus, & nonnullis in locis evanescentis scripturae. Constat foliis scriptis 46.

LEONARDI ARRETINI DE BELLO ITAL. ADVERS. GOTH.

Cod. CVIII.

COntinentur in hoc Codice, absque ullo titulo, Leonardi Arretini de Bello Italico adversus Gothos gesto Libri IV. ad Rev. Patrem D. Iulianum Cardinalem sancti Angeli, cum Prooemio, cuius initium est: *Etsi longe mihi iucundius fuisset, Italiae felicitatem, quam clades referre.* Des. *Ego igitur, Reverendissime Pater, hos Libros ad te mittere constitui, ut & amorem meum erga te praecipuum recognoscas, & iudex exsistas laborum nostrorum, quos ita demum recte suscepisse putabo, si a te homine doctissimo, ac sapientissimo probabuntur; principium vero narrandi hinc potissimum adsumemus.* Lib. I. inc. *Zenone Romano Principe imperante, Gothi, Theodorico duce, invadere Italiam statuerunt.* Vltimus des. *quo facto Cumas, ac cetera, quae supererant oppida, Narses recepit, finisque fuit anni decimi octavi huius belli. Bellum Gothicum ex Leonardo Arretino. Finis. Amen.* Alia manus haec adnotavit: *Tempus quo regnarunt Gothi in Italia. Primus Gothorum Rex Theudoricus regnavit annos* XXXVII., *cui successit Athalaricus cum Amalasuenta matre eius, & regnavit annos* X., *post vero successit Theodatus, qui regnavit annos....* In calce Codicis adscribuntur pag. 93. duae Epistolae, quarum prima sequens est: *Leonardus Arretinus Alphonso Aragonensium ac Siculorum Regi sal. di. pl. Rem incredibilem, Serenissime Princeps, sed tamen veram Excellentiae tuae per has litteras indicabo. Nec erit ingratum, ut opinor, eam rem ex me potissimum cognovisse. Scripsi nuper Libros quatuor de bello Italico adversus Gothos gesto in eo bello, quo urbs Neapolitana bis obsessa fuit, & bis capta, primum a Belisario, Iustiniani Duce, postea vero a Totila, Gothorum Rege, & utroque tempore magna ac nobilis fuit obsidio. Decreveram eos Libros tibi obsidenti eamdem urbem transmittere; sed retardavit me respectus quidam, quod veritus sum, ne aliquos offenderem, si viam & occultum aditum quodammodo monstrarem ad urbem capiendam. Quum autem ob hunc respectum detinerer, ecce tua virtus admirabilis Neapolim cepit, per eum maxime modum, ut audivimus, quo in eisdem Libris describitur, a Belisario fuisse captam, & servatam. Itaque ego haec audiens, obstupui, post mille ferme annos, eamdem urbem, eodem modo & captam*

Digitized by Google

ptam, & servatam fuisse. Neque enim minorem humanitatem tuam fuisse audivimus in conservando cives, quae tunc fuerit Belisarii, neque minorem industriam in capiendo. Neque putet aliquis me ista fingere; nam Libri illi, sex mensibus ante editi fuerant, quam tu urbem illam cepisti, multique iam illos non legerant modo, verum transcripserant. Vt autem videas modum, quo Belisarius tunc Neapolim cepit, mitto tibi partem illam Libri, in qua captivitas eius urbis describitur. Vale decus saeculi nostri. Ex Florentia XV. *Kal. Septembris.* Altera eiusdem ad Cyriacum suum Anconitanum inc. *Quid mihi dabis, Kyriace, si de urbe Anconitana, tibi multa & praeclara vetustatis monumenta ostendam, quae tu numquam vidisti, licet Acarnaniam totam, cum Aetholia & Boeotia lustraris, ac Peloponnesum, Sparthamque & Argos inspexeris, & quidquid antiquitatis est illis erueris, & Athenarum Prophilaea nobis descripseris?* Des. *hanc vero historiam meam, si tu inspicere voles, non aliter tibi ostendam, quam si omnia Epigrammata, omniaque vetustatis monumenta, quae in toto orbe terrarum collegisti, ad me feres. Vale. Ze. de Sa. Sc.* Edita est haec Epistola in editione Epp. Leonardi Arretini Florentina, curante Laurentio Mehus anno MDCCXLI. 8. Tom. II. pag. 149.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XV. nitidissimus, cum pictura in prima pagina, & stemmate gentilitio cuiusdam Episcopi, cuius nomen indicatur litteris ALT. AV. Adest quoque recentioris possessoris epigraphe, scilicet *dell' Ab. Luigi del Senatore Carlo Strozzi* 1675. num. 701. Constat foliis scriptis 94.

BARPTOLEMAEI FACII DE VITAE FELICITATE DIALOGVS.

Cod. CIX.

I. pag. 1. BArptolemaei Facii de humanae vitae felicitate Dialogus (1) inter Antonium Panormitam, Guarinum Veronensem, & Ioannem Lamolam, ad Alphonsum Aragonum, & Siciliae Regem gloriosissimum, praevia Epistola nuncupatoria, quae inc. *Humanae vitae conditionem saepius reputanti mihi, Rex sapientissime.* Des. *ut autem scias Libelli ordinem, Antonium Panormitam, Poëtam atque Equitem praeclarum, Guarinum Veronensem, Oratorem praestantissimum, ac Ioannem Lamolam, disertissimum virum, colloquentes facio, ut coram, quasi praesentes invicem loqui putes; habet enim, nescio quomodo plus suavitatis & gratiae, dicam etiam dignitatis oratio per dialogum*

(1) Aliud exemplar huius Dialogi recensuimus in Cod. XLI. Plut. XC. sup. Catal. Codd. Latinor. Biblioth. Laur. Tom. III. pag. 625. §. III. ubi animadvertimus luci datum fuisse publicae Hanoviae typis Vechelianis apud heredes Ioannis Aubrii MDCXI. in 4. post Epitomen Felini Sandei Ferrariensis de Regibus Siciliae & Apuliae, aliaque pag. 106 seq. quod decepit Io. Vossium Lib. III. de Hist. Lat. Cap. V., prima descripta, *quod pro tua sapientia non ignoras. Quod reliquum est, Rex magnanime, te oro, ut hunc Libellum, quidquid est, tuo nomini destinatum, ea fronte, atque iis oculis, quibus soles, quae tibi grata sunt, suscipias, & per ocium perlegas. Quem si Maiestatis tuae gravissimo iudicio probari sensero, gaudebo, meque amplissimum laboris mei fructum, maximumque a te munus consequutum existimabo.* Dialogus inc. *Quum Antonius Panormita, clarus & singularis Poëta, iurisque Consultus Ferrariam sese aliquando contulisset, & forte apud Guarinum Veronensem, eloquentissimum virum, essemus ambo, cuius hominis visendi gratia in eam urbem profectus eram; intervenissetque Lamola, post mutuos complexus, & multa verba de mutua valetudine ultro citroque ab illis habita, in varios sermones incidimus.* Des. *tum facto dicendi fine, reliquum diei tempus deambulationi datum est.* Τέλος τῷ Θεῷ χάρις ἀμήν.

II. pag. 60. b. Eiusdem Roberto Strozzae viro clarissimo Epistola. Inc. *Animadverti, vir ornatissime, litteris tuis perbrevibus, id quod per hosce dies ex te audivi, videri tibi Lamolam, cui partes Dialogi mei tribuo, minus facile concedentem Guarino omnia, quod & quidam, quem honoris caussa non nomino, dixisse fertur; ait enim Lamolam victas praebere manus, quasi nescientem obiecta confutare.* Des. *quorum alterius gratiam per te inire, alterius augere, si modo possum, vehementer cupio. Vale.* Τέλος. Edidit hanc Epistolam Cl. Laur. Mehus in Praefat. ad Barptolemaei Facii Opusculum de Viris Illustrib. Florentiae apud Paullum Giovannelli MDCCXLV. 4. pag. 34. Tandem Codicem claudit sequens epigraphe rubrica descripta: *Ioannes M. Petri Strozzae Florentini discipulus, Parmae oriundus.....(2) amicissimo, in horis duabus & quinquaginta...(3) salutis anno* MCCCCLXVIII. *tranquillo transcripsit animo. Valeas qui legis.*

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XV. elegantissimae scripturae, cum pictura auro, variisque coloribus ad initiales litteras tam Prooemii, quam Opusculi exornandas confecta, in cuius prima pagina legitur: *Di Carlo Maria Chiesa Milanese num.* 564. Constat foliis scriptis 62.

HIERONYMI VENZONII DE HONESTI EFFIGIE LIB.

Cod. CX.

HIeronymi Venzonii (4) ad illustrem puerum Henricum Cardonam Libellus de Honesti Effigie vere aureus, cui praecurrit

enim huius Libelli editio prodiit Antuerpiae apud Christophorum Plantinum MDLVI. in 8. ut habet Niceronius Tom. XXI. pag. 320. & Apostolus Zenus T. IX. Ephemer. Venetar. Art. III.

(2) Rasura est in Codice.

(3) Alia item rasura.

(4) De eo ne verbum quidem apud Fabricium in Biblioth. Lat. med. & inf. aet.

Digitized by Google

rit sequens Prooemium: *Tuorum in me magnitudinem meritorum, non vulgaribus studiis, sed unius virtutis ministerio congestam, Henrice Cardona, singulare praesidium & decus meum, quum memoria repeterem, pudore non mediocri affectus sum; nam pietatem erga me tuam, nemo est, qui non noverit, gratitudinis autem meae nulla testimonia exsistunt; quare volvere extemplo animo caepi, quonam pacto non gratiam referre (nam id in aliud tempus distulimus), sed memorem me beneficiorum ostendere possem. Tandem nihil tam utile tibi, & cognitu necessarium, meaeque item dignitati accommodatum occurrit, quam ut Honesti Effigiem necessariis suis partibus absolutam, quadam veluti in tabella proponerem, ad quam imitandam, eximia eius pulcritudo nunc primum te accendat, & rapiat, ut, dum tenera est aetas, facile ingeniolum, iis praecipue artibus imbuaris, quae in toto vitae curriculo praesidio tibi, & decori futurae sunt. Quod quidem eo magis ad te pertinere arbitramur, quod regia ab utroque parente stirpe genitus, forma conspicuus, indole nobilis, gratia apud tuos, exspectatione apud omnes clarus exsistis. Adde quod divinis caeremoniis materno adhuc in utero dedicatus, pontificio iam nomine, praeter aetatem, ab Hispaniis Regibus insigniris. Accipies igitur observantissimi tui clientis Opusculum, quod tu eo diligentius lectitabis, quod id ad gloriam tuam, dignitatemque tuendam, & amorem erga te meum ac fidem testificandam proficiscitur. Sed inquiet fortasse quispiam ex iis, qui nigra semper in candida vertunt: Vetera quidem, Venzoni, & ab aliis dicta sectaris; novum prome aliquid ex tuo; tamquam non in promptu illud occurrat, commune esse hominum loqui, nihilque enunciari posse, quod alius ante non dixerit; stultumque haberi, atque insolens illorum fastidium, qui nova veteribus similia aspernentur, quum prorsus eadem ipsa non sint. Potuit sane is Ephesiae Dianae templum, aut Labyrinthum illum, quem Soli erexit Aegyptus, quum primum surgeret, quod marmore, aut ligno constaret, velut vetustate rancidum, alienumque contemnere, quippe & marmora, & ligna semper fuerunt. Vtinam avorum aliquid in pectore insideret, quod nos a rerum novitate semotos, ad pulcherrimam sui contemplationem adduceret; melior profecto, melior nostra conditio foret. Atqui ego bene si qua enunciavero, fateor, nuper a me proferri, omnia antiqua esse, neque ea me, nisi maiorum nostrorum beneficio potuisse adsequi, qui illa, partim tempori, partim litteris mandavere. Vnum tamen mihi persuadeo, haec, qualiacumque sint, tanto apud te plus gratiae, & auctoritatis habitura, quanto sua quisque impensius diligit, & maiori ego te fide, observantiaque, quam ceteri familiares omnes complector. Sed iam ipsam Honesti Imaginem lineis deducere incipiamus, ad quam tu actiones omnes, consiliaque omnia referens, quo te illa evocabit, niteris; citra, quominus poteris, ultra, nullo pacto discedes. Id autem facies, non supplicii metu, non spe praemii, sed quia id fecisse bonum est.* Caput I. *De nobilitate animi*, inc. *Omnes homines, mi Henrice, ex animo, & corpore constamus. Corpus terrenis sordibus fictum, atque compactum, fragile est, mortale, caducum. Animus simplex, purusque, divinus, immortalisque habetur.* Caput ultimum *De temperantia*, des. *Habes, mi Henrice, absolutam satis, ut opinor, promissam a me Honesti Effigiem. Indicata est animi nobilitas, constitutus finis, adnotata quatuor genera virtutum, enarratae actiones, pleraque ex his confirmata, & facta clariora exemplis. Vnum superest, ut pro tua in me benivolentia, & mansuetudine, meaque item in te fide & observantia te moneam, ut discipulum, ut amicum horter, ut patronum de me optime meritum obsecrem, atque obtester, haec, & similia, quae de bene vivendi ratione traduntur, ita observes, ut ab ineunte aetate, summam laudem consequutus, genti tuae ornamento, gloriae tibi, praesidio bonis, omnibus emolumento sis; me vero quantum ea in re operae impenderim, numquam poeniteat. Vale, & me mutuo, ut facis, dilige.* Notanda sunt quae Auctor in Capite *De prudentia* refert pag. 13. *Quadrat huic ideo egregium facinus genitoris tui Ioannis Cardona, Ducis Egelestani, qui quum bello Pallariensi, quod adversus Rogerium Comitem regiis gerebat auspiciis, praelium cum hoste iniisset, casu equi per montis abrupta depressus, totum ruina corpus contractus, vix mortem evasit. Actum prope erat de regio exercitu, quem sine duce palantem, per angustias, & saltus, peritus locorum hostis, facile oppressisset, omnisque partae iam victoriae spes, etiam in posterum tollebatur. Tum ille, cuius corpus aliquando contundere iniqua fortuna potuit, animi autem magnitudini detrahere aliquid numquam potuit; veluti clade maior effectus, non ad sananda vulnera, non ad compescendum sanguinem, qui toto fere corpore effluebat, non ad propriam salutem tuendam, sed ad cohortandum militem, obeunda imperia, ubi honestas sua, & suorum salus consistebat, procurrit; moxque victoria potitus, quam stragem ei fortuna minata est, ipse hostibus intulit. Contrarium fuisset expertus, si non plus apud eum honesti, quam corporis ratio valuisset.* In Capite autem inscripto *De iustitia particulari*, haec alia pag. 22. b. sunt animadvertenda: *Nihil tibi conducturum existimant, quod non summa diligentia procurent, ut honestati tuae mos geratur, non pecuniae granditas, non locorum distantia, non rei difficultas impedimento est. Praeceptorem, qui te in Oratoria, & Philosophia erudiat, ex Italia, ubi ea disciplina maxime viget, accersunt; mox alius, qui Pontificiae censurae elementa tradat, multis honoribus invitatus, adiungitur. Quoties ego genitorem tuum, quum aut loqui te, aut agere sa-*

pien-

Digitized by Google

pienter aliquid vidisset, prae nimio gaudio lacrymantem adspexi! De genitrice nihil dico, quae numquam te intuetur, quin omnem protinus e vultu maerorem discutiat, quantumque ad maiores natu liberos amandum, gentium iure compellitur, tantum ad te diligendum, lege quadam naturae, & ingenii sui imperio videatur adduci. Nunc si fratrum rationem habere velimus, quid Ferdinando Aragoniae classis Praefecto nobilius? quid magnificentius? quid illustrius? quem, liceat dicere (quoniam ipsius mores atque animum novi), alterum mihi adolescentem Pompeium, cum in togatis, tum in militaribus negociis contemplari videor. Sorores autem Ioannam, & Aldouzam, alteram Trivini, alteram Arandae Comitem, nonne tamquam geminum domicilium, ubi alternis studiis omnia virtutum genera foveantur, missas in lucem omnes fatentur? Alios conticeo, non quod fere idem probata eorum indoles non promittat, sed quia de tam tenera & infirma aetate non minus temerarium, quam difficile est iudicium &c.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. minori Saec. XV. optimae notae, cum pictura in principio, quae totam implet paginam, cum stemmate gentilitio, ut videtur, Henrici Cardonae, sacris infulis decorato, cum litteris initialibus Capitum auratis & coloratis, ac titulis rubricatis. Constat foliis scriptis 33.

PHILIPPI ARIMINENSIS DE LAVDIB. MALATESTARVM.

Cod. CXI. I. pag. 1. PHilippi Ariminensis, Fedrigini filii, Oratio, & Carmen Elegiacum de laudibus Malatestarum, cum Epistola nuncupatoria Roberto Malatestae Arimineo Regi, quae sequens est: *Priscis mos erat rerum Scriptoribus, divinis tollere laudibus Reges illustres, non quod illorum gratiam Orationis illecebris, aut malis artibus aucupari vellent, sed ut eorum praeconia modulantes, nullo infecti dolo, ad sua vota pertingerent. Panegyrica illi quidem appellabant, in quibus titillantes alios oblectabant. Quin etiam Deorum pollentiam lyrice decantabant. Hoc igitur imitans, Panegyricum ad Te mitto, per me nuperrime lucubratum. Patere & tu laudari, quandoquidem ii laudibus tolli sunt perpessi. In hoc ego tibi affectus, Malatestarum illustrium, & tuas laudes inserui; non profecto quas par erat inserere, sed quas Operis consulta brevitas, meas vires emenso, mihi praescripsit. Do quod thesaurarium apud me est, sed prae his, quae in posterum sim daturus, pusillum est. A Fedrigino Arimineo Cive, quondam non in postremis adnumerando, ortum duxi. Veterem repetituros patriam quatuor habiturus es ex me natos, tuos Cives, & vernulas, ad omnia accinctos, quae ad tui sublimitatem status vergere poterunt arbitrari: tantisper eos & parentem complectere, charos, & commendatos habe, & tuos, plusquam tuos, esse diiudica. Vale.* Post hanc Epistolam sequebatur initium Orationis in laudem Malatestarum, sed ob avulsum folium, eo quod esset aliqua perpulcra decoratum pictura misere deperiit; quare, ut rem gratam faciam amicis meis doctissimis Ariminensibus, Iosepho potissimum S. R. E. Cardinali Garampio, & Io. Christophoro Amadutio, in Romano Archigymnasio graecarum litterarum Professori, editorum Operum fama illustribus, operae pretium duxi, ipsam Orationem, prout iacet, in lucem efferre, quae ita habet: *Quas enim, Lycurge, leges Lacedaemoniis intulisti, huic regias Regi ignotas? quas, Solon Atheniensibus perscripsisti, huic peregrinas? quas, Decemviri Romani, non huic tritas tabulas aereas incidistis? qui reconditi anfractus, & legum voragines gloriari possunt de tanti Regis inscitia? At vero si Philosophum quempiam nactus esset, cum quo de naturae pollentia, aut divinarum professorem litterarum, cum quo de recondita quaque rerum indagine disseri posset, operae pretium erat, illum intueri acutissime disserentem, & consultissime decidentem. Harum tantarum virtutum luminis ignorare non licet, aemulam fuisse rei militaris gloriam excellentem, cui sese ita addixit, ut in acie Caesar, in iudicio Scaevola censeretur, & esset. Atque, ut ad praecipua eius, claraque facinora me convertam, nonne quum per id temporis Venetum Respublica excelsa ab Hunnis eam ferociter insultantibus traheretur ad bellum, agro Foriiulii paene vastato, suo hunc praefecit exercitui? quippe qui tum primus esset omnium, qui arma ferrent, qui imperitarent, qui de hostibus victoriam reportarent. Quid tum is egerit, quamque sapienter & strenue rem Venetam gesserit, fusus per illum fauste, & feliciter hostilis exercitus declaravit. Ex his perpauci fugae crediti, suis pro nuntio fuerunt tantae cladis acceptae; nam cruenta dimicatione peracta, ponteque a tergo caeso, qui super Liventiam flumen, ratibus erat instructus, obtruncati ad unum omnes, vel in flumen acti, poenas dedere impii & iniqui belli. Sed profecto non minus commemoranda sunt ea, quae togatus magnificentissime gessit, Petri navicula fluctuante. Quum enim Gregorius Romanus Praesul, Corariis oriundus, Vrbe explosus, Italiam peragraret, ab hoc exceptus est Principe, qui longe plus officii contulit naufraganti, quam ausus erat optare. Ardente namque in eum Concilio, quod in Constantia Vrbe Galliae conspirarat, Princeps hic Arimineus eo profectus est, ut partes tutaretur illius. O Legatum inclytum, o pientissimum & facundissimum Oratorem, qui tantum clientem, & tam dignam caussam excepit! Verba eum talia fecisse ferunt: Ne miremini, Reges excelsi, & sacrosancti Praesides, si me huc caussam acturus contuli, Angelum defensurus, Angelum, inquam, terrenum, Gregorium infelicem & miserum Pontificem vestrum. Me profecto*

Digitized by Google

periclitantis tam vere sancti Capitis commiseratio movit. Hunc ego pulsum, profugum, & Italiam pererrantem excepi, pavitantem recreavi, & seminecem suscitavi. En inglorium produco hominem ad tantae conspectum maiestatis vestrae. Non fugit, sed venit vestrum benigne iudicium audituru, humiliter subiturus, & obsequuturus alacriter. Sedetis iudices, mundi capita, vivam & vocalem iustitiam referentes. Heic leges, heic sanctiones, heic iura divina, humanaque omnia. A vobis nulla est provocatio, nullum ad maius lumen perfugium; in manibus enim vestris radiantes sunt iuris lances, & arma, quibus iura teguntur, & iniuriae propulsantur. Nihil, nisi sanctum, sanctissimus hic vir omni sua aetate perfecit, omnium speculum, & exemplar. Natus ad virtutem, educatus ad sanctimoniam, promotus ad cpicem dignitatum, tamquam dignus auriga ad gubernandum sanctum Dei populum, & Ecclesiam militantem. Hic, fato nescio quo, in odia incidit, & livorem, & crimen; tamen ut virtus emergat, aurum sordibus emundetur, & lux e tenebris liberetur, & prodeat, agite, inquirite, & in caussam incumbite. Si sordes ulla, si iniquitas, si flagitium in homine sit, si id inveniri datur, quod pro portento & monstro erit, de Pontificatu praecipitem vestro iudicio deturbate; sin vero horum nihil admisit, absolvite miserum, & anhelum, & suum sibi locum reddite, sublime solium Pontificatus sui. His igitur, & aliis longioribus gravioribusque verbis effecit, ut fieret indago, qua perfecta, Carolus verus inventus est, & Coriarius in pristinum locum ingenti gloria restitutus. Quis tum vaticinatus esset huius Ariminei Principis minores foeda praemia reportaturos, quod aliquando futurum esset, ut illius Regii Capitis posteri a successoribus Angeli spoliarentur imperio, quem tantus avus ornasset. Potuisti, te adloquor, Paule Romane Pontifex, hostilia tua castra in agrum Ariminensem inducere? faces iniicere, & illa incendere moenia, ubi qui te praecessere Romani Pontifices, tam clementer, tam splendide, tam regie sunt excepti? Potuisti ferro, & armis absumere, & populari agrum illum feracem, & adfluentem, qui tam abunde Romanos Praesides pavit? Potuisti de imperio quidquam imminuere Malatestarum illustrium, qui pro Dei templo nullis umquam sumptibus, vel laboribus pepercere? Non sic intractabiles, non sic immemores, non sic saevi fuere magnanimi Veneti nostri, sed meritorum memores, eumdem Carolum suum Praefectum instituere, quum Philippus Maria, Insubrium Dux, Etruriam premeret, viam sibi sternendo Italiae reliquae potiundae. His tantis ausis Veneti obvii facti, quum auxiliarem exercitum dare Etruriae instituissent, hunc Praefectum suum cum numeroso exercitu Zagonariam, Flaminiae oppidum, destinaverunt, locum infestum, infelicem, & exsecrandum, ubi non ductu suo, sed aliorum vitio, & caeli obliquo sidere infeliciter tentata res est; hic tamen fide nitens, & animo, aliis rebus feliciter gestis, satur aevo, satur gloria, naturae concessit.

Venio ad avum tuum illustrem Pandulphum Malatestam. Fuit is profecto Rex vere magnanimus, & bello clarissimus; nam non Fano, non agro Piceno, non Caesena, non Meldula, non Cervia, & aliis claris urbibus, ac avito, reliquoque suo Regno contentus, in Galliam Cisalpinam contendit; conspicuoque conflato exercitu, bellum indixit, intulitque illis Vrbibus, & Regibus, a quibus affectus erat iniuria, brevique curriculo, cum iis dimicando, vi & arte pulcherrimas subegit, & ornatissimas Vrbes, subactisque diu potitus est, quibus Brixiam annumeres licet, quae, ut prima iugum accepit, sic postea prima semper in eum fide & amore praefulsit. Mirum, quantum in ea urbe in hunc usque diem, quantum in tota ea regione, quantum in circumfusis Benaci oppidis, Pandulphi nomen celebre sit & iucundum. Mirum videre iconem illius impactam sacello per eum erecto; mirum audire commemorationem de illo quotidianam, festam, & hilarem, praecipue quum intuentur maternum nobile illud oppidum, quod ipse ad Benacensem lacum exstruxit. Contra vero hostes transpadanos intueri tum licebat, tremere & horrere magni Pandulphi nomen, tremere Brutios, tremere Appulos, tremere Etruriam, Heracliam, & Metapontum, ac omnia loca illa, ubi castra metabatur, ubi bellicae suae vires intendebantur. Audi, quaeso, audi maiora his de tanto avo tuo; nam illi, parti laboribus Regni tenacitas, ut adsolet, nulla dominata est; munificentissimus enim Rex, nonne Brixia donandi animum induxit Venetiam triumphantem? (sic) Exstat profecto illius missa ad Senatum Epistola, memoranda quidem, & plurimis laudibus efferenda; sic enim suo militari more loquutum ferunt: Nobiliorem, bellorum vi, Galliae Cisalpinae partem feliciter domui, & praeclaris meo marte partis Vrbibus potior; id solidum mihi gaudium visum non est, nisi in laborum partem meorum, gloriae, & triumphi, Venetiam terrarum dominam vocem. Brixia mihi est prae cunctis chara, & thesauraria Civitas, Viri Veneti excelsi; hanc a me dono capite, vestro nobili dignam imperio; neque me hostium metus, aut terror ullus incessit, aut diffidentia virium ad tantum munus, sed amor illexit; quippe qui sim Senatorii ordinis vestri, illi affectus, & studiosus eius imperii proferendi. Sumite, excelsi Veneti mei, mearum partem acierum fructus, & felicis exercitus, & noscite me, vobis praeteritis, triumphare nescire. Haec quum scripsisset, non ambigitur, quin ea Vrbs in Venetam ditionem iisset, ad quam fato datum erat ituram, ni Venetiae antiqua, innataque modestia, & suis contenta finibus, reiecisset. Ecquis mirari potest, si praecelsi Veneti Malatestarum familiam charam habent, si gravissimis suis temporibus Arimineos Reges

Prae-

Digitized by Google

Praefectos suos instituunt, si in eorumdem rursus adversis rebus, illis opem ferunt, si terra, si mari eos tutantur, & suarum iniuriarum vindices profitentur. Mortuus ingenti gloria Pandulphus, tres reliquit ex se natos, Robertum, Sigismundum, & Dominicum, se, & suo dignos imperio.

Natu maiör Robertus, quantus Princeps exstiterit, celeberrima viri fama buccinat, res indicant, & vita testatur angelica; non enim latus eius apparitoribus, aut aeratis militibus, ut Regibus mos est, sed religiosis, sanctis, & abstemiis viris stipatum erat. Noctu, et interdiu sanctorum Patrum vitas, futurus ipse sanctus, manibus terebat, legebat, & contemplabatur. Sacras Horas, pie canendo, iugiter celebrabat, xenodochia miserans revisebat, sacella adibat, orabat, & ieiuniis, & inedia sese afficiebat. Vxorem virginem, virgo habuit, virginem tenuit, virginem moriens dereliquit. Cilicia pro syndone, aquam pro temeto, durum lapidem pro pulvino Rex sanctus sibi selegit. At vero, quum ad solium pro iure dicundo, se referebat, mutata persona, mollibus indutus, ex mentis attritione, se ad apparentem laetitiam accommodabat, ius dicebat, a quo nullae umquam querimoniae sunt auditae; quae omnia quum per eum sic agerentur, tamen quorumdam perditorum insolentia retineri non potuit. Coniuratum in eum est. Ad coniurationem excitus sanctus Rex, minimi pendens hanc umbratilem vitam, solus, & inermis in forum pergit, & ad frequentem populum, ubi conspiratores aderant, haec verba fecit: Ego si vos, viri Ariminenses, cives meos appellem, verus fuero; at si fratres, melius sanctiusque dixerim; quo fit, ut me magis miseratio quaedam, quam ira percellat; non enim, quod in me quisquam conspiret, indignor, sed angor animo, eum ad id caecum, & praecipitem ferri. Vobis adficior, viri Ariminei, ut urbis parens, a patruo meo relictus Carolo Malatesta. Quid per me relictum est? quid praeteritum, quod ad aequitatem, ad mores, ad placabilitatem attineat, Principi ad suae urbis commodum anhelanti? Nemo in me profecto conspirare potest, nisi qui fortunae felici, & quieti meae urbis invideat. Quod tamen si quisquam est, qui novare res tentet, prodeat, & mecum singulariter certet; non reluctor, non recuso, non abnuo. Enimvero non me munita arce concludam, neque rursus, instructa acie dimicabo; at meis accinctus armis cum eo contendam, & digladiabor, his quidem armis, his, inquam, vinci nesciis, his splendentibus & coruscis. Sicque animose dicens, animosius extulit Crucis signum excelsum triumphantis Christi Iesu, exclamans: Christe summe, maximeque, Regum Rex, si deliqui in hoc meo regendo grege, si iniuste, si impie, si inclementer quidquam admisi, discerpendum me meis civibus des. At si eorum quisquam in me quid nefarie cogitavit, si quis res novavit, parce illi, Iesu, parce Omnipotens, & remitte flagitium suum. O Regem sanctum beatum, & omni saeculo memorandum! Lacrymae omnibus subortae, & a cunctis conclamatum est, Regem hunc, non Regem, sed caeleste Numen esse, & pro Numine venerandum, & adorandum. Hic paullo post humanis exutus spoliis, choro septus angelico, ad aethera convolavit, cuius obitum quot mirae res ei voventibus, & ad eum perfugientibus prospere adfulserint, conarer ostendere, ni brevitati consulerem; non enim caeci illustrati, non leprosi mundati, non vincti soluti, mihi deessent, & alii, qui ope sua adiuti, plurimas maximasque ab Omnipotenti sunt gratias consequuti. De hoc hactenus.

Ad Dominicum me refero Malatestam. Is, quum forte sibi Caesenae Regnum obtigisset, & quarumdam aliarum Flaminiae Vrbium, armis, & rei militaris gloria, dum fortuna tulit, effulsit; atque ita, ut qui ea tempestate Summus Pontifex erat Eugenius, & idem, ut ante Gregorius, e Roma pulsus, quum se Florentiam retulisset, Bononiam suae mandaverit fidei, suis armis, & praesidio sustinendam. Vidi ego tunc, vidi Dominicum Malatestam, dum iuvenis admodum ibi litteris indulgerem, strenuis commilitonibus suis illic impetus hostiles arcentem. At tu, Paulle, iterum te adloquor, & abs te quaero, qua mente, quo animo, qua bili percitus excogitare potuisti, ut Arimineos Reges Regno pelleres, qui toties anxios Pontifices Summos, tam strenue tutati sunt, & omnibus rebus ornarunt? Melius profecto, & consultius agendum Venetia duxit, rationem Malatestarum habens, quae olim Zevae Veronensis agri vico, castris positis, dum bellum cum Transpadanis gereret, hunc magnanimum Regem exercitui suo praefecit. Hic, fato nescio quo, quum in lethalem aegritudinem incidisset, testamento condendo, in Venetos amorem praesetulit, in quo, deficiente paene spiritu, huiusmodi verbis usus est: Sic summo, maximoque Deo iubente, exstinguor in medio meae vitae curriculo; animo ferebar ad altiora, quam egerim; pontem mors interrumpit. Vale Violanta mea, uxor mihi charissima (ea tum ibi aderat lacrymans); ex quo liberi desunt, Regnum meum gentiles habento; verum Cerviam Venetiae lego, de me bene optimeque merenti. In quo potuit igitur pientissimus Rex vigens, in quo potuit valens, in quo potuit moriens, fidem, amorem & observantiam in Venetum nomen ostendit.

Nunc ad Sigismundum parentem tuum excelsum fertur meae cursus Orationis, quem immortalem praecelsa illius virtute, & belli gloria fieri par erat. Quid ego illum laudibus prosequar? quid illius gesta Caesarea refricem? Scit non modo quidem Italia, sed extrema quaeque Orbis ora, & nationes, & gentes; scit, sensitque illius vires Alphonsus Aragoneus Rex, quondam excelsus, qui quum Neapoli potitus esset, & Florentiae bellum inferens, excidium minaretur, ea ad Malatestarum opem se contulit, huncque Praefectum suum in-

Digitized by Google

instituit; hoc exsiliente belli duce, didicit tunc Alphonsus quanta prudentia, quantaque rei militaris scientia & gloria is valeret. Hoc namque Praefecto Martio dimicante, non Alphonsum diadema regium, non numerosus exercitus, non Appuli, non Brutii, non Calabri, quos secum ille rapuerat, ipsum texere pavitantem, neque etiam retinere potuerunt; quin foede, amisso exercitu, desertis castris, fugeret a conspectu fulminei Malatestae. Videre tunc licebat anhelum pectus Alphonsi, & illius effusam, & praecipitem fugam, abiectis armis, & regalibus ornamentis; contra vero longe lateque omnia demolientem, & regias fundentem acies, & Regis terga caedentem, Sigismundum Arimineum Regem excelsum. Huic tam excellenti, tamque memorando triumpho non est, Philippe Maria, comparandus de eodem triumphus ille tuus, quamquam praeclarus exstiterit. Genuenses enim homines eam sibi laudem vendicant, & adscribunt, sua naumachia debellatum illum adfirmant, & quod sibi non dedideris, a te defecisse testantur. Non sic Sigismundus, praesens & urgens, suo marte, suo milite, suo mucrone, fudit & fugavit Alphonsum, & castris exutum, per avia praecipitem egit. Hanc belli, praeliique gloriam, quae conticescet aetas? qui praestantes ingenio, diserti, clarique viri obstinere se poterunt a scribendo tam clara facinora? quod admirantes celsi viri Veneti, nonne bis illum suorum ingentium exercituum Praefectum declararunt? Primum namque in excurrentes insolenter Insubres eo ipsum mittendum duxerunt; post vero, ut Achaiae, ubi Turcorum fremitus erat, consuleretur, Imperatorem suum instituerunt, legaruntque ad eum e vestigio magnanimum Petrum Delphinum in iuventute patritia nulli secundum, in diligentia, & publicis, privatisque rebus mature perficiundis, ut exercitus cogeretur, & coactum, expeditumque in Peloponnesum traiiciendum curaret. Brevi igitur, & assiduitate Regis, & praestantissimi Legati cura, & pernicitate pervigili copiae pro tempore opportunae, rostratis navibus impositae, ad eas oras feliciter perferuntur. Eas illustris Andreas Dandulus, Legatus consultissimus, & Provisor dignus excepit; nec mora, huius scito consilio Spartam Malatesta invadit, animis & viribus fretus. Digna quidem tunc ab eo gesta res est; eius namque ductu, ad eum locum, exercitu properante, per radices, & ima montium, callida arte sua acies sic deduxit instructas, ut nusquam vir a viro discederet; sicque Amarbeo Flambularia (ita barbari Praefectum appellant), primo Octomani bellorum duci, omnium callidissimo, multitudine inaudita insidianti, & inlecebris praedae tentanti, ut Turcis mos est, via obsepta est trahendi in insidias Malatestam; quem barbarum quum oblatae per eum praedae, oblatae occasiones, oblataque omnia blandimenta saepius frustrarentur, inquit ille, Imperatorem cautiorem Malatesta, se neminem perspexisse. Hosti hostem laudanti quis non credet? quis laudem illam veram & solidam non existimet? Per eum namque ad id loci deducta res est, ut nisi tantis caeptis suis classis Venetûm opem latura, a Rhodiis intercepta foret, gloriose, fauste, & feliciter de barbaris triumphasset. O fortunam iniquam, & invidam, quam saepe reflas secundae aurae virtutis! Post tamen cum Octomanis pugnando congressus, non modo exercitu, aut collatis signis, & acie, sed singulari certamine decertavit, docuitque omnes, nullam rem aliam suae victoriae obviam esse datam, quam innumeram, inauditamque hostium multitudinem, quam Xerxis, vel Darii tibi suadere posses. Id declarat eius Oratio, quam in Senatu inde rediens habuit; sic enim verba fecit: In Peloponnesum profectus cum imperio summo, viri Veneti excelsi, ut Octomanis congrederer, vestras ferociter oras maritimas invadentibus, Isthmos mihi testis est, & Corinthus illa bimaris, quot quantique mei conatus & labores exstiterint, & quantum equite, & quantum pedite decertarim. Meorum sanguinem commilitonum, & vitam profusam testor, & mei corporis ulcera pugnando suscepta, nihil inausum, nihil intentatum reliquisse me, quod Praefectum deceat fidum, pervigilem, & praesenti animo, & viribus dimicantem. Defessi sumus caedendo magis & obtruncando, quam pugnando, vel persequendo; non enim cuneis, aut ala, vel quadrato agmine, in aciem prodeunt, sed catervatim multitudo innumera prosilit, quae caesa repullulat, quae strata, quae profligata, rediviva facta resurgit & recrudescit. Neque mirum unde scaturiat tanta gregaria multitudo. Habet enim Octomanus Armeniam, Pontum, Propontidem, Mysiam, Byzantium, Mitylenas, Euripum, Euboiam, Cappadociam, Bosphorum, Tanaim, & paene loca innumera alia florentissima, quae militem affatim suppeditant, equo, vel pede accinctum, sine discrimine, ad caedem vel victoriam subeundam. Meo modum statuistis imperio. Ecce pono, quod accepi paludamentum; nudus, spoliatusque commilitonibus meis pro vestro caesis imperio, redeo ad meas sedes avitas, pro maiestate nominis vestri animam profusurus. Haec ille quum dixisset, dimissus est a Senatu honorificentissime, gratiaeque ingentes illi actae sunt, & plerisque Patriciis illum comitantibus, contendit Ariminum, ibique quievit.

Ad te novissimo loco me confero, Roberte Malatesta, Illustrissime Rex, qui Marte magis, quam Sigismundo editus crederis; id enim adfirmat, qui adolescenti tibi paene, quiescentique, & nulli insidias machinanti bellum quum indiceretur & inferretur, impium idem & iniquum, & ab omnibus detestandum; quippe quod ab ingratis erumperet, quid tum per te actum est, quid trepidatum? impavidus perstitisti. Admota suburbanis, & paene stationibus tuis castra, tormenta muralia, iaculorum nubes, faces iniectae terruere te umquam?

Digitized by Google

quam? aeque ac si horum nihil adfuisset. Neque etiam ab tua te constantia dimoverunt illa taeterrima villarum incendia, non municipiorum tuorum sollicitatae defectiones, non direptiones, non caedes, non quotidianae strages, non tuorum miserandae calamitates; sed contra tantam procellam, & horrendum turbinem, non adolescentem, non tyronem, sed veteranum te militem & Imperatorem interritum praestitisti; quo quidem tempore te tui cives, & commilitones audivere talibus concionantem: Quo loco misera res nostra sit, viri strenui, videtis, nostrae fortunae socii. Mihi certum est prius me meae vitae, quam Regni exitum intueri; phalarica mea me prius ab his sedibus, quam hostis eiiciet. Quod si vos vestra virtute freti meam sequi fortunam animum inducitis, conclamate, magnanimi viri, arma capite, & audete extrema quaeque, qualia solent, qui perditis desperatisque rebus affecti, non pericula, non labores, non mortem horrescunt. Viximus gloriosi, moriemur inglorii? viximus in maiestate Regni, moriemur in sordida servitute? Quod si inimica fortuna perculserit, gloria nos mortuos prosequetur; sin afflatura sit prospera, non ego, sed vos Reges eritis Ariminei, non amplius commilitones. En ego primus in hostes confertissimos ruo. Me sequamini, viri magnanimi, paribus armis & animis. Haec quum dixisses, equum calcaribus concitas, sicque ardenter exsiliens, feroci tua acie te sequente, in hostem ruis, exanimas, attonitumque illum exercitum tanto tuo fragore mox fundis, fugasque, & castris exuis. Hostium vero dux consternatus, non ensis, non galeae, non sociorum memor, equo celeri, & calcaribus fidens, tibi liberum reliquit solum, & solium Ariminense. Non Paullus ille suus, non elatio, non Regni cupido, non desiderium Arimini potiundi, sed ante oculos illi mors erat; satis superque illi fuit in pedes se dare potuisse, & sese a tua fulminea dextera subduxisse, multum quippe fortunae debet, quae illum dedecorando servavit, plus tamen illi aeripedi belluae, quae illum tuis manibus sua pernicitate subtraxit: crepuit bellua pro flagitio, quippe cui idem finis fuit cursus, & vitae. Haec tu iunior quum feceris, de te tantam concitasti exspectationem, ut nunc aetate provectus, eam de te feceris persuasionem imbibi, ut quaerentibus militarem virum, aut clarum Imperatorem, nulli secundus existimere: tanta tua virtus est, & tanta militaris rei scientia, & in ea exercenda felicitas. Quare mirum non est, si laboranti Florentiae, ex Ferdinandi Regis insultu, tu accitus sis ad illius tutandas opes, & vim regiam propulsandam. Quo tempore si ceteri sui belli duces tuum consilium, animos & robur sequuti essent, non iacturam ea urbs accepisset, non municipia amisisset, non iugum subivisset, non Regis leges dignata intueri fuisset; actum de Ferdinando erat, si te ceteri sequuti, animosissime conflixissent. Hoc non Etruria, sed celsa Venetûm urbs intellexit, quippe quae nunc, tota bello & armis Italia fervescente, suum te Praefectum instituit, & freta tanto lumine tuarum rerum gestarum, spem concipit, caliginem nunc obductam, & imminentem perditum iri tuo ductu, tuis auspiciis, & fide, & praestantia, singulari, quae in te summa sunt omnia. Hic ego meae filum Orationis abscinderem, nisi tuae iustitiae laudes intactae, & placabilitatis suavitates praeteritae de me (neque iniuria) quererentur. Summae quidem, eximiaeque apud te sunt hae germanae sorores; tu enim ius dicis, ius exsequeris, iuri vim suggeris & splendorem; quem enim gladiatorem, quem praedonem, quem furem, quem adulterum, quem danistam, quem sacrilegum in tua urbe videre licet? si qui fuerunt, tuo gladio interierunt, si qui sunt, in tenebris latitant, & conticescunt, neque prodire audent, docti quam severa tua sit facies, & horrenda in sceleratos & perditos. Nunc enim bos tutus arat, armenta soluta errant in montibus; in urbe vero mercem mercator, nummularius nummum, sponsam sponsus tutus tenet, & fruitur; nulli iniuria inuritur, quae diuturna futura sit, nulli convicium, nulli violentia. Quare hac divina virtute tua, quis non te diligit? quis non amat? quis non veneratur? quis non, ut caeleste numen admiratur, & colit? Huic tantae virtuti tuae sese comitem addit placabilitas, & clementia tua, omni quidem laude dignissima; non enim tu arcem colis, sed privatas domos omni tempore visendus, & adeundus. Quem non audis, quem non exaudis? cui non parcis venia digno? quem tristem abs te dimittis? quem ullam petentem gratiam excludis a fonte clementiae tuae? Plus enim tu gaudes in dandis beneficiis, & gratiis impertiendis, quam qui illas accipiunt. Quod si quid parce abs te petitur, tu large, tu abunde, & affluenter flumen fundis admirandae prodigalitatis, & clementiae omni saeculo praedicandae. O praeclarum Principem! o Regem magnanimum & excelsum! felicem tuam civitatem, beatam & fortunatam, tam clementi, tam pio & officioso Rege! Quare male sit, & male habeat qui te invadit, qui te odit, qui persequitur, & tuo quidquid male machinatur imperio; rursus vero felix fortuna sit ei, qui te amat omnibus adamandum, qui te veneratur omnibus adorandum, pericula, qui labores, qui mortem pro te subit, & anhelat pro tui imperii dignitate.

II. pag. 19. Inde sequitur Carmen elegiacum, quod pariter heic proferimus.

Roberte illustris, tua sunt illustria gesta,
Romuleae haec tua sunt, Caesareaeque manus.
Gesta fero volitant fama splendentia Marte,
Qua patet exoriens Phoebus, & occiduus;
Africa qua tellus colitur, qua nubilus Auster,
Qua Boreae perflat spiritus ille furens.
Cantantur vulgo, felix Roberte, triumphi,
Quos tua ferventi dextera clade parit.
Quum regis imperio, saevi vel caede duelli,
Hostes exanimas fulminis instar acris.

Paul-

Digitized by Google

Paullus Arimineos igitur quatit ariete muros,
Incassum certans viribus invalidis.
Quid flammas, clamat, quid semivirum comitatum
Moenibus inducit turpiter aufugiens?
Flagranti galea Malatesta excesserat arce
Magnanimus, patrias corripiens acies.
Arma mei, ferte arma cives (sic), *moriamur in armis*
Conspicui, aut nostris moenibus hostis eat.
Paulle fugis? quo Paulle ruis? quo tendis inerti
Quadrupede? informi credis abire fuga?
Quid tibi tum valuit gemmis baccata tiara?
Profuit aut tibi quid fulta trilice gradu?
Quid tibi tunc fuso nitidi valuere pyropi?
At valuit fremitu tunc Malatesta suo.
Roberte illustris, Venetûm cape signa potentum,
Signa triumphanti nunc cape celsa manu.
Marte fero fulges, animis, avibusque secundis,
Fortibus & gestis induperator acer.
Nunc gere rem Venetam, nunc maxima nomina avorum
Exprime bellipotens, maxima bella ducum.
Nunc quid Ariminci valeant in bella ruentes,
Exprime bellantum fortia facta virûm.
Imperium antiquum dubitas reparare tuorum,
Et dubitas abavos exsuperare tuos?
Montis Ariminei Vallis castella redibunt,
Quidquid agri fuerat sub iuga colla dabit.
Fortuna omnipotens tibi det quaecumque mereris,
Et quaevis toto pectore vota cupis.
Delicias orbis cornu conclusa nitenti,
Munera det lacta fronte benigna tibi.
Aurea ponte tuo subterlabatur arena,
Aurea & Hesperii murmuret unda Tagi.
Sint & Ariminei gemmatae littoris undae,
Et sit ibi Eoo concha petita mari.
Arbore felici manent tua balsama ruri,
Qualia odoratus mittit Arabs Venetis.
Sint saltus festi, quales agitare feruntur
Elysii iuvenes, ver ubi perpetuum.
Et canat, Assyria quae degit in arbore, phoenix,
Ante tuam faciem personet albus olor.
Adsint & moduli, quales praestare solebat
Aurea Musei pectine pulsa lyra.
Et tibi Arimineo praestent pia numina Regi
Nestoreos annos, Caesareumque decus.
Felices natos, felicia tempora quaeque,
Atque triumphalis Regia sic tua sit.
Et sit Ariminea caelatus in urbe colossus
Viventis Regis, vivus & adspicias,
Carmina & illustris teneat caelata colossus,
Aurea Ariminei saecula cuncta ducis.
Hic ille est Malatesta potens, hic ille triumphans.
Robertus, radians sidus Arimineum.

Tum viridi colore occurrit sequens Epigraphe.

SI. PAVLLE. ARIMINEO. POTIRI. VIS. SOLIO. NASCERE. MALATESTA. EIVS. ENIM. REGIAE. GENTIS. GENTILITIA. DITIO. EST. TRACALIS. SVPREMA. LVX. ERIT. QVAE. SVAE. FIDEI. IN. PATRES. PATRIAE. MALATESTAS.

Liber Arimineis munus tu Regibus ito,
Perpetui in veris digne virere rosis.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. elegantissimae scripturae, cum initiali littera Elegiae aurea & colorata. Constat foliis scriptis 22.

VIRGILIVS.

I. pag. 1. IN hoc antiquissimo Codice continentur: P. Virgilii Maronis Bucolicorum Liber, Eclogis decem, in cuius fine legitur: *Hic X. Eclogae finiunt feliciter.* *Cod. CXII.*

II. pag. 14. Eiusdem Georgicorum Libri IV. cum argumentis in Libros singulos, tetrasticho hexametro comprehensis, sine nomine auctoris, sed quae alibi Ovidii nomen praeseferunt.

III. pag. 44. Eiusdem Aeneidos Libri XII. quorum primus inc.

Arma virumque cano &c.

Praecedunt unicuique Libro argumenta metrica anepigrapha. Praeterea ante Librum primum praemittitur singulorum XII. simul Librorum argumentum, cuius initium est: *Primus habet, Libyam veniant ut Troes ad Vrbem.*

Illud autem Libri primi ita inc.

Aeneas primo Libyae depellitur oris &c.

Desinit antiqua scriptura in versu 456. Libri XI. qui ita se habet:

Haud secus atque alto in luco, quum forte catervae.

Reliqua usque ad finem Libri XII. continuavit alia manus saeculi XIV. sed ultima verba, avulsa folii particula, perierunt.

Hic Virgilianus Codex inter plures manu exaratos, quos servat Laurentiana Bibliotheca, post Apronianum, de quo fuse egimus Catalogi nostri Codic. Latinor. Tom. II. pag. 281. est omnium praestantissimus ob eius antiquitatem, saeculo saltem IX. repetendam. Glossas habet, & scholia ad marginem usque ad finem, sed in principio uberiora, tribus antiquis manibus exarata, quarum recentior esse videtur Francisci Petrarchae, ut ex comparatione cum eius Epistolis autographis a me facta, coniicere potui. Est Codex duabus manibus Saec. XI. & XII. variis in locis suppletus; alicubi vero, inducto novo atramento, versus deperditi, aut nimia temporis diuturnitate evanidi, sunt restituti. Signaturas habet in medio infimo margine quaterniorum, & in fine singulorum Librorum quadrata littera constanter adscribitur epigraphe, ex. gr. *Publii Virgilii Maronis Georgicon Liber II. explicit. Incipit Liber tertius &c.*

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. IX. vere insignis, & quantivis pretii, in cuius prima pagina legitur: *Del Senator Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *num.* 523. Constat foliis scriptis 186.

VIR-

Digitized by Google

VIRGILIVS.

Cod. CXIII.

I. pag. 1. P. Virgilii Maronis Liber Bucolicorum, Eclogis X.

II. pag. 9. Eiusdem Georgicorum Libri IV. cum argumentis in singulos tetrasticho hexametro comprehensis, ut in Codice superiori CXII. ex alia antiqua manu. In fine legitur: *Quartus & ultimus Liber Georgicorum Publii Virgilii Maronis explicit.*

III. pag. 31. Eiusdem Aeneidos Libri XII. praeviis ad singulos argumentis, primo excepto, eadem item antiqua manu adiectis. Primus Liber inc.
Arma virumque cano &c. Recentior manus praemisit versiculos, qui inc.
Ille ego qui gracili &c.

Cod. membranac. MS. Latin. in 4. oblongo Saec. XII. ineuntis, cum scholiis perquam raris in margine varia manu. In primo folio legitur: *del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi 1670. n. 524.* Constat fol. script. 129.

VIRGILIVS.

Cod. CXIV.

I. pag. 1. P. Virgilii Maronis Opera omnia, quibus praecurrit Leonardi Arretini Vita Virgilii, excerpta ex Commentariis Servii Grammatici. Inc. *Virgilius Maro Mantuanus, parentibus modicis fuit, ac praecipue patre, quem quidam opificem figulum, plures Magi cuiusdam viatoris initio mercenarium, mox ob industriam generum tradiderunt.* Des. *verum intellecturo facilius esse Herculi clavam, quam Homero versum subripere, & tamen destinasse secedere, ut omnia ad satietatem malivolorum cederent. Laus Deo. Finis.*

II. pag. 5. b. Publii Maronis Virgilii Rosarium. Inc.
Ver erat, & blando mordentia frigora sensu.
Des.
Et memor esto, aevum sic properare tuum. Finis Rosarii Virgilii. Exstat in calce editionis Iuntinae Operum Virg. an. MDX. 8. pag. 255.

III. pag. 7. Eiusdem Bucolicorum Liber cum argumentis prosaicis ad singulas Eclogas.

IV. pag. 21. Eiusdem Georgicorum Liber. In fine legitur: *Explicit Liber Georgicorum Virgilii. Amen. Laus Deo.*

V. pag. 60. Eiusdem Aeneidos Libris XII. praeviis ad singulos argumentis metricis, rubro colore conscriptis. Libro I. praemittuntur. I. Praefatio Ovidii super totam Aeneidem. Inc.
Primus habet Libycam &c.
Alter super primo Aeneidos, item sub nomine Ovidii inc.
Aenaeas primo Libyae depellitur oris.
Praeterea ante initium Aeneidos praemittuntur in hoc Codice rubrica versiculi, quos alibi innuimus:
Illе ego qui quandam gracili &c.
In fine Libri XII. legitur: *Laus Deo. Antonius Rusticus cursim. Amen.*

VI. pag. 233. b. Versus Octaviani contra testamentum Virgilii, in quo Virgilius mandaverat, Opus Aeneidos comburi, quia morte praeveniente, non potuit corrigere ipsum, & eximie laudat eum. Inc.
Ergone supremis potuit vox improba verbis.
Inter Epigrammata, & Poëmatia vetera Lugduni apud Mich. Chovët MDCVI. 8. p. 58.

VII. pag. 234. Carmina Virgilii ad honorem Octaviani. Inc.
Nocte pluit tota &c. In App. Virg. Ios. Scaligeri 8. pag. 215.

VIII. pag. ead. Alia sua Carmina. Inc.
Hos ego versiculos &c. Inter Epigrammata vetera pag. 161.

IX. pag. ead. Alia sua Carmina ostendentia illud, quod dixit Homerus. Inc.
Mellifluum quisquis Romanum nescit Homerum.
Ibid. pag. 57.

X. pag. ead. Epitaphia Virgilii composita a duodecim sapientibus viris, quae alibi occurrerunt. Primum Palladii inc.
Mantua me genuit &c.
Vltimum Propertii des.
Nescio quid maius nascitur Iliade.
Inter Epigrammata & Poëmatia vetera cit. pag. 79. Tum adnotatum est: *Questo Libro è di Piero Antonio de Bondelmonti, chi lo à, lo renda.* In primo folio haec alia: *Questo Libro è di Lorenzo di Matteo Strozzi, che cominciò la Boccolica di Virgilio a dì primo di Marzo nel mille cinquecento dodici.*
Adì 20. di Marzo cominciai io el terzo di Virgilio.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori, Saec. XV. nitidissimus, cum initialibus Librorum auratis, & coloratis, & cum stemmate gentilitio familiae cuiusdam in calce Libri I. Bucolicorum, adscripto etiam in primo folio nomine *Aloysii Senatoris Caroli Thomae Strozzae* 1679. num. 835. Constat foliis scriptis 235.

VIRGILII BVCOLICA, ET ALIA.

Cod. CXV.

I. pag. 1. P. Virgilii Maronis Bucolica, scilicet Eclogae X. in quarum fine rubrica legitur: *P. M. Virgilii Bucolicorum finis τέλος.*

II. pag. 24. Eiusdem Moretum. Inc.
Iam nox hibernas bis quinque peregerat horas.
Des.
Atque agit in segetes, & terrae condit aratrum.
Exstat inter Epigrammata & Poëmatia vetera edit. cit. pag. 211.

III. pag. 27. Alcini Versus. Inc.
De numero vatum si quis seponat Homerum.
Des.
Longe erit a primo, quisque secundus erit.
Ibid. pag. 44.

Digitized by Google

IV. pag. ead. b. Cornelii Galli Versus. Inc.
Temporibus laetis tristamur, maxime Caesar.
Des.
Plus fatis possunt Caesaris ora Dei.
Ibid. pag. 58.

V. pag. ead. Octaviani Augusti Versus. Inc.
Ergone supremis potuit vox improba verbis.
Des.
Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur.
Ibid. pag. 58.

VI. pag. 28. b. De Vino & Venere. Inc.
Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore.
Des.
Serva, fines horum transiliisse nocet.
Ibid. pag. 21.

VII. pag. 29. P. Maronis Virgilii Distichon in laudem Octaviani. Inc.
Nocte pluit tota &c.
In Appendice Virgilii, curante Iosepho Scaligero, Lugd. MDLXXIII. in 8. pag. 215.

VIII. pag. ead. Eiusdem Querela. Inc.
Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.
Des.
Sic vos, non vobis fertis aratra boves.
Inter cit. Epigr. Vet. pag. 161.

IX. pag. ead. b. P. Virgilii Maronis de Herculis laboribus. Inc.
Compressit Nemeae primum virtute leonem.
Des.
Postremo Hesperidum victor, tulit aurea mala.
Ibid. pag. 134. sub nomine Hilasii.

X. pag. ead. P. V. Maronis de littera Υ. Inc.
Littera Pythagorae discrimine secta bicorni.
Des.
Turpis, inops simulque miserabile transiget aevum.
Ad calcem edit. Virg. Florentiae per Phil. de Giunta an. MDX. in 8. pag. CCL. Exstat & in Cod. XXXI. Plut. XXXIII. Biblioth. Laur. Catal. Codd. Latinor. Tom. II. p. 125. ubi est sub nomine Vitalis Maximi §. XVI. de Υ littera.

XI. pag. 30. Eiusdem de Signis caelestibus. Inc.
Primus adest Aries, Taurusque insignibus auro.
Des.
Quique refundit aquas, & Piscis ultimus ordo.
Inter Epigrammata Vet. pag. 140. ubi in XI. Sectiones dividitur.

XII. p. 32. De quatuor temporibus anni. In
Verque novum stabat cinctum florente corona.
Des.
Scythonia (1) *glacialis hiems nive cana senescit.*
Ibid. pag. 142. ubi in XII. Epigrammata dividitur.

XIII. pag. 33. P. Maronis Virgilii de ortu Solis. Inc.
Aurora Oceanum croceo velamine fulgens.
Des.
Depellit tenebras, noxque peracta fuit,
Ibid. pag. 138. ubi item in XII. Sectiones dividitur.

XIV. pag. 34. b. Elegia in Maecenatis obitu, quae dicitur Virgilii, quum non sit. Inc.
Defleram iuvenis tristi modo carmine fata.
Des.
Te Venus in patrio collocet ipsa sinu.
Ibid. pag. 220.

XV. pag. 39. De Fortuna. Inc.
Fortuna potens, tantum.
Des.
Nec quos deserit perpetuo premit.
Ibid. pag. 39. sed non parum discrepans.

XVI. pag. ead. b. De Ludo. Inc.
Sperne ludum, versat mentes vesana libido.
Des.
Ponite mature bellum, precor, iraque cesset.
Ibid. pag. ead.

Cod. membr. MS. Latinus in 8. Saec. XV. elegantissimae scripturae, cum stemmate possessoris in infimo primae paginae margine, & icone Poëtae in littera initiali, auro variisque coloribus exornata, in cuius primo folio legitur: *Questa Buccolica è di Piero Ciacc.° dal Borgo, & amicorum suorum, καὶ τῶν φίλων.* Constat foliis scriptis 40.

Q. HORATII CARMINA.

I. pag. 1. QVinti Horatii Flacci Carminum Libri IV. *Cod. CXVI.*

II. pag. 48. Eiusdem Epodos.

III. pag. 58. b. Eiusdem Carmen saeculare.

IV. pag. 59. b. Eiusdem de Arte Poëtica Liber, ubi videre est in littera initiali Poëtam caeruleo pallio indutum, ac sedentem, qui librum suum de Arte poëtica scribit. Heic animadvertendum est, pag. 63. b. manu recentiori ad versum: *Ne siquid fricti ciceris &c.* haec in margine fuisse adscripta: *Nota frictum cicer &c. ut Florentiae fit per totum curriculum die sancti Ioannis, sed illud frictum, nostrum crudum; frictum venit Hispali, idest a Sibilia in Hispania, quod emi, comedique* MDXV. *ibi Cancellarius Florentinus cum Ioanne Corsio Oratore.*

V. pag. 67. b. Eiusdem Sermonum Liber, qui tamen ab alia manu recentiore in duos fuit divisus.

VI. pag. 102. b. Eiusdem Epistolarum Liber, divisus item, ut supra, in duas partes. Interim notandum pag. 103. b. ad versus primae Epistolae:
Impiger extremos curris mercator ad Indos
Per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignes &c.
in margine rubrica hoc aliud monumentum fuisse adpositum: *Haec duo carmina sculpta sunt in ostio, seu ingressu Plutei spectatissimi, & egregii civis, necnon negociatoris praepotentis, nummosique civis Florentini. D.*

(1) In editione *Sithonia*.

Digitized by Google

ni, D. Francisci de Saxettis in urbe, cuius filius D. Federicus Prior sancti Michaëlis Berteldi hoc die, videlicet XII. *Kal. Ian. e vita migravit. Vade, vale, salve.*

Clauditur Codex hac epigraphe rubris litteris exarata:

Finito Libro sit laus & gloria Christo. Amen. Ego Presbyter Vitus de Guardia Celi hunc librum scripsi sub anno Domini MCLXXVIII. *die ultimo Aprilis, re* (1)..... *ind.*

Cod. membranac. MS. Lat. in fol. min. Saec. XII. grandiori littera diligentissime exaratus, cum titulis & initialibus rubricatis, & coloratis, & prima Codicis littera inaurata, cum scholiis marginalibus non aspernandis, inter quae praecipue notandum est, quod in margine ad primas Odas Libri I. indicantur initia aliarum subsequentium eiusdem metri Odarum. Constat fol. scriptis 127.

Q. HORATII CARMINA.

Cod. CXVII.

I. pag. 1. Q. Horatii Flacci Carminum Libri IV. cum titulis ad singula quadrato charactere conscriptis. Prima Ode Libri primi est anepigrapha. Secunda inscribitur: *Proseutice dicolos ad Augustum de nece Caesaris.* Tertia: *Prosphonetice dicolos Virgilii ad navim, qua Virgilius Athenis navigavit &c.*

II. pag. 44. b. Eiusdem de Arte Poëtica Liber, licet in margine ab eadem antiqua manu adponatur titulus: *Incipit Epodon.*

III. pag. 52. b. Epodon Liber, cuius titulus maiusculis litteris perscriptus aevi diuturnitate magna ex parte evanuit. Huius autem Libri Carmina nullum praeferunt titulum, ac praeterea ultima duo in unum coniunguntur.

IV. pag. 63. b. Eiusdem Carmen saeculare.

V. p. 65. Eiusdem Epistolarum Libri duo.

VI. pag. 89. Sermonum Libri duo. In fine subiungitur brevis de Auctore, eiusque Scriptis notitia, cui titulus: *Quot generibus metri scripserit Quintus Horatius Flaccus, & de genitura eius, & diversis administrationibus.* Inc. *Horatius Flaccus, libertino patre natus in Apulia, cum patre in Sabinos commigravit &c.* Finem non damus, quum antiqua scriptura prorsus evanuerit.

Cod. membranac. MS. Lat. in 4. Saec. IX. qui tamen aliquibus in locis manu saeculi XI. & XII. suppletus est, vere insignis, & quantivis pretii, qui ad aliquam novam editionem adornandam conferri diligenter, ac perpendi dignus esset, quum aliquibus scholiis, licet perquam raris, tamen optimis, sit adspersus, cum titulis Carminum & brevibus argumentis maiuscula littera exaratis. Constat foliis scriptis 124.

Q. HORATII CARMINA.

Cod. CXVIII.

I. pag. 1. DIvi Horatii Venusini Odarum Liber, seu potius Carminum Libri IV. in quorum fine legitur: *Divi Horatii Venusini Odae expliciunt.*

II. pag. 73. Eiusdem Epodon Liber, in cuius fine: *Horatii Venusini Liber Epodon explicit. Deo gratias.*

Tum hi versiculi anepigraphi, & diversi ab iis eiusdem argumenti, qui adferuntur inter Carmina & Poëmatia veter. Poëtar. Lugduni apud Iac. Chovët pluries citata pag. 39. rubrica exarati subiiciuntur. Habes tamen in Appendice Virgiliana in editione Florentina apud Philippum Iuntam MDX. pag. 242.

Clio gesta canens transactis tempora reddit,
Dulciloquus calamus Euterpe flatibus urget,
Melpomene tragico proclamat maesta boatu,
Comica lascivo gaudet sermone Thalia,
Signat cuncta manu, loquitur Polymia gestu,
Plectra gerens Erato, saltat pede, carmine, vultu,
Terpsicore affectus, cytharis movet, imperat, auget,
Vrania poli (sic) *motus scrutatur, & astra,*
Carmina Calliope libris heroica mandat,
Mentis apollineae iussas movet undique Musas,
In medio residens complectitur omnia Phoebus.

III. pag. 90. Eiusdem de Arte Poëtica Liber, in cuius fine haec rubrica exarata habes: *Deo gratias. Amen.*

Inde occurrunt versiculi:

Mille hominum species, & rerum discolor usus,
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

Mox haec alia: *Al Magnifico Messer Iacomo Blondo Flavio.* Tum adiicitur hoc initium Elegiae primae Tibulli:

Divitias alius fulvo sibi congerat auro, &c.

In aversa autem pagina ultima, aliud hoc legitur rubris litteris monumentum: *Romae anno Domini* MDIII. *die decima octava Augusti, hora* XIX. *Alexander VI. Pont. Max. octavo die post undecimum a creatione sui Pontificatus annum, obiit &c.*

In primo autem folio a tineis ferme conroso, ac consumpto haec alia expiscari licuit: *Die* XVI. *Septembris* MDIII. *Rev.mi Domini sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales post Missam Spiritus Sancti intrarunt conclavim, deinde die* XXII. *hora* XXI. *eiusdem mensis Rev.mus Dominus Franciscus de Piccolominibus Cardinalis Senensis S. R. E. Pontifex maximus electus est, Deo optimo maxumoque adspirante, coronatus autem die octava Octobris, Piusque III. nomen Pontificatus sui.* Τῷ Θεῷ δόξα. Ἀμήν.

Die XVIII. *Octobris* MDIII. *hora* VIII. *Pius III. Pont. Max. obiit. Vixit dies a coronatione sui Pontificatus octo. Iacobus Blondus Flavius Romanus.*

(1) Expuncta est penitus scriptura, quae dimidium unius versus comprehendebat.

Digitized by Google

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XV. cum litteris initialibus auratis & coloratis ad singula Carmina, & titulis rubricatis, cum glossis interlinearibus, & adnotationibus marginalibus non aspernandis. Constat foliis scriptis 101.

Q. HORATII POETICA ET EPIST.

Cod. CXIX. I. pag. 1. Q. Horatii Flacci de Arte Poëtica Liber, ut in aliis Codicibus.

II. pag. 11. Eiusdem Liber Epistolarum, qui in impressis in duas dividitur partes. Huius in fine legitur: *Explicit Liber Epistolarum Horatii. Amen.*

Qui scripsit scribat, semper cum Domino vivat.

III. pag. 43. b. Carmen anepigraphum, versibus constans 192., quod tamen est Aurelii Prudentii Clementis Viri Consularis sub titulo: *Ἐγχειρίδιον novi & veteris Testamenti.* Inc.

Eva columba fuit tunc candida, nigra deinde.

Des.

Et septem potuit signacula pandere solus.

Explicit Liber Evae. Deo gratias. In ultima pagina legitur: *teneo pro sex grossis pro pignore.*

Tum sequitur Oratio Dominica versibus hexametris expressa, quae inc.

O Pater alme, tuum sit nomen sanctificatum &c.

Cod. membranac. MS. Lat. in 4. Saec. XIII. grandiori littera diligenter exaratus, cum glossis aliquot, interlinearibus, & initialibus vario colore depictis. Constat foliis scriptis 47.

OVIDII METAMORPHOSEON LIBRI XV.

Cod. CXX. PVblii Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV. cum scholiis aliquot marginalibus, & interlinearibus varia antiqua manu, in quorum fine legitur:

Qui dedit expleri, det nobis gaudia caeli.
Bis sex millenos versus in Codice scriptos,
Sed ter quinque minus continet Ovidius.

Tum manu recentiori: *Tocchò questo Libro a me Thomaso Benci nelle divixe facemo di Novembre l'anno 1506.*

Cod. membranac. MS. Lat. in 4. oblongo Saec. XIII. diligenter exaratus, cum rudi pictura in principio, quae initialem efformat litteram. Constat foliis scriptis 149.

OVIDII METAMORPHOS. LIB. XV.

Cod. CXXI. PVblii Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV. praevio fabularum indice, alphabeti ordine digesto, cum scholiis ad marginem, & glossis interlinearibus uberrimis, varia antiqua manu. In calce indicis memorati distichon adiicitur rubris litteris:

Quantum Virgilius magno concessit Homero,
Tantum ego Virgilio Naso Poëta meo.

In fine vero occurrunt versiculi sex e Tristium Lib. I. Eleg. VI. vers. 35. decerpti:

Orba parente suo quicumque volumina cernis &c.

& post spatium unius pollicis, haec alia:

Hunc mundum typice labyrinthus denotat iste,
Intranti largus, redeunti sed nimis arctus;
Sic mundo captus, vitiorum mole gravatus,
Vix valet ad vitae doctrinam quisque redire.
Bis sex millenos versus in Codice scriptos,
Sed ter quinque minus continet Ovidius.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. oblongo, Saec. XII. in cuius primo folio legitur: *Caroli Strozzae Thomae filii 1652.* Constat foliis scriptis 138.

OVIDII HEROID. EPISTOLAE.

Cod. CXXII. POvidii Nasonis Heroidum Liber, constans Epistolis XX. scholiis & glossis heinc inde adspersus. Prima inscribitur, *Penelope Vlyssi marito suo*, & inc.

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlysses.

Vltima, quae est *Cydippes Acontio*, desinit imperfecte in versu editionis 12.

Quos vereor paucos ne velit esse mihi.

Praeterea Epistola VIII. quae est Hermiones ad Orestem, incipit in Codice pag. 19. a versu *Pyrrhus Achilleides &c.*, & Epistola in editis XV. *Sapphonis Phaoni*, omnino deest. In fine autem legitur:

Explicit Ovidius Epistolarum. Deo gratias. Amen.

Ego ..... (1) *Nannis de Senis scripsi hunc Librum in millesimo* cccc. xv. *anno, & in quaterdecimo die mensis Septembris perfeci in vigesima secunda hora &c. Amen.*

Qui scripsit scribat, semper cum Domino vivat.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XV. ineuntis. Constat foliis scriptis 58.

OVIDII HEROID. EPISTOLAE.

Cod. CXXIII. POvidii Nasonis Heroidum Epistolae. XIX. Epistola VIII. p. 14. b. incipit, ut supra, a versu *Pyrrhus Achilleides &c.*, item Epistola XV. editionis, omittitur in Codice. Illi, quae subsequitur *Paridis Helenae*, adscribitur in margine: *In hac Epistola est sua intentio reprehendere viros & mulieres alterius appetentes.* Vltima Epistola Codicis, quae est *Acontii Cydippae*, in editione n. XX. est designata, & desinit imperfecte in vers. 57.

Hoc faciunt flavi crines, & eburnea cervix.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XII. cum titulis Epistolarum rubrica exaratis usque ad Ep. tertiam inclusive, in aliis autem praetermittuntur. Constat foliis scriptis 40.

OVI-

(1) Rasura est in Codice.

Digitized by Google

OVIDII FASTOR. ET TRIST. LIBRI

Cod. CXXIV.

I. pag. 1. POvidii Nasonis Fastorum Libri VI. cum scholiis aliquot perquam raris in principio. Primus inc.
Tempora cum caussis Latium digesta per annum.
Vltimus des.
Annuit Alcides, increpuitque lyram.
Explicit Liber Ovidii Fastorum.

II. pag. 61. Tristium Libri IV., sed valde mutilati. Primus inc.
Parve, nec invideo, sine me Liber ibis in Vrbem.
Vltimus des.
Laudat, & hortatu comprobat acta suo.
Explicit Liber Tristium. Animadvertendum inter pag. 66. & 67. hiatum esse in Codice, quum desideretur finis Elegiae V. Libri I. & quae sequuntur usque ad versum 61. Elegiae I. Libri II. qui incipit:
Quid referam Libros, illos quoque, crimina nostra &c.

Codex membranaceus MS. Lat. in 8. oblongo Saec. XIII. ineuntis, in cuius primae paginae calce legitur: *Caroli Strozzae, Thomae filii* 1650. Constat foliis scriptis 90.

MARTIALIS EPIGRAMMATA.

Cod. CXXV.

MValerii Martialis Epigrammatum Libri XIV. praeviis Libro I. II. VIII. IX. & XII. Praefationibus, ut in Codice XXXVII. Plut. XXXV. Biblioth. Laurent. Catal. Codd. Latinorum Tomo II. pag. 217. Collatus itaque cum editione Epigrammatum Martialis in Corpore Poëtar. Latinor. Londini apud Isaacum Vaillant MDCCXXI. Tom. II. a pag. 1171. ad pag. 1246. in his, quae infra adnotamus, ab ipsa discrepat. Desunt primum in Codice ex Epigrammatis de Spectaculis, quae Libro I. praecedunt, Epigrammata quinque postrema, scilicet XXIX. XXX. XXXI. XXXII. & XXXIII.

Libri II. Epigrammatis in edit. LXXIV. deest in Codice primum Distichon, quod inc. *Mollis erat &c.*

In Libro III. desunt Epigrammata a XXII. usque ad LXIII. inclusive, quorum loco habetur Epigramma, quod inc. *Cantica qui Nili &c.*

In Libro IV. deest Epigramma LXXVIII.

In Libro V. Epigramma XIX. ad Caesarem Domitianum in tria dividitur. Inter Epigramma LXVII. de Hirundine, & LXVIII. ad Lesbiam, restituuntur ea, quae deerant supra in Libro III. ut ibi monuimus.

Libri VII. Epigramma primum & secundum, coniunguntur in Codice. Praeterea desunt Epigrammata C. CI. & CII.

In Libro VIII. desunt Epigramma LV. ad Caesarem Domitianum de Leone, & LVI. ad Flaccum.

In Libro X. post Epigramma LVI. in Gallum, omittuntur sequentia usque ad Epigramma LXXII. adulatorium de Caesare Traiano inclusive, quae redduntur in calce Codicis. Item desunt Epigrammata LXXXVIII. LXXXIX. XC. & XCI. quae item suppleutur in fine Codicis.

In Libro XI. Epigramma II. bifariam dividitur, quorum secundo apponitur titulus: *Ad lectores tetricos.*

In Libro XII. Epigramma V. in duo disticha dividitur, quorum primo titulus est: *De brevitate Libri huius*, secundo: *Ad Caesarem Nervam.* Item Epigramma LX. dividitur in duo, quorum primum habet titulum: *Ad diem natalem*, alterum: *In nimis sollicitum in die natali.* Desiderantur tandem Epigrammata postrema C. CI. & CII.

In Libro XIV. desunt Disticha LXV. & CXLII.

Claudunt Codicem Epigrammata illa, quae innuimus supra in suis locis desiderari. Tum legitur: *Finis B. M. Val. Martialis Bilbilitani Epigrammaton Liber XIIII. & ultimus.*

Cod. chartac. MS. Lat. in fol. Saec. XV. cum variis correctionibus, quae novae editioni moliendae magno usui esse possent, & notis perquam bonis instructus ab aliquo fortasse ex litterario ludo Angeli Politiani profecto, cum nomine possessoris in principio, nimirum *del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *num.* 532. Constat foliis scriptis 153.

IVVENALIS.

Cod. CXXVI.

IVvenalis Satyrae XVI. absque ullo titulo, quae eodem ordine procedunt, ac in editione. Heic autem nonnullis praecurrunt argumenta brevissima, ut infra notabimus.

I. pag. 6. b. Ante initium tertiae Satyrae adscribitur titulus: *De urbis incommodis, & de digressu M. Britii.*

II. pag. 12. Ante initium quartae: *Satyra de Crispino, & de Rombi magnitudine.*

III. pag. 14. b. Ante Satyram quintam titulus occurrit: *De Parasitis.* Insuper in calce adscriptum est: *Decimi Iunii Iuvenalis Lib. I. explicit. Incipit II.*

IV. pag. 29. Ad calcem Satyrae sextae legitur: *D. Iuvenalis Satyrarum Lib. II. explicit. Incipit eiusdem Lib. III. De sterilitate studiorum.*
Et spes & ratio &c.

V. pag. 33. b. Ante Satyram octavam: *De claritate nobili tracta ad Ponticum.*

VI. pag. 38. Ante Satyram nonam: *Loquitur ad parasitum quemdam, quod serum Regibus.* In calce: *Iunii Iuvenalis explic. III. Incip. Liber IIII. De veris contrariis.*

VII. pag. 40. b. Ante Satyram undecimam: *De pusilitate, vel frugalitate.* Reliquis autem usque ad finem nullum praecurrit argumentum.

Cod. membranac. MS. Lat. in 4. Saec. XI. tri-

Digitized by Google

triplici manu antiquis temporibus suppletus, vere insignis, cum glossis aliquot interlinearibus, & marginalibus, & cum initialibus antiquo more depictis. Constat foliis scriptis 64.

IVVENALIS.

Cod. CXXVII. IVvenalis Satyrae XVI. cum scholiis, & glossis, & brevibus ad aliquot argumentis metricis, videlicet.

I. pag. 10. b. Satyrae IV. praeponuntur haec Guarini Veronensis Carmina, rubrica exarata:

Crispini exemplo laceratur vita potentum,
Induperatorum dicitur ingluvies.

II. pag. 13. Satyrae V. titulus sequens praefigitur, & Distichon: *Ad Trebium de caenis, quae convivis afferebantur. Summa huius Satyrae.*

Quum, parasite, tibi multum videare beatus,
In quantis, specta, sit tua vita malis.

III. p. 15. b. Liber secundus. Satyra I. (1) Haec autem inscribitur: *Ad Lentulum Posthumum Cresidium, qua ostendit, paucas mulieres dignas tangere vittas Cereris.*

IV. pag. 29. Ante Satyram VIII. ad *Ponticum Plancum Rubellium* occurrit Guarini Carmen:

Non res maiorum, non inclyta fama parentum,
Sola hominem virtus nobilitare potest.

V. pag. 35. Satyrae X. titulus est: *De votis hominum.*

VI. pag. 43. Satyrae XII. *De reditu Catulli,* praecedit hoc Guarini Veronensis argumentum:

Haec captatores lacerat, nimiumque tenaces.

VII. pag. 54. Satyrae XV. titulus: *De superstitionibus Aegypti.*

VIII. pag. 57. Satyrae XVI. *Summa huius Satyrae.*

Militiae mores, & commoda dinumerantur.
Ad Gallum.

Cod. membranac. MS. Lat. in 4. Saec. XV. eleganter exaratus, cum initiali Codicis littera aurata, & colorata, & cum summariis in margine rubricatis, in cuius prima pagina duo haec monumenta leguntur: *Iuvenalis Satyrae donatae a Duce Borsio Tito Vespasiano Strozzae anno* 1460. *Del Senator Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. n. 531. Constat foliis scriptis 57.

LVCANVS.

Cod. CXXVIII. MAnnaei Lucani Civilis Belli, sive Pharsaliae Libri X. cum glossis interlinearibus uberrimis, & scholiis ad marginem. Initio Libri primi pro titulo legitur versiculus:

Corduba me genuit, rapuit Nero, praelia dixi.

In integumento Codicis interiori, manu Angeli Politiani, occurrit hoc monumentum: 1494. *Questo Lucano comperò Messer Agnolo Tranquillo da Sandro Bidello dello Studio di Firenze a dì* VII. *di Marzo* 1494. *grossoni octo, e liberamente decto Sandro gli promisse stargli sempre, che detto Libro fusse ben venduto, & iuridicamente, e il decto, sotto tal fede, lo comperò; non per questo volendo proiudicare a nissuno, che di questo fussi stato defraudato. Itaque: Si quis Lucani verus fuerit & Rex, & herus huius, & possessor olim, Tranquilli ingenium callens in primis, quocumque rapiat, ridebit idem, & cachinnos tollet multos ad sidera, sibimet dicens, increpansque satis, Tranquille, discas per Deum, quando lucrari putas, & alienis pluteum codicibus replere tuum, rem tibi factam hercle tu putaras. Da poenas, quales corvus Iunonis avi, ceterisque penna vagantibus solvisse fabulantur Parthis mendaciores ipsi vates.*

Cod. membranac. MS. Lat. in 4. oblongo Saec. XII. magni faciendus, rudibus quibusdam picturis in margine exornatus, cum nomine possessoris in calce primae paginae, videlicet *di Luigi del Senatore Carlo Strozzi* 1689. n. 124. Constat foliis scriptis 81.

LVCANVS.

Cod. CXXIX. LVcani Poëtae Cordubensis Pharsaliae Libri X. cum notis interlinearibus & marginalibus, varia antiqua manu, praevio argumento totius Poëmatis, quod aevi diuturnitate fere totum evanuit. Praecedunt quatuor versiculi:

Corduba me genuit &c.

Cod. membranac. MS. Lat. in 4. oblongo Saec. XII. optimae notae, in cuius primo folio legitur *di Luigi del Senator Carlo di Tommaso Strozzi* 1679. n. 821. Constat foliis scriptis 87.

STATIVS.

Cod. CXXX. I. pag. 1. PApinii Surculi Statii Thebaidos Libri XII. heroico carmine, eodem ordine atque in editionibus, cum glossis marginalibus usque ad Librum III. In fine legitur: *Explicit Liber duodecimus & ultimus Statii Thebaidos. Deo gratias. Amen. Papinii Surculi Tholosani.*

II. pag. 115. Eiusdem Achilleidos Liber I. tantum, qui desinit imperfecte in versu:

Nereos invenies, tu tantum providus astu
Tende &c. qui est versus 542. Initio legitur Epitoma Librorum V. huius Poëmatis in hunc modum:

Primus semiferi matrem deducit ad antrum,
Alter virgineo Pelidem celat amictu,
Tertius occultas reserat Chalcante tenebras,
Armis ambiguum manifestat quartus Achillem,
Aeacidem quintus narrantem trudit Achivis.

Epitoma primi Libri.

Raptor Alexander thalamos, bellumque reportat,
Inde

(1) In editione VI.

Digitized by Google

Inde Thetis supplex, ventos hiemesque precatur;
Denegat aequoreus rector; tunc maesta repulsa
Semiferum Chirona petit, fingitque timores;
Venatu rediens matrem puer accipit ulnis,
Atque super caenam docta testudine cantat.
Argumentum Libri II.
Eligit imbellem Lycomedis Neries aulam,
Sopitum gemino Delphine exportat Achillem,
Mox rogat attonitum muliebres sumere cultus,
Abnuit Aeacides, nec corda ferocia mollit
Deydamia, choros ducit tunc victus amore,
Faemina ficta datur laeto pro munere Regi.
Argumentum ad tertium.
Aulide coniurant Reges pro coniuge rapta,
Non satis Aemonius, nisi castra sequatur Achilles.
Prothesilaus agit vatem Chalcanta tumultu, (1)
Concepit Phoebum, & mox tegmina foeda fatetur,
Cum Diomede petit tunc Scythica littora Vlysses,
Virgine vi potitur dilecta pulcher Achilles.

Cod. membranac. MS. Lat. in fol. Saec. XIII. exeuntis, grandiori littera mendosissime exaratus, cum uberrimis scholiis ad prima quinque folia, & cum initialibus Librorum antiquo more depictis. Constat foliis scriptis 120.

STATII ACHILLEIS.

Cod. CXXXI. STatii Papinii Surculi Achilleidos Libri V. cum glossis interlinearibus. Primus inc.
Magnanimum Aeacidem, formidatamque Tonanti,
Vltimus des.
Et memini, & meminisse iuvat, scit cetera mater.
Aura silet, puppis currens ad littora venit. (2)
Deo gratias. Amen.

Ego Ser Guaspar Ser Francisci Masini hunc Librum scribere feci anno Domini ab eius Incarnatione millesimo trecentesimo octavo, ind. quinta.
Manus scriptoris salvetur omnibus horis.

Cod. membranac. MS. Lat. in 4. Saec. XIV. ineuntis, optime servatus, in cuius prima pagina legitur: *di Simon Canigiani num.* 10. & in ultima: *Hic Liber Statii Achileidos est meus Antonii de Canigianis.* Constat foliis scriptis 18.

STATII THEBAIS.

Cod. CXXXII. STatii Thebaidos Libri XII. cum argumentis in singulos, praeter I. VI. XII. Liber I. inc.
Fraternas acies, alternaque Regna profanis.
Vltimus des.
Occidet, & meriti post me referentur honores.
Τέλος.

Cod. membranac. MS. Lat. in 8. maiori Saec. XV. elegantissimae scripturae, cum initialibus Librorum coloratis, & auro ut plurimum inlitis. Constat fol. scriptis 195.

SENECAE TRAGOEDIAE.

Cod. CXXXIII. LAnnaei Senecae Cordubensis Tragoediae X. cum glossis interlinearibus, & scholiis marginalibus. Praecedunt singulis argumenta, praeterquam primae. Hoc autem ordine procedunt.

I. pag. 1. Hercules furens, & loquitur Iuno, quae dicitur uxor, & soror Iovis.

II. pag. 24. b. Atreus, & Thyestes. Praecedit argumentum prosaicum, cuius initium est: *Secunda Tragoedia Senecae dicitur Thyestes, cui pro argumento praemittendum est, quod Atreus, & Thyestes fratres erant. Thyestes autem adulterium commisit cum uxore Atrei &c.* Tum subiunguntur hi duo versiculi:
Atrea scandentem fraternos altera natos,
vel
Inde secunda dapes & prandia saeva Thyeste.

III. pag. 44. b. Thebais cum argumento, ut supra, & versibus sequentibus:
Thebais in luctus effundit tertia diros,
vel
Tertia Thebaidos noxas, & vulnera pandit.

IV. pag. 56. b. Hippolytus cum argumento, & versibus:
Hippolytum letho stimulus dat, quarta novercae.
vel
Quarta dat Hippolytum laceratum fraude novercae.

V. pag. 78. b. Oedipus absque ullo argumento, spatio ad exscribendum relicto.

VI. pag. 98. Troas, praevio argumento prosaico tantum.

VII. pag. 119. Medea cum argumento, ut supra.

VIII. pag. 137. b. Agamemnon, item cum argumento, ut supra.

IX. pag. 155. b. Octavia, quae in hoc Codice est anepigrapha. Praecedit autem argumentum, ut supra.

X. pag. 173. Hercules Oetaeus, absque ullo titulo, & sine argumento, spatio item ad exscribendum relicto. In fine legitur: *Lucii Annaei Senecae Tragoediarum Liber explicit*; inde alia, ut videtur, manu: *Die* 22. *mensis. Iunii* MCCCCV. *fuerunt perfectae. Legi has Tragoedias.* In prima autem & ultima pagina inscriptio legitur: *Hic Liber est Monasterii Abbatiae Florentinae num.* 42.

Codex membranaceus MS. Latinus in 4. Saec. XV. ineuntis, grandiori littera diligenter exaratus, cum titulis & initialibus rubricatis, adscripto possessoris nomine:
Del

(1) Ad hanc vocem *tumultu* in margine adscriptum est *alias sed ille.*

(2) Hic ultimus versus deest in editionibus, quas consuluimus, additur autem non sine temeritatis nota in aliquibus exemplaribus, ut Barthius animadvertit.

Digitized by Google

Del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi 1670. num. 497. Constat foliis scriptis 205.

SENECAE TRAGOEDIAE.

Cod. CXXXIV. L. Annaei Senecae Tragoediae X. ut in Codice superiori cum scholiis, & glossis, & argumentis prosaicis, diversis tamen ab iis, quae dictns Codex praesefert. Nullum tamen praemittitur primae Tragoediae argumentum; secundae autem hoc est: *Peracta est prima Tragoedia, quae dicebatur Hercules furens, nunc incipit secunda, quae dicitur Thyestes, & huic secundae pro declaratione & argumento est praemittendum, quod Atreus & Thyestes, filii Pelopis, & nepotes Tantali fuerunt fratres &c.* In fine rubrica legitur: *Tragoediarum Annaei Senecae Liber explicit in Pixauro, civitate Piceni.* Post hanc subscriptionem leguntur versus XLII. alia antiqua manu descripti, quorum initium est:

Turgida pampineis redimiti tempora sertis
Condita lascivi deducunt orgia mystae.
Te Barsaridum comitata cohors &c.

Des.

Regna securigeri Bacchum sensere Lycurgi.

In eadem aversa pagina hi versus adscribuntur, argumenta decem Senecae Tragoediarum exhibentes:

Alcidem scribit Tragoedia prima furentem,
Datque secunda dapes & prandia saeva Thyeste,
Tertia Thebaidos noxeas & vulnera pandit,
Quarta dat Hippolytum laceratum fraude novercae,
Quinta si credas Oedipi designat aerumnas(sic),
Sexta graves edit fundentem Troiada luctus,
Septima Medeae facinus, fraudemque retentat,
Ast octava notat gladiis Agamemnona caesum,
Insinuat si nona tuos, Octavia, questus,
Herculis Oethei summas canit ultima laudes.

Tum diversa manu hi alii occurrunt versiculi:

Nomina septenum sapientum Graecia cantat,
Partibus & natos diversis orbis honorat;
Inclyta nam genuit celebrem Bianta Priene,
Inde Solone suo clarae laetantur Athenae,
Miletus generat praedoctum antiqua Thaletem,
Atque Miltylena praeclarum Pittacon edit.
Se genitum rigida gaudet Lacedaemone Chilo,
Te Periandre creat laudabilis aere Corinthus,
Lindon at in caelum cum laude, Cleobule, tollis.

In altera quae subsequitur pagina, haec alia incompta leguntur Carmina: *In laudem Nicolai Strozzae.*

Cynthius est forma, Numa moribus, iste, Giralde,
Nicoleos, sacro quem canis ore tuo.
Sive velis doctum, gracilemque acquirere amicum,
Nicoleon tolle, qui tibi cuncta dabit.
Hunc certe redimit Musarum docta iuventus,
Et Phoebi laurum tempora docta petunt.
Clarus Phoebeo numeratus in ordine Trottus,
Si fidum velles, forte sacratus, habes.

Cod. membranac. MS. Lat. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis diligenter exaratus, cum titulis & initialibus rubricatis, scholiis marginalibus & interlinearibus adspersus. Constat foliis scriptis 70.

IVVENCI PRESB. DE EVANG. HIST. LIBRI IV.

Cod. CXXXV. C. Vectii Aquilini Iuvenci V. C. Presbyteri Evangeliorum Libri IV. Primus ob avulsam paginam, eo quod esset aliqua perpulcra pictura exornata, incipit a versu XVII. Libri I.

Praeripiet chara tibi mox e coniuge natum,

qui in edit. Biblioth. Patrum Parisiensi apud Aegidium Morellum MDCXXXXIV. fol. Tom. VIII. incidit in pag. 629.

Liber quartus desinit:

Aeternam capiat divina in saecula vitam. Amen.

Cod. membranac. MS. Lat. in 8. maiori Saec. XV. elegantissimus, cum initialibus auratis & coloratis. Constat fol. script. 61.

PETRI DE RIGA AVRORA BIBLIAE

Cod. CXXXVI. I. pag. 1. Codex est anepigraphus, sed recentior manus in superiori primae paginae margine adscripsit *Aurelianus Prudentius*. Continet autem Petri de Riga (1) Expositionem brevem historicam, & allegoricam Librorum ferme omnium Sacrae Scripturae, versibus elegiacis, & quandoque leoninis, vel leoniis vulgo nuncupatis, cum glossis aliquot marginalibus, & interlinearibus, necnon Capitum summariis rubrica exaratis (2). Praecedit Prologus in Pentateuchum Moysis, ut heic inscribitur, qui ita incipit *Frequens sodalium meorum petitio, cum quibus conversando florem infantiae exegi*. Des. *& veritatis fulgor patenter illuxit*. Liber Genesis, post Opera sex dierum, hexasticho comprehensa, cuius initium: *Primo facta die duo, caelum terra leguntur &c.* inc.

Principio caelum terramque creasse refertur,
Qui sine principio, qui sine fine manet &c.

Des.

Inde Ioseph rediit, fit pax cum fratribus, omnis
Supplicat huic frater, ille remittit eis.

II.

(1) Petrus de Regia, Anglicus Magister, Remensis Ecclesiae Clericus, vel Canonicus Ecclesiae, quae vulgo dicitur S. Dionysii de Besturne. Hunc vixisse ferunt tempore Caelestini III. Papae, qui sedi Romanae praefuit ab an. MCXCI. ad MCXCVIII. Scripsit Heptareuchum, duos Libros Regum, Evangelia etiam metrice, non solum historiarum sensum, sed etiam allegoricum, in quantum potuit, breviter exprimens, de quo Opere fuse disserentem consule Polycarpum Leyserum in historia Poëtar. & Poëmatum medii aevi pag. 695. seqq. qui plura adfert specimina.

(2) Duo alia exemplaria huius Operis adservantur in Bibliotheca Laur. quae recensuimus Catal. Codd. Latinor. Tom. I. pag. 147. & Tom. IV. pag. 412. ubi etiam de auctore aliquid praefati sumus.

Digitized by Google

II. pag. 19. b. Exodus inc.
Haec duodena Patrum sunt nomina, qui quasi plebis
Semina Iudaicae, tot tribuere Tribus.
Des.
Sed pietas Christi, nos igni subtrahit isti,
Crimina nostra lavat, nos super astra levat.

III. pag. 35. b. Leviticus, cui coniungitur Prologus, qui inc.
Vox autem Domini Moysem vocat, imperat illi,
Vt sua verba ferens, plebis in aure serat.
Des.
Albugo caecat oculos, & denotat illum,
Qui tumet, adscribens candida facta sibi.

IV. pag. 45. Numeri, seu, ut in Codice legitur: *Quaedam de Libro Numeri, secundum beatum Gregorium.* Inc.
Adloquitur Moysen Deus, & iubet, ut numeretur
Omnibus ex Tribubus fortis ad arma cohors.
Des.
Post mortem Christi peccans redit ad Paradisum,
Redditur & nobis nectare terra fluens.

V. pag. 52. Deuteronomium, cui coniungitur Prologus. Inc.
Haec sunt verba, quibus Moyses instruxit Hebraeos,
Et velut altera lex dicitur istud Opus.
Des.
Vt sic purgatus, quum iudex venerit, illam
Effugiat poenam, quae sine fine manet.

VI. pag. 55. b. Liber Iosue. Inc.
Post Moysen Iosue populo dominatur Hebraeo,
Terram, quam Moyses non dedit, iste dedit.
Des.
His ita completis Iosue sua tempora complens
Transiit ad patres dignus honore suos.

VII. pag. 58. b. Liber Iudicum. Inc.
Post Iosue de Iudicibus narratio fiat,
A quibus auxilium sumpsit Hebraea Tribus.
Des.
Qui Cruce purpurea, qui morte sui pretiosa
Extinxit Satanam cum legione sua.

VIII. pag. 62. Liber Ruth. Inc.
Ad Ruth festinat Petri stylus, eius ut actus
Depingat tenui carmine sermo brevis.
Des.
Ille Booth ex Ruth generavit Obeth, pater iste
Efficitur Iesse, fit pater ille David.

IX. pag. 62. b. Libri Regum IV. cum Prologo decasticho, qui inc.
Post Librum de Iudicibus sacra lectio tractans
De Regum titulis, nobile ponit opus &c.
Liber primus inc.
Monte manens Ephraim civis de Ramatha Sophin
Adfuit unus, & huic Elchana nomen erat.
Liber IV. des.
Sic post hanc vitam quae volvitur orbe dierum
Septem, nos revocat ad sua templa Deus.

X. pag. 79. b. Liber Tobiae. Inc.
Qui legis historiam Tobiae, discute sensum,
Qui latet, e petra larga fluenta bibes.
Des.
Illa sepulturae requies finem notat orbis,
In requie Christus dum sua membra locat.

Tum sequuntur tres versus heroici de quinque faeminis in veteri Testamento, quibus nomen fuit *Anna*.

XI. pag. 85. Liber Danielis. Inc.
Postquam subiectos sibi Rex Babylonis Hebraeos
Vicit, & afflixit, ense, dolore, fame.
Des.
Quos in momento rapit, & vorat ira leonum,
Cessavitque malum, quum periere mali.

XII. pag. 94. Lib. Iudith cum Prologo. Inc.
Eustochio, Paullaeque favens Hieronymus, actus
Transtulit insignes, historiamque Iudith.
Des.
Quae post centenos annos & quinque sepulta
Plangitur, Abra Iudith libera facta fuit.

XIII. pag. 96. Liber Esther. Inc.
Donec ad Aethiopum terras veniatur ab Indis,
Rege sub Assuero subdita terra fuit.
Des.
Omnia Rex fieri cito praecipit, omnia fiunt,
Nullam senserunt Regia iussa moram.

XIV. pag. 99. Liber Machabaeorum, cum Prologo dodecasticho, cuius initium:
Magnus Alexander, quo primum Graecia Rege
Floruit, e terris multa trophaea tulit &c.
Liber inc.
Post eius mortem iuvenes, quibus ille reliquit
Ius Regni, nec se, nec bene Regna regunt.
Des.
Expulsi fratres Romam petiere, querelam
De patre facturi, Caesar, in aure tua.

XV. pag. 104. b. Sequuntur Recapitulationes (1) veteris Testamenti, in tot sectiones divisae, quot sunt litterae alphabeti, ita tamen, ut ab unaquaque ipsarum excludatur una ex iisdem litteris; Opus certe, ut alibi animadvertimus, ingeniosum, & laboriosum. Prima sectio sine littera A inc.
Principio rerum, post quinque dies, homo primus
Conditus in sexto creditur esse die.
Vltima sine littera Z des.
Cum supradictis, quos carminis ordine pinxit,
Continet hos omnes lex vetus illa viros.

Inde sequitur Octastichon, nomina continens Apostolorum, & Discipulorum Legis novae, quod inc.
Isti sunt in Lege nova Baptista Ioannes
Cum Patre, cum Matre, Virgo Maria, Parens &c.

XVI. pag. 110. Prologus in novum Testamentum, seu in quatuor Evangelia. Inc.
Post Legem veterem respira, Petre, refulget
Lex nova, fac versus de novitate novos.
Des.

(1) Has edidit Leyserus in Opere cit. a pag. 705. ad pag. 727.

Digitized by Google

His ita libatis retro mea penna reflectat,
Currat, ut historiae littera more suo.

Post hunc Prologum, sequitur Evangelium secundum Lucam, quod inc.

Claruit, Herode ius regis agente, Sacerdos,
Qui Zachariae nomine clarus erat,

Des.

Hic loquitur de fine Iesus, libroque Mathaeus
Dat finem, finit Petrus & ipse suum.

Interim animadvertendum est, non ea tantum, quae in Evangelio Lucae, sed quae etiam in aliis Evangeliis Matthaei, Marci, & Ioannis enarrantur, fuisse carmine exposita. Pag. 130. b. ad illum versum,

Sic potuit Christus clauso prodire sepulcro,

praemittitur rubris litteris haec adnotatio; *Cuidam Monacho sancti Laurentii miranti de cingulo, quo erat accinctus insoluto, & ante eum proiecto, vox in aëre facta est haec: sic potuit &c.* Notandum praeterea pag. 123. ubi vacuum remanebat, alia manu saeculi XIII. adscripta esse Capita quaedam, quae suis fortasse locis fuerant praetermissa, eaque sunt:

I. Allegoria Iudith. Inc.

Ierusalem ducta, populo gaudente recepta
Est Iudith, ut templi fiat alumna sacri &c.

II. Allegoria Susannae. Inc.

Quod prius historice iucunda Camoena notavit,
Ad morum breviter dogma reducat idem &c.

III. Allegoria Esther. Inc.

Nunc allegoricum praedictis adiice lector
Sensum, quem valeas fructificare tibi &c.

Codex membranaceus MS. in 4. Saec. XII. cum titulis rubricatis, & initialibus Capitum diversimode coloratis, in cuius fine leguntur duplici manu haec possessorum nomina: *Liber Philippi Ser Vgolini Pieruzi Notarii Florent. Liber Monasterii S. Salvatoris de Septimo Cisterc. Ordinis & Flor. Dioec.* num. 98. Constat foliis scriptis 145.

GVALFREDI ANGLICI, ET Q. HORATII DE ARTE POETICA LIBRI.

Cod. CXXXVII. I. pag. 1. POëtria novella edita a Magistro Gualfredo Anglico (1), cum glossis interlinearibus, & marginalibus. Inc.

Papa, stupor Mundi, si dixero Papa Nocenti,
Acephalum tribuam tibi nomen, si caput addam,
Hostis erit nomen metri, tibi vult sociari.
Nec nomen metro, nec vult tua maxima virtus
Claudi mensura &c.

Des.

Non plus laudis habent, si res recitetur inepte,
Quam sine praemissis recitatio facta venuste.

Subiungitur: *Supplicatio ad Papam pro Rege*, quae ita habet;

Iam mare transcurri, Gadesque in littore fixi,
Et mihi te portum statuo, quia maxima rerum,
Nec Deus es, nec homo, quasi neuter es inter utrumque,
Quem Deus elegit socium, socialiter egit
Tecum, partitus Mundum tibi, noluit unus
Omnia, sed voluit tibi terras, & sibi caelum.
Quid melius potuit? quid maius? cui meliori?
Vel cui maiori? Dico minus, immo vel aeque
Magno? vel simili? Pater ergo, Vicarie Christi,
Me totum committo tibi, sapientia cuius,
Vt fons scaturiens, rationis acumen, ut ignis
Scintillas iaciens, velox facundia, tamquam
Torrens praerapide currens, & gratia mira
Omne quod humanum transcendens; dicere vellem
Plene, sed res est longe facundior ore.
Imperialis apex, cui servit poplite flexo
Roma, caput Mundi, qui plenus nectare dulci
Musarum redoles conditus aromate miro,
(Pace tua loquar) paucum, quum plurima possis,
Posse, modum servare velis, memor imprime menti,
Quando nocere potes, noli; satis est nocuisse,
Posse nocere. Nihil facias, quod postmodo velles
Non fieri; sed mens sit cauta praeambula facti.
Nonne vides (si vera notes in Principe nostro)
Et Crucis est servus, & Christi miles, & ensis
Tertius Ecclesiae; devotio poscit amorem,
Non odium, laudem, non culpam, praemia poscit,
Non poenas; toleres igitur; si cetera vincis,
Te vinci, vertique velis, Regemque reverti.
Flos & apes Cleri, solita dulcedine stillent
Praedulces ex corde favi. Mihi porrige partem
De mellis dulcore tui, pro Principe nostro
Supplico; sum minimus, es maximus, attamen esto
Flexilis, & sit ei melius ratione petentis.

Tum sequitur *Commendatio Libri ad Guilielmum*,

Quem Papae scripsi, munus speciale Libelli,
Accipe flos Regni, primo potieris honore
Huius secreti; nec id unum sume, sed una
Do tibi me totum, Guillelme, vir auree, totus
Sum tuus ad votum, cuius cor in omnibus amplum,
Non capitur minimis, sed semper anhelat in altum.
Nobilitas dandi, quam non novere moderni,
Est innata tibi; tu solus gemma datorum,
Das ita, nequa manus sit dando latior, aut mens
Laetior, aut morula brevior; tu solus es ille,
Cui Deus infudit, quidquid decet, utputa pectus

Ma-

(1) Gualfridus, Galdfridus, Ganfredus, vel Gaufridus appellatur in antiquis Codicibus, cognomine de Vinesauf, aut de Salvo vino. Ex parentibus Normannis in Anglia est generatus, unde Anglicus dictus. Claruit anno MCXCIX. Innocentio III. Pontifici Poëtriam suam dedicavit, in qua Richardum Regem Angliae anno MCC. mortuum deplorat. Hanc edidit Polycarpus Leyserus in Historia Poëtarum, & Poëmatum medii aevi, Halae Magdeb. MDCCXXI. 8. a pag. 862, ad pag. 979.

Digitized by Google

Magni consilii, quo pectore pectora Regum
Se fulcire solent ad magna negotia rerum.
Magnus es in dando, prudens in agendo, modestus
In gestu, rigidus in iure, fidelis in omni
Re, semperque tuos divina praeambula virtus
Vrget successus, & semper in ardua crescis.
Sed licet omnis apex tibi crescat honoris, honore
Crescere non poteris, quantum de iure mereris.
Explicit Poëtria Novella.
Iste Liber est.... reliqua erasa sunt omnino. Tum post aliam antiqui possessoris rasuram subiicitur: *Ego Evangelista scripsi.*

II. pag. 37. Flacci Horatii de Arte Poëtica Liber cum scholiis marginalibus, & interlinearibus. Inc. *Humano capiti &c.* Des.
Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.
Flacci Horatii de Arte Poëtica Liber explicit. Deo gratias. Amen.

III. pag. 45. Anonymi in Poëtriam Horatii Commentum. Inc. *Materia auctoris in Opere est Ars Poëtica. Intentio vero sua est dare praecepta de Arte Poëtica. Caussa huius inventionis est duplex, scilicet communis, & privata. Communis, ut doceat quoslibet Poëtas in Arte Poëtica oberrantes. Privata est, ut doceat Pisones, quorum rogatu istud Opus incepit.* Des. *hirudo dico, non missura, idest dimissura cutem, nisi plena cruoris, idest sanguinis, sicut sanguisuga apposita cuti, non dimittit illam, donec sit plena sanguinis, ita malus Poëta non dimittit illum, quem arripit, donec satietur taedio suae recitationis. Deo gratias. Amen.*

IV. pag. 63. b. Sequuntur in fine Capita quaedam de Poëtis, de Sibyllis, de Paganis &c., ut ibi adnotatur, ex Etymologico Isidori Lib. VIII. Cap. XXX. desumpta.

Cod. membranaceus MS. Latinus in 4. maiori Saec. XII. & XV. ineuntis, duplici manu exaratus, cum titulis rubricatis, in cuius prima pagina legitur possessoris nomen, scilicet *Clari generosique iuvenis Borsii Strozzae Liber N.* 1005. Inde vero epigraphe, ut alibi, adponitur *Del Senator Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *N.* 530. Pro Codicis custodia adsuitur membrana saeculi XII. continens fragmentum Epistolarum Heroidum Ovidii. Constat foliis scriptis 64.

WALTERI DE GESTIS AL. MAGNI.

Cod. CXXXVIII

I. pag. 1. WAlterii, vel Philippi Gualterii de Castelione, Insulis oriundi (1), Episc. Magalonensis, qui claruit anno circiter MCCLV. Opus de Gestis Alexandri Magni Guillelmo I. Rhemensi Archiep. dicatum, Libris X., qui prodierunt Argentorati an. MDXIII. Ingolstadii MDLIV. Lugduni MDLVIII. 4. Hoc autem tantae olim in scholis Grammaticorum fuisse dignitatis constat, ut prae ipso veterum Poëtarum lectio negligeretur (2). Exstat autem in Codice nostro cum glossis interlinearibus & marginalibus uberrimis, & argumentis metricis ad singulos Libros. Praefatio inc. *Moris est usitati, quum in auribus multitudinis aliquid novi recitatur, solere turbam in diversa scindi studia.* Des. *ut facilius quid quaesierit possit invenire, totum Opus per Capitula distinguamus.*
Lib. I. inc.
Gesta Ducis Macedum, totum digesta per orbem.
Vltimus des.
Gloria Guillelmi, nullum moritura per aevum.
Tum tres scriptoris versus adiiciuntur, quorum ultimus videtur legi posse:
Explicit iste Liber, sit scriptor crimine liber.
Praeterea in principio occurrit Praefatio satis longa adnotatoris, cuius initium est: *Ad praesentis negotii intelligentiam pauca, quae in serie Libri continentur, videamus &c.*

II. pag. 110. P. Ovidii Nasonis Liber I. de Remedio Amoris, in fine mutilus, desinit enim in vers. 394. cum scholiis marginalibus & interlinearibus. Inc.
Legerat huius Amor titulum nomenque Libelli.
Des.
Principio clivi noster anhelat equus.
Codex membranaceus MS. Latinus in 4. minori Saec. XIII. Constat fol. script. 115.

GVALFREDI ANGLICI POETRIA NOVA.

Cod. CXXXIX.

GValfredi Anglici Poëtriae novae aliud Exemplar, ut in Cod. superiore CXXXVII. §. I. Heic autem subiungitur: *Explicit Liber Poëtriae Novellae Magistri Gualfredi.* In alia quae subsequitur pagina adiecti sunt XIV. versus, qui pertinent fortasse ad Opus supra memoratum. Inc.
Emphasis ore brevi dispendia lata coarctet &c.
Cod. membranaceus MS. Latinus in 8. maiori Saec. XIII. Constat fol. scriptis 42.

ALEX. DE VILLADEI DOCTRINALE.

Cod. CXL.

ALexander dictus de Villadei, patria Normannus, Dolensis e Dola Armonica, Doctor Sorbonicus, Ordinis Fratrum Minorum, qui claruit sub Friderico secundo anno MCCXL. scripsit metro leonico Volumen hoc de Grammatica, quod magnum usum habuisse olim in scholis testatur Polycarpus Leyserus in Historia Poëtarum & Poëmatum medii aevi alibi cit. pag. 767. qui plures eiusdem editiones accurate recenset. Praenotavit autem Opus hoc, quod in nostro Codice est anepigraphum, hoc titulo posse donari: *Doctrinale puerorum* Libris tribus. Primus inc.
Scribere Clericulis paro Doctrinale novellis.

(1) Vid. Caveum de Script. Eccles. pag. 597.
(2) Vid. Leyserum in cit. Histor. Poëtar. & Poëmat. medii aevi, Halae Magdeb. MDCCXXI. pag. 764.

Digitized by Google

Vltimus des.
Pluraque signavi, quae non debes imitari.
Opus clauditur his versibus:
Doctrinale, Dei virtute iuvante, peregi.
Grates reddo tibi, Genitor Deus, & tibi, Christe,
Nate Dei, Deus, atque tibi Deus Halitus alme,
Quas tres Personas in idem credo Deitati.
Explicit Doctrinale Magistri Alexandri de Villa Dei. Dei Matri Mariae gratias. Amen.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XIV. ineuntis, cum scholiis aliquot marginalibus perquam raris, in cuius prima pagina legitur *Di Luigi del Senator Carlo di Tommaso Strozzi* 1679. *N.* 822. Constat fol. scriptis 60.

FR. PETRARCHAE BVCOLICA ET EPISTOLAE METRICAE.

Cod. CXLI.

I. pag. 1. FRancisci Petrarchae Florentini Poëtae Bucolicum Carmen transcriptum ex originali suo, propria manu scripto. Constat autem Eclogis XII. quae eodem ordine procedunt, ac in editione eius Operum Basileensi MDLXXX. fol. Vol. III. a pag. 8. ad 24. Prima, cui titulus *Parthenias*, inc.
Monice tranquillo solus tibi conditus antro.
Duodecima, inscripta *Conflictatio*, des.
I nunc, in rebus spem certam pone secundis.
Tum litteris rubricatis legitur: *Bucolicum Carmen meum explicit, quod ipse, qui ante annos dictaveram, scripsi manu propria apud Mediolanum anno huius aetatis ultimae* MCCCLVII.
Tum haec eadem verba Italice versa subiiciuntur ita: *Finisce la Bucolica del Venerabile Messer Francesco Petrarca Poëta Fiorentino transcripta dall' originale proprio del Petrarca, di suo mano, colla soprascripta subscriptione.*

II. pag. 41. Eiusdem Francisci Petrarchae summi Poëtae, atque laureati Epistolae metricae XLII. hoc ordine:

I. In persona Romae ad Benedictum XII. Summum Pontificem, ut Romam redeat. Inc.
Te, cui telluris pariter pelagique supremum.
In cit. edit. pag. 77.

II. pag. 45. b. In persona Romae ad Clementem VI. Summum Pontificem, persuadens, ut Romam redeat, vel saltem Iubilaeum in quinquagesimo anno instituat. Inc.
Spes mihi longa nimis, Pater o sanctissime Patrum.
Ibid. pag. 90.

III. pag. 51. b. Eiusdem Epistola ad Dominum Ioannem Cardinalem Columnensem Consolatoria de morte fratris. Inc.
Impia mors quoties oculos, calamumque fatigas.
Ibid. pag. 98.

IV. pag. 58. Eiusdem Epistola ad Dominum Iacobum de Columna Episcopum Lobonensem. Inc.
Quid faciam, quae vita mihi, rerumque mearum.
Ibid. pag. 82. sed in editione post versum:
Felices, laetoque nimis sub sidere nati,
alii 39. subsequuntur, sub titulo *Breve panegyricum &c.* Hi autem versus occurrunt infra §. XV. sub titulo: *Versus in funere matris suae.*

V. pag. 63. Eiusdem Epistola ad quemdam amicum suum, quid ageret saepius postulantem. Inc.
Si quid agam quaeris, quod gens humana laboro.
Ibid. pag. 103. ubi inscribitur *Gulielmo Veronensi.*

VI. pag. 64. Eiusdem Epistola ad Dominum Bruzam de Vicecomitibus Mediolanensem. Inc.
Si tua perlongae saltem semel otia vitae.
Ibid. pag. 102.

VII. pag. 65. Eiusdem Querimonia de mortalitate, quae fuit A. D. MCCCCXLVIII. Inc.
Heu mihi quid patior, quo me violenta retorquent.
Ibid. pag. 86.

VIII. pag. 68. b. Eiusdem Epistola Cancellario Domini Mastini, in qua describit occiduos apparatus ad bellum. Inc.
Si libet occidui rumores noscere mundi.
Ibid. pag. 86.

IX. pag. 69. Eiusdem Epistola ad Magistrum Dionysium de Burgo, hortans illum, ut ad Vallem Clausam vadat. Inc.
Si nihil aut gelidi facies nitidissima fontis.
Ibid. pag. 80.

X. pag. 71. b. Eiusdem Epistola ad Venerabilem Benedictum Summum Ecclesiae Pontificem. Inc.
Exsul, inops, horrensque habitu, despectaque nuper.
Ibid. pag. 81.

XI. pag. 74. Eiusdem Versus ad arbores, de quibus fructum suo tempore servari sibi Mediolanensis Dominus mandaverat. Inc.
Silva, precor, generosa, ferax per saecula tanti.
Ibid. pag. 106.

XII. pag. ead. b. Eiusdem Versus ad Petrum filium Dantis Allegherii Florentini, summique Poëtae. Inc.
Si sapientis habent aliquid phantasmata certi.
Ibid. pag. 106.

XIII. pag. 75. Eiusdem Versus ad Guillelmum Veronensem, amicum suum. Inc.
Febribus obsideor validis, mortemque propinquam.
Ibid. pag. 107.

XIV. pag. ead. Eiusdem Epistola ad Dominum Ioannem Barelium de Neapoli, petentem ab eo Epitaphium Roberti Regis. Inc.
Immemor haud vestri, quamvis me longa viarum.
Ibid. 93. Sequitur Epitaphium, cuius initium est:
Heic sacra magnanimi requiescunt ossa Roberti.
Ibid. ubi cum superiori coniungitur.

XV.

Digitized by Google

xv. pag. 76. b. Eiusdem Versus in funere matris suae. Inc.
Suscipe funereum, genitrix sanctissima, cantum.
Des.
Ac licuit gelidis lacrymas infundere membris.
Ibid. pag. 84. col. 1.

xvi. pag. 77. Eiusdem Epistola ad Nicolaum Alifiensem (1) Magistrum rationalem Regni Siciliae. Inc.
Parthenopea mihi quondam dulcissima sedes.
Ibid. pag. 93.

xvii. pag. 78. Eiusdem Epistola ad Rainaldum Veronensem de Villafranca Poëtam egregium. Inc.
Est puer hic nobis laetis demissus ab astris.

xviii. pag. ead. b. Eiusdem Epistola ad Guillielmum Veronensem Oratorem. Inc.
Turbida nos urbis species, & dulcis amoeni.
Ibid. pag. 104.

xix. pag. 80. b. Eiusdem Epistola ad Bernardum Ruthinensem (2) Card. Romanae Ecclesiae. Inc.
Audio, quod studium sacros tibi nosse poëtas.
Ibid. pag. 88.

xx. pag. 81. b. Eiusdem Epistola ad Barbatum Sulmonensem, amicum suum. Inc.
Dulcis amice, vale, tua si mihi semper imago.
Ibid. pag. 102. ubi post versum Codicis:
Hoc unum tibi subtrahimus, sed mira videbis,
sequitur hic aliis:
Propositum, & segnes a limine pellere somnos.

xxi. pag. 83. Eiusdem Epistola ad Ioannem Boccaccium de Certaldo, amicum suum. Inc.
O ego, si qualem tu me tibi fingis amando.
Ibid. pag. 108.

xxii. pag. ead. b. Eiusdem Epistola Bernardo Ruthinensi quaestiones simul innumerabiles proponenti. Inc.
Terrificas, tam magna moves, teque omnia nosse.
Ibid. pag. 89. Heic autem post editionis versum ultimum,
Maiestas, studiumque viget, semperque vigebit,
hi tres subiiciuntur:
Longius ac Dominum verbis onerare coëgit,
Colloquium scriptura fuit, faciemque putavi
Praesentem spectare tuam, spes blanda fefellit.

xxiii. pag. 86. b. Eiusdem Epistola ad eumdem Bernardum Ruthinensem inrisive super neglecta metrorum lege. Inc.
Obruor immensa rerum sub mole tuarum.
Ibid. pag. 90.

xxiv. pag. 88. Eiusdem ad Barbatum Sulmonensem, amicum suum. Inc.
Iam mihi Parthenope, sic Rex iubet altus olympi.
Ibid. pag. 93.

xxv. pag. 89. b. Eiusdem Epistola ad Dominum Ioannem de Columna R. E. Diaconum Cardinalem. Inc.
Tullius alter adest, adeat simul altera limen.
Ibid. pag. 105. ubi legitur *Iulius*, & non *Tullius*.

xxvi. pag. 91. Eiusdem Epistola ad conviciatorem quemdam innominatum sub clypeo alieni nominis multiformiter insultantem. Inc.
Distrahis, atque animum curis melioribus aufers.
Ibid. pag. 94.

xxvii. pag. 97. Eiusdem Epistola ad Dominum Ioannem Barelium de Neapoli de laurea sua. Inc.
Quid mea fata mihi toto speciosius aevo.
Ibid. pag. 88.

xxviii. pag. 99. Carmen anepigraphum. Inc.
Argolicas si fama volans vulgata per urbes.
Ibid. pag. 97.

xxix. pag. 100. b. Eiusdem Querimonia de morte Magistri Dionysii de Burgo Sancti Sepulchri. Inc.
Flere libet, sed flere vetor, lacrymasque parantem.
Ibid. pag. 86.

xxx. pag. 101. b. Epitaphium Magistri Dionysii per F. P. Inc.
Qui fuit Hesperiae decus, & nova gloria gentis.
Ibid.

xxxi. pag. 102. Eiusdem ad Dominum Ioannem de Columna R. E. Cardinalem. Inc.
Est mihi cum Nymphis bellum de finibus ingens.
Ibid. pag. 103.

xxxii. pag. 104. b. Eiusdem ad Rainaldum Veronensem Poëtam, amicum suum. Inc.
Nuper ab aetherei qui temperat astra Tonantis.
Ibid. pag. 100.

xxxiii. pag. 207. b. Eiusdem Epistola ad Ioannem de Columna Cardinalem, describens procellosam noctem, inc.
Heu quid agam? domus ampla Iovis concussa tremiscit.
Ibid. pag. 85.

xxxiv. pag. 110. Eiusdem Epistola ad Paullum de Hannibalis, Romanum Civem. Inc.
Dum memini moresque tuos, faciemque benignam.
Ibid. pag. 97.

xxxv. pag. 111. b. Eiusdem Epistola ad Minghinum Mezanum Ravennatem Civem. Inc.
Hunc tibi quem tanto repetis pro munere corvum.
Ibid. pag. 86.

xxxv. pag. ead. Eiusdem Epistola ad Gabrum Parmensem, amicum suum. Inc.
Solus eram, dulcisque aberant mea cura sorores.
Ibid. pag. 94.

xxxvii. pag. 113. b. Eiusdem Epistola ad

(1) In edit. *Alfienensem*.

(2) Edit. *Ruthenensem*.

Digitized by Google

ad Dominum Ioannem de Columna Cardinalem in laudem donati Canis. Inc.
Cuncta dies minuit, tua munera tempore crescunt.
Ibid. pag. 105.

XXXVIII. pag. 115. b. Eiusdem Epistola ad Fratrem Aeneam de Senis Ordinis Fratrum Praedicatorum. Inc.
Per iuga Parnasi scandentem summa videbis.
Ibid. pag. 78.

XXXIX. pag. 119. b. Eiusdem Epistola ad Lancellottum de Angosciolis de Placentia, egregium militem. Inc.
Mirabar qua te subitus praecepsve tulisset.
Ibid. pag. 98.

XL. pag. 120. Carmen anepigraphum. Inc.
Actum erat, extremam victus rapiebar ad horam.
Ibid. pag. 107.

XLI. pag. ead. b. Eiusdem Epistola ad Heliconium virum Mag. Zenobium de Strata Florentinum. Inc.
Infelix cui vel viduam spectare parentem.
Ibid. ubi legitur: *O felix &c.*

XLII. pag. ead. Eiusdem ad eumdem Mag. Zenobium Florentinum. Inc.
Dulce iter in patriam, dulcis fuga, rarior hospes.
Ibid. pag. 107.

Cod. chartac. MS. Latinus in 4. min. Saec. XV. nitidissimus, cum initiali prima littera aurata & colorata. Constat fol. scriptis 121.

FRANC. PETRARCHAE BVCOLICA.

Cod. CXLII. FRancisci Petrarchae laureati Poëtae Bucolicorum Liber, Eclogas XII. continens, quarum primae titulus est *Parthenias*, colloquutores *Monicus* & *Silvius*. Eodem ordine progrediuntur, ac in Codice superiore §. I. Prima inc.
Monice, tranquilla solus tibi conditus antro.
Vltima, idest XII. des.
nunc, in rebus spem certam pone secundis.
Explicit Bucolicum Carmen Francisci Petrarchae laureati Poëtae. Deo gratias. Amen.
Codex membranac. MS. Latin. in 4. min. Saec. XV. nitidissimus, cum titulis, & initialibus litteris rubricatis, ac prima auro inlita. Constat foliis scriptis 32.

RAMVSII ARIMINENSIS CARMINA.

Cod. CXLIII. HIeronymi Ramusii Ariminensis(1) Carmina, pleraque obscoena, cum Hieronymi Donati responsis ad singula, vario metro. Praecedit litteris aureis Dedicationis titulus, & quidem ita: *Illustrissimo Ioanni Mirandolae Principi, ac Concordiae Comiti benemerenti Ramusius pauper Ariminensis.*
Quid mihi si Parthus bello superare Gelonos
Tentet, & Euxinis praelia dicat Arabs,
Quid Gallus, quid Teucer agat, quid barbara tellus
Scire, quid ad curas hoc facit usque meas?
Non cupimus quemquam proprio depellere tecto,
Nec meus externas navita quaerit opes,
Sat mihi si possum fatum deflere puellae,
Et mecum in tacito pectore multa queri.
Degere si possum sat erit mihi paupere vita,
Et sat erit patria consenuisse casa.
Sat si audire sales Donati, & condere carmen,
Quod moveat risus, quod sine labe premat.
Ille sapit, qui iam fugientia gaudia carpit,
Ancipitis vitae sic memor esse potest.
Tu quoque Ioannes, decus insuperabile, mentis
Viribus, a vultu nubila pelle tuo.
Nosse vias rerum, mentemque intendere caussis,
Semper in iratum hoc est dare tela Iovem.
Si quis erit, Solem qui immotis spectet ocellis,
Luce vacat; nimium si petit alta, cadet.
Magnarum ponas igitur discrimina rerum,
Et placido vultu dicta iocosa legas.
Donati ingenium nosces, ac mentis acumen,
Sint haec praecipiti tempore facta licet.
Omnia non mea sunt, Donati maxima pars est
Carminis, hoc unum mens mea fecit opus.
Haec tibi, non aliis volui dare, quando disertus
Semper eris nostris gloria carminibus.
Adde etiam, sum solus, amans, externus, inopsque,
Expers auxilii consiliique simul.
Divitiis miserae poteris succurrere vitae,
Et dare anhelanti pellere posse sitim.
Haec tu si capies alacri munuscula vultu,
Accedent Musae vota petita meae.
Pag. 2. Dum subirem artium lauream in Collegio Doctorum Ramusius pauper.
Iuppiter, qui me specularis alto
Pauperem, solum, miserum, iacentem,
Inscium rerum, patriis morantem
Longius arvis;
Quo meus vertet se animus, caputque,
Gratus ut tanti videar, memorque
Muneris, numen placidum medullis
Insere nostris;
Nam silex facta est Niobe, lapisque,
Dum negat Divae meritos honores,
Et simul nati cecidere dulces
Vulnere Phoebi.
Sic aper messes populi superbi
Stravit ingratae regionis agros,
Hinc suum natum genitrix peredit
Stipite adusto.
Vidimus multos aquilone saevo,
Puppibus fractis, tetigisse portum,
Inde submersos iterum petentes
Aequoris undas.
Aream vidi tritici repletam,
Et cados omnes nimii falerni,
Inde te vidi, sterilis colone,
Multa querentem.

Nauta

(1) Plura de eo habet Fr. Ioannes Augustinus *Scrittori Veneziani. In Venezia per Sim. Occhi* MDCCLIV. 4. Tom. II. pag. 434. seqq. Apostolus Zenus in notis ad Italicum Eloquium Iusti Fontanini Tom. II. pag. 233. Bettinellius, *Risorgimento d' Italia* Tom. I. pag. 307. Not. (a) Ortus est autem Arimini an. MCCCCL. Alia conscripsit Carmina, quae a praefato Fr. Ioanne Augustino memorantur, tali donata titulo:
Antonio Marino Pat. Ven. Ramusius pauper
Sanguine sis alto quamvis Marine, Senatus
Lumen, opus nostri pignus amoris habet.
Vive felix.

Digitized by Google

Nauta si grates Thetidi tulisset,
Viveret, spicas Cereri colonus,
Si patri grates madidas Lyaeo
Ferveret arvum.
In statu Divi resident superbo,
Debitos census homines reposcunt,
Optat & caelum meritos honores,
Et Stygis unda.
Pauper huic tantae superest coronae;
Quid feram, magnum meritum rependens?
Non mihi virtus, geniusque felix,
Tollar ut astris.
Non opes Croesi tribuere nobis
Fata, nec glebas hominis beati,
Vt memor tanti officii viderer
Gratus amicis.
Si Remi magni imperium dedissent
Arma vel, fortis rigidos vel enses
Caesaris, digno sine honore vestrum
Nullus abiret;
Ast opes postquam tribuere nullas,
Et solo aequarunt patriam, patresque
Fata, sint vobis faciles, precamur,
Dii, Deaeque.

Pag. 3. b. Responsum Hieronymi Donati.

Si tibi nullas nec opes, nec aedes,
Culte Ramusi, Superi dederunt,
Nec piae fructus Cereris ferentis
Iugera glebae,
Si tibi Regnum tribuere nullum
Fata, nec mithras, nec honoris auram,
Membra sed cultu reparare parvo
Res brevis urget,
Ferto fortunam patienter omnem,
Nec velis tete penitus putare
Pauperem, quamvis vacuos dedere
Fata Penates.
Quippe rem quamvis tolerare parcam
Inter haud ponam faciles labores,
Sunt tamen vires aliquid, sacraeque
Munera mentis:
Quae tibi summus genitor Deorum
Cessit, ut posses superare multos,
Aedibus qui te superant beatis,
Divitiisque.
Omnibus raro bona cuncta praebent
Fata, nec multi data saepe noscunt
Munera, & dives simul atque pauper
Multa queruntur.
Divites paucos legimus Poëtas,
Nec Tagus sacras Heliconis undas
Intrat, & nullum decorata laurus
Parturit aurum.
Vive tranquilla pius in quiete;
Dum licet, speres meliora semper;
Namque commendat Superis te in omni
Tempore virtus.

Pag. 14. Carmen Donati ad Ramusium.

Iam nondum lucis Phoebo patefecerat aulam
Dedita Tithono flava puella seni,
Caeperat & nondum segetem contundere lini,
Excita ab herboso rustica nocte thoro,
Lumina languenti mihi pressa sopore iacebant,
Ante oculos visa est Catta venire meos.
Qualis in aurata veniens Cleopatra carina,
Romani Latias Principis ante rates,
Talis erat gemmis fulgens, & divitis auri
Pondere, olivifera fronde tegente caput.
Is rosei decor oris erat, mox gratia formae,
Vnde tibi vitae nobilis aura fuit.
Obstupui, subitoque absens mihi mente subisti,
Te tali cupiens conditione frui.
Mirantem post me nitidis adspexit ocellis,
Oreque nectareo talia dicta dedit:
Me nosti, vestra hac fruerer quum luce, priusquam
Esset honoratos mi locus ante Deos.
Ramusii cecinere diu me carmina vatis,
Cui placui, & mihi quem non placuisse negem.
Nunc quoque defunctae veneratur carmine nomen,
Quodque potest, solum pectore nomen habet.
Is tibi, nec nescis, mente est iunctissimus omni,
Vt nulli cupiat deditus esse magis;
Summa quies quamvis mihi sit nunc astra colenti,
Mi tamen est vatis maxima cura mei.
Non procul hinc locus est sub aprici vertice montis,
In quo Petrarchae busta sepulta iacent,
Nec procul inde domus sacrati sacra Poëtae,
Quam circum Phoebus, Pieridesque canunt.
Hic doctis laurus manibus plantata Petrarchae est,
In qua, nec falso, Numen inesse putant.
Flaminium iubeas iuvenem huc, Donate, venire,
Tecum aderit, summa te pietate colens.
Ipse corymbifera decerpe ex arbore ramum,
Et fiat manibus pulcra corolla tuis.
At iuvenis, nostrum cui pectore nomen inhaeret,
Pronus Petrarchae dum colit ossa pii,
Sit tecum, mox tu nostrum laudando Poëtam,
Doctum Phoebea contege fronde caput.
Hoc, Donate, oro, efficias generose, precamur,
Et dicas: fieri sic sua Catta iubet.
Haec ait, & vento similis discessit in auras,
Liquit & ignavus corpora nostra sopor.
Ad me igitur venies visis semel ipse tabellis,
Et quum sis mecum, dilige Tyndaridas.

Pag. 21. Aliud eiusdem ad eumdem.

Quid iuvat in tristi consumere tempora fletu,
Et de Narnensi semper amore queri?
Quid faciles annos lacrymosas ducere in horas,
Et tecum gemitus semper habere novos?
Quid iuvat in sterili sic vivere amore, nec umquam
Ponere crudeles, adsiduasque faces?
Quin potius vivas liber, nec fletibus ullis
Tandem non maestos experiare dies.
Haec ego dicebam cupiens sedare dolorem,
Qui penetrat cordis interiora tui.
Sed sonitu caelo monuit me Iuppiter alto,
Et calamus nostris decidit e digitis.

Pag. 27.

Digitized by Google

Pag. 27. b. Ramusius Donato de Comite Ioanne (Mirandulano).

Quis novus hic hospes, nostram qui accessit ad urbem,
Qui vultus magni Numinis instar habet?
Antiqui magnos heroas temporis aequat,
Exemplum verae pacis in ore gerit.
Hic vere est Divo natus, vel Principe, quando
Ore refert qualis sit Deus orbe satus.
Et quoniam forma praestat, mihi creditur ortus
E Venere, & Phoebo, quem lyra culta decet.
Eloquio quoniam rerum scit reddere caussas,
Est natus medio Palladis e gremio.
Et quoniam crines tegit hic Parnaside lauro,
Colle sub Aonio credimus esse satum.
Vel fuit huic certe genitrix ditissima Iuno,
Atria labentis quum tegat unda Tagi.
Pacem vultus habet, facies exorat amorem,
Membraque Sythonia sunt magis alba nive.
Cuncta decent Divum, radiant ut sidus ocelli,
Et volitant circum tempora amata comae.
Incessu Divos aequat, supereminet omnes
Vertice, dum loquitur, flore renidet ager.
Huius Nympha loci totis resoluta medullis
Huic haesit, qualis non fuit Hesperia.
Haec cunctis tentata prius, velut aequore saxum
Vixit, & ardentes spreverat usque faces.
Hunc ubi conspexit, tumidis velut icta carina
Fluctibus, in cursus mens abiit varios.
Devicta haec secum: quem mens mea concipit ignem!
Me vicit, fateor, prodigiosa Venus.
Vilescit maerore animus, cedamus amanti,
Est mea nunc aetas ignibus apta novis.
Da, Donate, igitur, quisnam novus hospes in urbe?
Ne semper curis decoquar adsiduis.

Pag. 28. b. Responsum Donati Ramusio.

Quid de tam noto me consulis hospite? nonne
Fama celer tota repsit in urbe viri?
Vis tibi Phoebeae monstrari lampadis orbes,
Quum prorsus media est atque serena dies?
Quos genus obscuros ignobile reddidit, horum
Trallibus est mediis, quaerito progeniem.
Ignorat nemo, coetu monstratur in omni,
Fitque magis vera nobilitate decens,
Declinat vitio quoniam generosus ab omni,
Quodque in proclivo tramite non vehitur.
Hinc est quod forma iuveni praestantior; hinc est
Dignus avis superis, divitiisque Mydae;
Quod proprio ingenium depascit munere praestans,
Versaturque bonis fervidus in studiis.
Haec est quae cunctis colitur, laudatur, amatur,
Nulla nobilitas interitura die.
Ipse quidem proavos, atavosque requirere possem,
Vndique vallatum nobilitate genus.
Sed tu progeniem sat carmine colligis ipso,
Consultusque alios plura docere potes.
Num superûm patria? num dignus origine Divûm est?
Dic age? mortales cur repetis proavos?

Pag. 29. b. Ad Comitem Ioannem Ramusius.

Si tibi, Princeps nimium beate,
Pulcrior signo Veneris benignae,
Doctior magnae gremio Minervae,
Ditior auro,
Gestiunt omnes dare colla, sique
Serviunt urbis iuvenes senesque,
Qui graves tentant baculo cadentem
Ferre senectam;
Si tibi vates facilis camoenas
Dictitant, omnes celebrant Poëtae,
Si colit qui te semel urbe vidit,
Numen adorat;
Non mihi mirum est, quoniam benignus
Suscipis cunctos laribus, domoque,
Omnibus largus, facilis, piusque
Semper amicis.
Sunt tibi mores Superis, Iovique,
Et pares sensus, oculi, manusque;
Semper es dulces pius in parentes,
Gratus & aris.
Te Venus circum volat, & Cupido,
Et sacri fontis placidae sorores;
Adstat & Phoebus cythara, voluptas
Splendida ridet.
At sedent dextro latere innitenti
Veste fulgentes, pietas, fidesque,
Pallas, & tutis comitata curis
Aurea virtus.
Hinc abest auster, nebulae, malusque
Iuppiter, curae nimium fugaces,
Et timor plantis trepidus, famesque
Pallida semper.
Hinc abest maerens dolor, & labores
Anxii, fletus, lacrymae rigantes
Pectus, & nudo malesana cunctis
Vertice egestas.
Te vocant Patrem Patriae Nepotes
Romuli, Nymphae te Heliconis alti
Principem, quercus tenerae insequuntur
Te Orphea & undae.
Quae virum terris faciant beatum
Possidens, Divos numeratur inter;
Qualis es Princeps, meritoque numen
Dicimus in te.
Quum tuo sanguis dominetur ardens
Corpori, & praestes animo, manuque,
Vita post vergens senium, cadet vi
Pulsa senili.
Alta felicis repetens Olympi
Astra, diceris Comitis Beatum
Sidus; ostendent te homines ubique
Pollice tenso.
Non opus laudes referam Camoenis,
Et genus priscum proavûm tuorum,
Esset hoc Solem, Triviamque Phoebem
Ferre sub auras.
Nos tibi versus faciles dicamus,

Quid-

Digitized by Google

Quidquid & mecum est animo lubenti,
Non quod hinc sperem vacuum replere
Munere tectum.
Sim licet pauper, patrii Penates,
Pauper & frater, socii, domusque,
Dives est nobis animus, quod haud sum
Deditus auro.
Sat datum nobis laris, & paterni
Praedii, quo me tenuemque fratrem
Nutriam, sed si capies Camoenas
Plurima laus est.
Hoc erit, sensu cupimus quod omni,
Hoc erit, quod me faciet beatum,
Hoc erit laudis satis, atque aviti
Divitis auri.

Pag. 31. b. Ad Librum Comiti Ioanni missum.

Dic age, quî Comiti poteris liber ipse placere?
Nam viridi lauro non tibi culta coma est.
Quum sis incultus, nulloque insignis honore,
Quum sis deformis, & male pexus eas.
Adde etiam quod non sapis alti carmina vatis,
Nec tribuit facilem Calliopea lyram.
Non novit pauper doctum componere carmen,
Esuriens novit vix bene saepe loqui.
Non sunt haec etiam calamo composta fugaci?
Non sunt haec celeri carmina scripta manu?
Quo liber ire paras? unde haec audacia? nusquam
Es tutus, quin te scrinia nostra tegant.
Non sapiunt ungues demorsos carmina, quando
Ars tua non sanis sit medicina data.
Te ne latet, quod sit facundus carmine Princeps?
Certe iudicium grande subibis, adi.
Vatibus Aoniis Comitis sunt atria plena,
Si liber accedes, eruditendus eris.
Dente notat certe hic carmen, secat unguibus alter,
Hic torquet nares, hic erit ore tumens.
Te pedibus trahet hic Comitis penetralibus altis,
Incutiens capiti pinguia vasa tuo.
Hinc tristis, maerens, lacer, obsitus, unctus abibis,
Et repetes nostram turpiter ipse domum.
At liber excepit: Comes est iucundus, amansque,
Et facilis cunctis, ut sine labe Deus.
Haud fallor, quamvis alti sim carminis expers,
Suscipiet mentis interiora meae.
Et patiar, si quis mihi detrahet; hospes, amansque
Saepius externa vivit ut in patria.
Nec tantum hoc vereor; nam quum me in munera Princeps
Ceperit, iste tuus desinet esse liber.
Quin etiam ratio est, qua me super aethera tollet
Quisque, quod haud totus sum liber ipse tuus.
Dimidium Donatus habet, quem propter amari
Dignus ero; tutus Principis ora peto.

Tandem Codicem claudit Inscriptio a Ramusio posita Cattae Amasiae suae, quae ita habet:

D. M.
DIVAE CATTAI
NARNIAE
VIRGINVM DECORI
RAMVSIVS
IN MEM. DD.
V. F.
M. CCCC. LXXXI. KALENDIS MAI. (1).

In ultima pagina manu recentiori notatum invenies: *Ricordo oggi questo dì 27. di Dicembre 1586. in sabato, giorno di S. Giovanni, ultimo giorno di Pasqua di Natale, a ore 17. e mezzo in circa, venne uno accidente d'uno ramo di gocciola a Lionardo di Luca di Mariotto Salvi, figliolo di Mona Caterina Guiducci, mentre si stava al fuoco; e udito ch' ebbe la sua Messa nella Chiesa da Mori, titolo di S. Biagio, come a un buono Cristiano si aspettava; come ò detto di sopra, gli venne detto accidente, e in detto accidente non parlò mai, se non che accennava. Ci stette ammalato a quel modo otto giorni sino al sabato seguente, e in detto giorno a ore 10. in circa il sopradetto rendè lo spirito a Dio, che fu a dì 3. del mese di Gennaio, a laude sempre e gloria del Signore; e questo ricordo ò fatto, perchè detto, dall' essere in poi, mi à nutrito et allevato, proprio come se gli fussi stato figlio, e non solo io, ma anche e mia fratelli, che ne ringrazio sommamente Idio benedetto, e poi lui, fine. Matteo Salvi Prete, suo Nipote.*

Cod. membranac. MS. Lat. in 8. oblongo Saec. XV. idem fortasse ab Auctore Io. Pico Principi Mirandulano dono datus, nigro, & rubro charactere diligenter exaratus, cum initiali prima littera, auro, variisque coloribus eleganter depicta. Constat fol. script. 33.

IO. MESCHINELLI CARMINA PASTORALIA.

Cod. CXLIV.

IOannis Meschinelli Xanthonici Carmina Pastoralia sacra, quibus praecedit Proloquutio ad beatissimum ac sanctissimum Dominum Sixtum Papam IIII. quae inc. *Magnis qui complacituros se cupiunt Oratores viris.* Des. *Qui ergo* (de se loquitur, argumentum declarans huius Carminis) *profecto incipientis Mundi decursum a principio, quousque in nativitatem Virginis gloriosae ventum est, sub eclogali stylo, non pluri, quam octoginta versuum numero clare perstrinxit, is vere venit dicendus Poëta. Neque tamen minor eo est, qui a praedicto finali incipiens loco, duplicem Christi ortum, vitam, mortem pariter ac resurrectionem cum threnis ipsius Mariae describens, quoad in eiusdem adscensionem in caelos, sub ducentis minus decem versibus, palam declaravit. Hanc ultime diciam, Beatissime Pater, ac Pontifex maxime, ipse qui condidit, Professorum siquidem*

(1) In alio Carminum Codice ab Augustino supra memorato pag. 437., legebatur haec alia inscriptio: SAT. DIVAE. CATTAI. NARNIAE. IMMORTALITATI. POSTERITATIQVE. DATVM. KAL. SEPT. MCCCCLXXXII. Erat fortasse Erasmi Gattamelatae filia, quam eius opera veneno e vivis sublatam fuisse tradunt, unde in Aegyptum se recipere Ramusius coactus fuit.

Digitized by Google

Theologiae omnium minimus, suis exaratamque manibus, quique nuperrime ad Vestrae Sanctitatis pedes primus incubuit, Vestrae eidem Sanctitati, quae cunctorum Theologorum Monarcha exsistit, flexis poplitibus, humili de corde praesentat, supplicans, quatenus, si quid bonitatis in illa (iudicante eadem Vestra Sanctitate,) exsistat, prodeat in patulum, ad Christi, & eius Genitricis laudem; sin vero, & in fidei perniciem quidquam habeat defectus, inscitiae auctoris, non voluntatis ipsius malitiae adscribatur, Ipsa quoque perpetuos transeat ad carceres, obtutibus mortalium non umquam videnda. Finis.

Inde legitur rubris litteris; *Ioannis Meschinelli Xanthonici in Eclogam Marennianam de Agelarcho & Parthenia eius matre inter pastorem Kalophilum, & pastricem* (sic) *Alethiam decantatam, per eumdem Ioannem confectam,* Argumentum.

Auctor.

Quomodo concipitur, qua nascitur ex ratione
Virgine de, puer hic, qui condidit omnia pulcer,
Ipsius & vita pariter cum morte dolenda,
Quomodo surrexit tandem, caelosqae petivit,
Infernis spoliis gaudens, ac victor onustus,
Panditur hoc claro, devicta morte, libello.
Atque piae Matris sese tristantis amare
De diro gnati, letho lacrymabile carmen.

Carmen Pastorale inc. *Kalophilus.*

Coge pecus, quae ducis oves, mittensque sub umbram
Dulcis Alethia ec.

Des.

In nubem sese recipit, caelosque petivit.
Finis. Deo gratias. Θεῷ χάρις. Ἀμήν. Tum depicta est quercus roborea, quae stemma gentilitium Sixti IV. repraesentat, his circum adscriptis versibus:

S alve glandifera olim sacratissima quercu S
I eiunos pascens Dum tempus scilicet aur I
S tabat, sola diu nobIs abscondita feli X
Tandem quae Sixto qVarto redis aurea post to T
E tates vive, vivatque perenniter ips E

In prima pagina leguntur nomina interloquutorum graeca, latine reddita.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. nitidissimus, cum initiali prima littera aurata & colorata, ac picturis nonnullis variis in locis decoratus. Constat foliis scriptis 15.

AMERICI CORSINII DE VITA COSMI MED. P. P. LIBRI III. CARMINE HEROICO.

Cod. CXLV. COmpendium Americi Corsinii in Vitam Cosmi Patriae Patris ad Laur. Medicem Virum Magnanimum, praevio Epigrammate, quod ita se habet:

Mittit Amerigus tibi, Laurens inclyte, versus,
Qui pedibus trepidis atria magna petunt.
Nec mirum, quoniam non doctus carmina vates
Dictitat, immo rudis institor illa tulit.
Sed tibi, quem referunt, commendet carmina Cosmus,
Cosmus Tyrrheni gloria magna soli.

Huius autem elegantissimi Poëmatis (licet aliquis in metro error exciderit) publicae adhuc lucis expertis, haec uberrima excerpta operae pretium duximus proferenda.

Liber I.

Candida lux Mundi, vatum sanctissime custos,
Qui genus humanum servas, qui luminis auctor,
Lampade Phoebea perlustras saecula cuncta,
Te precor, indignus quamvis tua numina adire
Nunc ausim, & vatum pertingere sacra profanus
Adgrediar, supplexque tuum nunc numen adoro.
Pulcer Apollo, meis praesens nunc adnue caeptis,
Et iubeas Cosmi describere facta parentis,
Magnanimique viri laudes attollere versu,
Castaliosque mihi sanctos infunde liquores;
Da vires, semperque velis fulcire labantem;
Maxima namque humeris geritur nunc sarcina nostris.
Sic igitur sacro adgrediar iam numine fretus,
Et tua describam nunc primum tempora, Cosme;
Cosme, dabis nostris iam primum exordia chartis.
Aurea fulserunt, fulserunt aurea certe
Saecula, quum magnum vidit Florentia Cosmum
Gestantem patriae curas, & cuncta gerentem.
Namque fides, spes certa simul, sanctusque Deorum
Cultus, & humanam servans concordia gentem,
Providaque in dubiis surgens sapientia rebus,
Et quae ferventes sensus contemperat omnes,
Quaeque resistit agens nostram viguere per urbem.
Exemplis accensa suis tunc maxima virtus
Fulsit, & ardentes ad sidera sustulit ortus.
Hoc duce, surgentes in te, penitusque ruentes
Bellorum fluctus horres, Florentia, nullos.
Quin Reges cessere tuis, cessere Tyranni
Viribus, atque animos fracti posuere minaces,
Bebriacique Duces tumidi, Venetûmque Senatus,
In leges pacis veniunt, & foedera firmant.
Hoc duce, finitimae gentes, populique propinqui
Attoniti iura accipiunt, & iusta facessunt;
Nec magis horrescunt generosi bella Leonis
Horrida, quam fidei mirantur Numina sanctae
Florentis populi, summa & pietate moventur.
Sed libet hinc magnum, primaque ab origine Cosmum
Dicere, & in Medicas producere carmina laudes.
Iuppiter omnipotens clari de vertice Olympi
Prospiciens terras, nostram deflexit ad urbem
Lumina, & immensae tandem bonitatis amorem
Fundit, & igniferis verbo sic imperat astris:
Astra meis aures, iubeo, ne claudite dictis,
Quaeque ferum terris adspectum, quaeque malignum
Traditis Etruscis, adversum quaerite caelum,
Oppositique poli terris infundite lumen;
Vosque, meae laudes, & dulcia pignora nati
Pulcra Venus, pulcro quae fulges sidere semper,
I, placidas accede domos, & tecta benigna
Ingredere, & qua parte magis, meliusve refulges,

Siste

Digitized by Google

Siste gradum, & placidum terris infunde decorem.
Cylleni facunde, Deûm qui iussa per auras
Fersque, refers, fido & constanti pectore servas,
Nunc tua, nunc opus est accedat gratia nostro,
Qui mox sublimi demissus ab aethere alumnus,
Humanas sedes, & corporis antra subibit:
Prospera quin adsint ardentis sidera Martis;
Cetera nunc praestent, quem possunt astra favorem.
Tuque, tuis radiis totum qui circuis orbem,
Sol dilecte mihi, nunc ulnis excipe sacris
Nascentem Medica puerum de stirpe, Ioannes
Cui pater egregius, meritis & munere gratus
Caelicolis, magnum magno quem nomine Cosmum
Appellent, summoque habeant in honore minores.
Huic dabis Herculeos grandes superare labores,
Illustremque virum factis acquirere famam
Egregiis, tandemque sua requiescere in urbe,
Divitiis clarum magnis, opibusque potentem,
Longaevumque senem placidam perducere vitam.
Haec ait, & dictis subito tunc omnia parent.
Nascentis pueri primos Sol excipit ortus,
Appellant magnum fatali nomine Cosmum.
Ast illo insignes summa pietate parentes
Suscepto gaudent, iussis & numine Divûm
Templa adeunt moniti, atque ingentia munera donant.
Mox simul ac vitam, dulces incepit & auras
Carpere, & in gremio charae perludere matris,
Multa monent vigilem, sopitum plurima tangunt
Signa patrem, saepe & suspensum somnia tentant.
Cogitat hinc etiam tacitus, secumque volutat,
Miraturque graves puerili in pectore curas,
Consiliumque senis teneris miratur in annis.
Quin etiam totam vulgatur fama per urbem,
Hunc fore, qui veluti mensuram nominis ampli
Continet, ingenti sic & virtute peracta
Compleat, & gestis magnum sic nomen adaequet.
Hinc omnis chari pendet iam cura parentis,
Imbuat ut natum, quamprimum sustinet aetas,
Cecropiis studiis, & doctae munere linguae.
Non natus, non ipsa patrem tum cura fefellit;
Namque Fluentinos subito sic inter alumnos
Doctior evadit, longe & conspectior omni
Iam virtute micat, reliquos ut concitet omnes
Pergere, & aequales incenderit inclyta virtus,
Ad quem tum genitor placido sic pectore fatur:
Nate, mihi solus multis spes maxima signis,
En aetas mi grandis adest, en pectora, curis
Abiectis, placidam poscunt iam lassa quietem.
Grandia nostra libens adeas nunc munera oportet,
Sive domi, seu magna foris tractanda manebunt.
Nec tenerum teneris annis te terreat aetas;
Nam video quales puerili in pectore curas
Gesseris, & quantum de te sperare valemus.
Nec dixisse pudet coram, laudata resurgit
Virtus, & vires laudando suscitat omnes.
Perge precor, factis, dictisque & mente iuvabo.
Filius haec contra: Tuus, o Pater optime, summus
Cogit amor nati de me sperare, quod ipse
Non valeam, aut ausim, teneris & fidere in annis.
Si tamen adspirent nostris pia Numina caeptis,
Non aetas, non ipse labor, non grandia terrent
Munera, queis potero te curis ipse levabo.
Ex illo iam cuncta domus, cunctique labores
Suscepti, & summa semper cum laude peracti.
Nobilis ac veluti iuvenis, cui pectora vires
Pulsant, & multo calidum cor sanguine fervet,
Arte prius certa doctus, monitisque magistri,
Ardens in campum ad pugnam descendit equestrem;
Vnde refert victor laudes & laurea dona.
Munera non aliter privata, & publica Cosmus
Adgreditur, magnum curarum missus in aequor,
Retulit unde pium nomen, famamque perennem.
Dicere nunc, quantum Medicum res creverit illo
Tempore, vel quanto res demum publica sumptu
Innixa, imperium iam iam produxerit amplum,
Sub iuga finitimis populis, atque urbibus actis,
Difficile est, sed summa sequar fastigia rerum.
Iam nigra perpetuo vexabant Tartara fletu
Invisas Thuscis umbras, manesque superbos
Virtutis Comitis (1)*; iam custos Cerberus Orci*
Dentibus infestis frendens, & morsibus atris
Pallida Bebriaci foedabat membra Tyranni,
Et merito, quoniam nullis, dum vita manebat,
Legibus adstrictus, regni quocumque cupido
Verterat, imperium tentat producere, rupto
Foedere, & indicto furit hic persaepe duello.
Ah quoties nostris infestus finibus arma
Intulit, & placidam pervertit Marte quietem,
Fraudibus adgressus patriae submittere nostrae
Libera iura suis titulis, Regnoque potiri!
Insurgunt contra cives, nec terruit ullus
Bellorum strepitus, manet alto corde repostus
Charus amor patriae, magnis & viribus obstat.
Nec solum nostris hostem discedere terris,
Cladibus iniunctis, & fractis saepe maniplis,
Cogunt, sed Thuscas horrescit Gallia turmas;
Cogitur & propriam iam desperare salutem,
Agminibus cedens Thuscis, & Lilia cernens
Rubra pererratis iam totis finibus acta.
Quod si intempestae expertus discrimina pugnae
Non foret, & propriis non esset viribus ausus
Alexandrinas devincere cominus arces
Armenicus Princeps, nostris dum sumptibus Alpes
Transiit, Auguti monitus se iungere castris,
Qui tum Brixenses populatus milite campos,
Fluminis ad ripam castris descenderat Abdae;
Sed furor intrepidus pugnandi Gallicus ardet,
Certaque vincendi stimulat spes ipsa furentem,
Non tempus pugnae, non multa pericula pendet,
Sed dedit heu maestas Ducis imprudentia poenas;
Nam fracto, caesoque simul tum milite captus
Armenicus Princeps, accepto vulnere parvo,
Alexandrinam exspirat perductus in urbem.
Consiliis, inquam, Auguti si credere Princeps
Armenicus sciret, velletque audire monentem,
Tum demum potuit tanto succumbere bello
Bebriacus, solis confisus moenibus urbis.

(1) Io. Galeaz Dux Mediolani, dictus Comes Virtutum.

Digitized by Google

Nec Cisalpini vererentur signa coloni
Serpentis viridis puerum nunc ore prementis;
Forsitan & Thusci videas nunc rubra Leonis
Per Cisalpinos venerari Lilia Gallos.
Sed modo qui victus victricia cernere signa
Et timet, atque parum se tutum credit in urbe
Illo quam primum tanto certamine victor
Insurgit, furit, ac instat minabundus, & ardet;
Non aliter quam flamma diu suppressa, re-
sumptis
Viribus, adsurgit, seseque per arida miscet
Nutrimenta furens, aestusque ad sidera tollit,
Cuncta vorat fremitu magno, longeque vagatur.
Hinc Dux Bebriacus, constructo milite, totis
Viribus adgreditur Thuscas deperdere turmas,
Sed Ducis Auguti tutas prudentia reddit,
Incolumisque viam secat hostes inter, & arma.
Nec quamvis magna perculsus clade Senatus
Defuit Etruscus, non ullis territus armis
Succubuit, multoque magis tum nititur audens,
Neve Padi ripas dubitat coniungere ponte
Immensis trabibus, tum magnis sumptibus acto,
Eridanus qua parte tuis, Placentia, campis
Defluit, & rapidis nonnumquam volvitur undis.
Hinc per te primum pacis tum mentio facta,
Bebriace: at non pacis amor, non ipsa quietis
Dulcedo invitat, sed tanto Gallia bello
Fessa monet, tantisque malis exterrita cedit
Mens tua, fallaci sperans se vincere fraude,
Ocia dum simulas nobis, & foedera iungis;
At non plus uno durant haec otia lustro,
Rumpendae pacis caussas, bellique movendi
Commentus, plures fines invadis & agros.
Sed Pater omnipotens, oculis qui conspicit aequis
Cuncta, pari ac recta librans mortalia lance,
Non impune sinit tantas committere fraudes;
Nam iubet ac tutum fatalia stamina Parcas
Frangere, & exosam Galeazi claudere vitam,
Ablegatque umbras Erebo, noctique profundae
Syphaeo mandans torqueri pondere manes.
Ergo tot incassum sumpti, caeptique labores
Tam subito pereunt? quin magnis cladibus
urgent
Natos, & turpi funestant caede Penates
Illico namque omnes, quos saevi dira Tyranni
Ambitio, extorres patria, regnoque fugavit,
Conspirant magno iungentes agmine turmas,
Vnusquisque suis tentat pro viribus audens,
Sperat & amissos, raptosque resumere fasces,
Et regni titulos ardens affectat avitos,
Armat & intrepidos multis accensa querelis
Tum vindicta viros, acuitque in mente furorem;
Teque ducem tantis sumunt, Florentia, rebus,
Auspiciisque tuis hostiles milite campos
Inrumpunt, agrosque simul populantur & urbes;
Vi partim, partimque metu, partimque benigna
Fronte suos noscunt dominos, illisque receptis
Laetantur vulgo, & sublato murmure plaudunt.
Sic igitur tanti & tam magni nominis heres
Vix Mediolani Princeps tunc imperat urbi,
Bacchaturque furens ira, noxaeque paternae
Dat poenas, proprio diffundens sanguine vitam.
Gallia dum tanto bellorum fluctuat aestu,
Transque Padum, citraque simul, dum cla-
dibus amens
Luctatur miseris, veteris Florentia belli
Non oblita, suis quondam quod finibus infert
Pisa, Fluentinis semper contraria rebus,
Quodque mali nuper Galeazi partibus haerens
Ingerit, atque urbem quanto discrimine versat
Haud ignara videt, tantis edocta periclis,
Tempus adesse putat, Pisas tum subdere posse.
Posthabitis igitur reliquis Florentia curis
Pisano solum totis tum viribus ardens
Incumbit bello, magnis nec sumptibus ullis
Parcitur, atque una concurrunt mente vicissim
Et populus, summique Patres, totusque Se-
natus,
Quisquis ab incepto numquam desistere bello
Hortatur, donec Tyrrheni signa Leonis
Pisanis cernant sublimia turribus altis
Iactari vento, atque aura crepitante moveri;
Conflaturque brevi pulcris exercitus armis
Insignis, multisque virorum millibus ingens,
Omnia quaeque vident superandis viribus apta
Instrumenta parant; ingenti mole boardae
Curribus aptantur, magno terrore ruinam
Moenibus atque urbi summa cum clade fe-
rentes,
Albitiusque Masus, Ginusque Caponius ipsis
Praepositi castris, praestantes nomine cives,
Artibus & belli insignes, qui cuncta gubernent,
Quique regant, cunctis summa virtute verendi.
Compositis igitur rebus tum rite paratis
Inrumpunt subito fines, Pisisque sub ipsis
Castra locant, campos omnes & milite com-
plent.
Saepius ac veluti cum magnis imbribus Arnus
Planitiem totam, ripis egressus, inundat,
Cuncta trahit secum rapidus, villasque, do-
mosque
Subvertit, Pisasque infestis percutit undis;
Haud aliter furibunda ruit manus omnis, &
agros
Diripiunt ferro, villas, atque oppida vertunt;
Nil obstat, donec Pisarum moenia cingant
Milite, & infestis quatiant saepe ictibus urbem.
Vtque mari ac terris aditus claudantur ubique,
Horribilisque premat clausos penuria cives,
Cogat & invitos Tyrrheni iura Leonis
Accipere, & nostris submittere legibus urbem,
Ad mare supra Arnum vicinus ducitur urbi
Pons sudibus firmatus aquis, trabibusque re-
fixus,
Quove foret tutus, ripa munitur utraque
Castellis valido defensis milite semper;
Hincque fames, & dura viris affertur egestas
Obsessis; hinc immundis animalibus audent,
Consumptis herbis, miseram deducere vitam,
Quaeque extrema pati obdurata mente parati.
Dura sed ipsa fames atque imperiosa coëgit
Cedere, quodque necesse foret tum flectere men-
tem
Ostendit, populi quum passim languida cernant
Corpora per vicos & compita strata iacere,
Et moribunda Deos omnes, hominesque precari.
Aemula tum demum Tyrrheni Pisa Leonis,
Vrbsque potens, & multis quondam ornata
trophaeis
Imperio devicta tuo cessit, Florentia, magnum
Incre-

Digitized by Google

Incrementum addens titulis urbique decorem,
Quae docuit, quantum fortunae fidere quisque
Debeat, & quantum humanae fiducia sortis
Vana sit, instabili pervertens omnia motu.
Nam modo qui soliti fuerant dare iura rogati,
Et dictare suis populis, legesque iubere,
Mox patriam, dulcesque domos, sanctosque Penates
Linquere, & invisis dominis parere coacti;
Quique suum servare decus, patriamque tueri
Vix sperant, humilique Deos paullo ante precantur
Voce, diuturno se posse resistere bello,
Hostibus imperium mox produxere subactis,
Victoresque suis opibus vicere potentem
Armis, & longo regnantem tempore Pisam;
Sicque suas fortuna vices variata gubernat,
Instabilisque manens, adversis prospera semper
Miscet, nonnumquam praeponens infima summis.
Sic visum Superis, nimium ne laeta superbos
Extollant, miseros nimium ne tristia laedant.
Ergo Fluentini tam magno munere laeti,
Sacra Deum per templa colunt, totamque per urbem
Sollemnes ducunt pompas, sacrisque peractis,
Annua vota iubent persolvi laeta quotannis.
Et licet in tenera Medices aetate maneret,
Et tribus exactis implesset tempora lustris,
Non tamen in cunctis patriae tum defuit heros,
Consiliisque puer patriam, mirabile dictu!
Iuvit, & immensis opibus subvenit egenti.
Praestitit haec eadem, quum Ladislaus ad urbem
Infestis descendit equis, peditumque phalanges
Duxit in exitium campis, villisque ruinam.
Sed Florentini celebris tunc fama per orbem
Nominis, atque domus Medicae tum gloria praestans
Perterrent Regem, coguntque remittere bellum,
Et pacis firmum nobiscum iungere foedus.
Tum primum Cortona, iugis quae prominet altis,
In nostras didicit iurare, & vivere leges.
Denique parta quies, quae plures durat in annos,
Et multum nostris conducit civibus, urbem
Quammagnis ditata bonis, monstratque cavendum,
Ocia ne quis amet sanctae disrumpere pacis.
Quid referam, quanto videas tunc surgere sumptu
Publica, vel quali splendescere tecta nitore
Privatim cernas, sanctorum templa Deorum,
Quidve loquar quanto videas constructa decore?
Nec referam, quae, Cosme, tuis tunc sumptibus ornas,
Quaeve locas fabricanda novis subfulta columnis;
Neu dicam quantos tulerint portoria fructus,
Mercibus adductis Medices quae plurima Cosmus
Implet, ab extremo sole occidente petitis.
Sed Ducis Insubrium fallaci mente Philippi
Ambitio, Italiam subito perducit ad arma.
Et quamvis, Martine, geras pia sacra Sacerdos,
Atque vicem Christi subeas, qui pace relicta
Discipulis mandat servare per omnia pacem,
Bella foves tamen & bellorum semina nutris,
Quae terris exculta tuis crevere per omnem
Italiam, ut fructus dederint collecta feraces;
Qui tamen, ut cuncti rentur, gustantur acerbi
Nunc tibi quum Christi perduceris ante tribunal,
Ante tribunal, ubi nullum discrimen habetur,
Personam quam quisque gerat, nil mithra, nec ipsi
Imperii fasces, caussae prodesse valebunt,
Sed magis urgebunt conversi in pondera honores,
Atque prement humeros magna sub mole iacentes,
Reddere cogeris commissae computa gentis,
Pascere quam vobis, & custodire Magister
Mandat, & a vobis amissae damna reposcet.
Dicere namque pudet, quot tunc periisse sub armis
Constat, & ardentis subiisse pericula belli,
Praelia quanta suis misceri Gallia campis,
Transque Padum, & citra vidit, quot bella per ipsos
Hetruriae saltus, quanta cum clade geruntur;
Oppida vertuntur, pueri, innuptaeque puellae,
Indignum facinus! coram spectante parente,
Indomitam rabiem victoris militis explent.
Quid memorem, quantas perpessa est Brixia clades,
Dum Venetûm, ac nostris fuerit circumdata castris,
Et demum vi capta, suis spoliataque rebus
Viderit ingentes cumulari mortis acervos?
Quid referam, quales bellorum incendia vires
Extulerint Italas omnes flagrantia terras?
Quae postquam, Martine, tuis errantia tectis
Videris, intentus curas lenire: sed illa
Acrius insurgunt, nimiumque incensa vagantur,
Et rapidis pariter comburunt omnia flammis;
Attamen instando, penitus ne cuncta vorentur,
Tum demum resoluta suis dum viribus errant,
Atque deest pabulum, bellorum incendia cessant.
Sic tandem tentata quies, firmataque parvo
Tempore perdurat; nimium dum bella parati
Exercere viri, mentes ad praelia vertunt.
Namque Fluentini prudentia tanta Senatus
Tum viguit, Medicum monitis excita parentum,
Consiliisque exculta piis, dum cuncta requirunt,
Quae possint nostris melius conducere rebus,
Vt Venetis sancto coniunctis foedere, bellum,
Quod propriis fuerat gestandum viribus, ipse
Susciperet Venetus, paribusque resisteret armis.
Sic hostes fracti, sic omnis concidit ardor
Pontificis, sic ipsa suum Florentia nomen
Servat, sic Veneti titulos auxere potentis
Imperii, multis devictis urbibus, unde
Et decus, & magnus provenit fructibus usus.
Hinc Florentinus, flatu dum cuncta secundo
Succedunt, vultuque favet fortuna sereno,
Ardens imperii latos extendere fines,

Vl-

Digitized by Google

Vlciscique graves magno discrimine clades
Saepius iniunctas, caussasque auferre nocendi,
Adgreditur bello vicinam subdere Lucam,
Primates quamquam gravibus convincere dictis
Conentur, Medicesque feros mollire precando
Pergat, & adductis doceat rationibus omnes,
Bella mali quantum tulerint, ni iusta gerantur,
Aut provisa satis, variis quam casibus instet
Mors dubius, versetque vices fortuna priores.
Praeterea quantum bellis defessa quietem
Publica res poscat, quantumque pecunia desit
Aerario, magnis quod sit iam sumptibus haustum;
Ac odia advertant infidi saeva Philippi,
Qui belli caussas nactus, tempusque nocendi,
In longum possit tantum producere bellum.
Quin etiam Venetos dubia iam mente timendos,
Ne forte invideant caeptis felicibus, atque
Omnia pervertant taciti, viresque ministrent
Hostibus, & placidum simulata pace loquantur.
Dii precor avertant, quaecumque incommoda nostrae
Iam video patriae instare, & sim falsus aruspex.
Attamen in cunctis noscat me quisque paratum
Pro patria, cunctosque graves perferre labores,
Quaeque mihi chara pro libertate manebunt
Gestanda, illa libens, ac laetus semper obibo.
At quibus arbitrium legum, quibus summa potestas,
Decernant patriae pulcrum, sive utile nostrae.
Haec Cosmus, tamquam divini oracula Phoebi
Dictitat; haec surdis descendunt auribus; ingens
Exitium patriae, bellum decernitur, ardent
Iam iam Lucenses vallo circumdare muros;
Piccininus adest contra, dux inclytus armis,
Incautosque premens nostros, funditque, fugatque.
Sic res ipsa fidem primo certamine fecit
Verbis, quam tenues fuerant dilapsa per auras,
Et docuit, quantum humanis prudentia rebus
Conducat, quantumque obsit non credere doctis
Consiliis, nimiumque suae confidere menti.
Publica cura vetat, servandi sanctus honoris
Ardor agit cives, nunquam desistere coeptis;
Instaurant acies, peragendoque acrius instant
Bello, ornantque novas conducto milite turmas.
Nunc Ducis Insubrium calido defenditur astu
Luca, per instructos simulata pace maniplos.
Nunc Venetûm invidia, cupiunt dum cuncta subesse
Regna sibi Italiae, caecaque cupidine ducti
Iura valere sinunt sanciti foederis, atque
Francisco promissa minus stipendia solvunt.
Hoc solum ne Luca iugum devicta subiret,
Obliti nostris opibus superasse potentes
Vrbes, ac populos iussis parere coactos,
Brixia, Tervisium, & vicinum montibus altis
Bergamum, & obscuro nec nomine plurima capta
Oppida, Bebriaco quondam subiecta Philippo.
Sic ingens nostrae, profusis sumptibus, urbi
Dedecus exoritur, spes inrita procidit omnis
Libera conservat solitum sic Luca tenorem.
Vlla nec possunt Proceres in parte iuvare
Consiliis, non ipse valet prodesse roganti
Auxilium patriae Cosmus, qui fungitur omni
Officio civis, Venetûmque Orator ad urbem
Pro patria missus, sancto de foedere multa
Disputat egregie, longoque ex ordine narrat,
Quid Florentinus socialia iura sequutus
Gesserit, & quales servando foedere sumptus
Fuderit, & quantum Veneti reverenda Senatus
Creverit auctoritas, & qualia bella secundis
Auspiciis gesta, & quales, quantaeque receptae
Vrbes, nunc tantum servari foedera posci,
Stareque promissis, ut sancti formula iuris
Postulat, & Sforzae pactos persolvere nummos.
Attamen incassum dulci prolata sapore
Verba cadunt, responsa satis nec certa reportat,
Sed quibus apparet simulatis texere fraudem
Velle dolis, cupidasque in regnum tendere curas.
His arrecti animi, stupefactaque corda virorum,
Advertunt patriae mentem tunc protinus omnes,
Atque opus esse vident placidae indulgere quieti
Omissis bellis, & demum parcere tantis
Impensis, ne forte ruat magna obruta mole
Foenoris instanti succumbens lapsa periclo.
Certatim Medicem miris extollere quisque
Laudibus in caelum, curasque referre salubres
In patriam, mentemque viri laudare, fidemque;
Et ni caeca ferox bellandi insania cives
Egisset, mentemque piis advertere dictis,
Ac monitis Cosmi scirent, Respublica tantis
Haud submersa malis, solitum servaret honorem;
Non auri ingratis tantos fudisset acervos.
Haec referunt cives passim, totamque per urbem
Vulgantur, cunctique suae conferre saluti
Rentur, ut incertae Medices succurreret urbi
Consiliis, patriaeque suum cumularet amorem.

Ex Libro II.

Sic Cosmi celebris volitat tunc fama per urbem,
Sic omnes pariter privata, & publica ad unum
Conferri Medicem gaudent, fit magnus ubique
Consensus patriae; sed enim prudentia Cosmi
Cernitur, inque dies maior, maiorque redundat
Fama viri; res ipsa docet, cunctique fatentur,
Mortali quoddam versari in pectore maius,
Et magis egregium, divino numine mentem
Afflari, nam vera procul sic cernere posse,
Non hominem humana constructum labe, nec ipsum
Sufficere ingenium, mortali mole gravatum;
Nec solum hac una cernas virtute decorum;
Quin aliis fulgere bonis virtutibus, atque
Moribus egregiis, ac omni laude refertum.
Insuper ornatum videas, quibus ipsa beatos
Plebs indocta viros narrat, quis ditior umquam,
Aut magis excellens opibus conspectus in urbe
Tyrrhena, & clara notus iam voce per orbem
Huic rerum natura suum largitur honorem?
Progeniem sed enim praestanti nomine claram,

Quae

Digitized by Google

Quae sit nulla in parte minor, talesque nepotes
Proferat in lucem, ut magnis maiora frequenter
Addant, & summo nascentes culmine rerum
Altius extollant, longeque decentius ornent.
His, dum Tyrrhena felix versatur in urbe,
Vocibus insignis Medices, dum publica tractat,
Omnibus acceptus, cives dum diligit omnes,
Forte per Hetruscas gressus direxerat urbes,
Et Florentini conscenderat alta palati
Culmina, prospectura domos, & facta virorum
Magnipotens fortuna &c.

Ex Libro III.

Dum Medices Venetis summa cum laude moratur
Sedibus, atque inter cives dum magnus habetur,
Dumque suum Patribus virtus commendat alumnum,
Maesta gemit semper dulcem Florentia natum
Decessisse suum, charoque orbata parente,
Continuo in luctu, & lacrymis versatur acerbis &c.....
Publica cuncta brevi, tanta est prudentia Cosmi,
Consiliis composta suis, servare tenorem
Incipiunt solitum, priscamque resumere normam.
Seditione viri; soliti turbare quietem
Antiquam patriae, poenis plectuntur acerbis,
Praemia nec desunt iustis iam civibus ulla;
Sic igitur patrius pulcre componitur ordo;
Iamque sacras leges cives venerantur, & omnis
Plebs patribus subiecta manet, legesque veretur.
Hinc per te, Medices, Laurentis Templa Levitae
Cernuntur, Fesulis magnis suffulta columnis,
Auratoque nitent passim laquearia tecto.
Hinc delubra tibi, Marce, instaurata nitescunt,
Porticibusque pii Fratres spatiantur honestis,
Bibliotheca libros miro constructa decore,
Sive sacros quaeras, seu quos gentilis honorat
Fratribus, & reliquis large quoscumque ministrat;
Hinc Fesuli montis positum in radicibus alti
Cernitur erectum pulcra testudine Templum,
Tectaque cernuntur Monachis habitanda pudicis
Splendida, & obducti circum viridaria muri.
Denique signa pilis insertis aurea rubris
Omnibus in Templis tota spectantur in urbe.
Hinc quoque regali fabricata palatia sumptu
Advena miratur, cives mirantur & omnes.
Nec minus interea patriae indulgere quieti
Cernitur, & curas animo gestare salubres;
Namque foris bellum firmata pace resedit,
Horribilisque domi subito discordia cessit.
Reddidit & cautos ad cuncta pericula cives,
Quod Piccininus suscepta clade fatetur,
Quum fugit amissis, & fracto milite castris,
Franciscusque Comes Puppi decedere iussus
Valle Casentina, adversi dum Principis arma
Sectatus, nostra demens defecit ab urbe;
Testanturque feri insultus, atque irrita bella
Alphonsi Regis, multis dum millibus ardens
Obsidione gravi, Plumbini moenia cinxit,
In moremque fugae raptim, obsidione soluta,
Navibus in patriam levibus remeare coactus.
Sed quo divinae referam praesagia mentis
Carmine, & instantis praevisa pericula belli?
Quis Deus ingenio poterit praestare favorem?
Vestrum opus, o Musae, vestra haec sit cura, precamur;
Nam nihil absque opibus vestris speramus honestum
Posse loqui; vestra haec iterum sit cura, precamur.
Mors Ducis Insubrium, cunctis pergrata Philippi,
Horrida multorum mentes ad praelia vertit,
Cordaque praecipue Venetorum fervida tinxit
Ambitione gravi, cuperent ut regna Philippi
Cedere cuncta sibi; nam motis undique bellis
Armorum strepitu videas horrescere totam
Italiam, & subito consterni cuncta tremore.
Hinc Rex Alphonsus violata pace tremendus
Imminet, & bellum nobis, cladesque minatur;
Illinc & Venetis vexatur Gallia castris,
Gallia defuncto quondam subiecta Philippo;
Sed duce Francisco, correptis Insuber armis
It contra, & chara pro libertate repugnat;
Inclyta facta gerit, magno & discrimine clades
Iniungit Venetis; iustus nam iusta rependit
Iura Deus, iustosque fovet, reprimitque superbos.
Mox tamen adiuncto sibi Sforza, & foedere firmo
Insurgunt iterum Veneti, cladesque vicissim
Insubribus referunt, iamque urbis moenia cingunt
Milite, & effosso circumdant aggere muros
Iamque fame impulsus, positis iam cogitur armis
Insuber, optatam precibus perquirere pacem.
Quum Veneti sese violato foedere iungunt
Insubribus, pactosque negant persolvere nummos
Francisco, sed castra iubent dissolvere, & ipsum
Finibus Insubrium quamprimum abscedere mandant.
Tum demum Medices divina mente volutans,
Quid toties firmata velint, totiesque soluta
Foedera deposcant, Venetorum quippe timendas
Aestimat ambages, & magna pericula cernit,
Consiliis ni forte bonis, opibusve iuvetur
Franciscus Venetûm monitus contemnere iussa,
Castra nec Insubrium obsessis deducere campis.
Sic monet, ut fervens obsessis acrius instet
Moenibus, utque novis obsessam cladibus urbem
Terreat, & nusquam sumptis discedat ab armis;
Quippe suas iam noscat opes sibi quasque paratas
Affore, nec magnis desperet sumptibus ullis
Sufficere, & solum tanto se occurrere bello
Posse, sed adiutus, vires, animumque resumat;
Nam-

Digitized by Google

Namque sibi sciat, & Medici commune futurum
Id bellum, quod fata dabunt succedere felix,
Si modo persistat solitis in viribus audax.
Talibus impulsus dictis, opibusque refectus
Sfortiades, tantis replet terroribus urbem
Obsessam, ut magnus magno clamore tumultus
Aestuet, arreptisque ruat populariter armis
Insuber, & Venetûm crudeli vulnere caeso
Legato, portis, murisque patentibus hostem
Intra tecta vocet, summoque in culmine rerum
Constituat, mandetque suam per saecula gentem
Mandatis parere suis, & iussa vereri.
Annuit oblatis, rerumque capessit habenas
Sfortiades laetus, populique favore secundo
Insubrium componit opes, & cuncta gubernat.
At Venetis livor tum fervens cordibus, ira
Aestuat, ereptumque dolent e faucibus amplum
Imperium, mortemque sui tum saeva retractant
Vulnera Legati, stimulat vindicta furentes.
Hinc sibi coniungunt firmato foedere Regem
Alphonsum, nostramque fidem, veteremque requirunt
Gentis amicitiam, & socialia iura recensent.
Vertitur ad Venetas populi sententia partes,
Antiquumque Patres renovari foedus, & arma
Haud iniusta capi Venetûm pro parte fatentur,
Et secura magis; delendum quippe Tyranni
Nomen, & in cunctis civilia iura tuenda.
Et licet eventus Martis communis utrisque,
Attamen ad Venetos felix spectare videtur,
Sint quibus & vires, rerumque potentia maior,
Sitque vel ad magnos immensa pecunia sumptus.
Praeterea spes magna monet protendere fines
Posse, vel imperium late producere nostrum.
Namque Padum citra quidquid ditionis habetur
Insubrium, nostris, Venetis cedentibus, omne
Accedet titulis, regni spes magna futuri;
Transque Padum Venetas servabunt omnia leges;
Sic erit in magnis aequata potentia rebus;
Contra nulla viget regni spes, nulla potestas
Vincendi, nullusque favor, sed certa malorum
Congeries, certusque dolor, patriaeque ruina.
Hae possim tota voces vulgantur in urbe.
At Medices alto coniectans corde futura,
Publica quem solum tangebat cura salutis,
Conventu in magno populi, cunctique Senatus
Talibus incepit, tumque his est vocibus usus &c.

Des.

Ecce propinquabat morti vicina senectus,
Sacra petit, iunctis sumitque viatica palmis,
Mixta piis lacrymis demum verba ultima dixit,
Inque tuas commendo manus, Pater optime, mentem.
Non ingrata Patrem Patriae, Florentia dixit.

Hunc Americum Corsinium suos inter chariores recenset auditores Marsilius Ficinus, Platonicae doctrinae restitutor, in Epistola ad Martinum Vranium Lib. X. Epist. num. XXVIII. Illum praeterea summis effert laudibus Epp. Lib. I. III. VIII. Cum eo idem Ficinus litterarium commercium excoluit, eidemque inscripsit Epistolam, quae occurrit in collectione Platonicorum Aldina, Venetiis MDXV. fol. datam in agro Caregio an. MCCCCLXXXIX. XVI. Septembris, cuius argumentum, & initium est: *Quod necessaria sit ad vitam securitas & tranquillitas animi. Marsilius Ficinus in veritatis venatione fratribus Bernardo Canisiano, Ioanni Canacio, Amerigo Cursino salutem. Quum primis hic in verbis &c.* In fine Libri de Vita a Marsilio Ficino impressi Florentiae MCCCCLXXXIX. tertio Non. Decembr. 4. hoc legitur Amerigi Corsinii Epigramma:

De triplici vita, quem tu, Ficine, Libellum
Compositum, in lucem mittere docte paras,
Imprimere hoc doctus, gratusque Valorius ultro
Curavit, doctis pabula grata viris.
Tresque Petri, binique Canes, Cursorque Amerigus,
Contendent morsus pellere quisque feros.

Huiusmodi Carmen deest in posterioribus Platonicorum editionibus. Barptolemaeus Fontius, in Florentino Athenaeo Professor sua aetate clarissimus, Amerigo Corsinio suarum Epistolarum, nondum editarum Collectanea in tres Libros divisa inscripsit, quae manu exaratae in Bibliotheca Capponia Florentiae adservantur, quarum Indicem heic proferre non ingratum studiosis arbitramur.

Liber Primus.

Americo Corsino. *Aetatis ne vitio.*
Puccio. *Summum erga me.*
Petro Cennino. *Vereor.*
Petro Fannio. *Tametsi.*
Francisco Gaddio. *Poenitentiam meam.*
Petro Cennino. *Recordare.*
Petro Cennino. *Etsi ea.*
Francisco Gaddio. *Nulla de caussa.*
Petro Cennino. *Quod optatis.*
Petro Cennino. *Moderate.*
Donato Acciarolo. *Etsi Petrum.*
Petro Fannio. *Quod mihi.*
Michaëli Phercae. *Ex quo tempore.*
Petro Garasdae Pannonio. *Quod quaeris.*
Petro Garasdae Pannonio. *Litterae tuae.*
Baptistae Guarino. *Romam ad me.*
Baptistae Guarino. *Acerbo mihi.*
Petro Cennino. *Quum recordor.*
Petro Fannio. *Quum peccatum.*
Petro Delphino Generali Camaldulensi. *Manuum.*
Antonio Calderino. *Desidiae merito.*
Buclero Gallo. *Ex litteris tuis.*
Marsilio Ficino. *Non eram nescius.*
Angelo Politiano. *Non abutetur.*

Liber Secundus.

Ioanni Rosso. *Tametsi.*

De-

Digitized by Google

Demetrio Chalcondylo. *Quae mea.*
Ioanni Acciaiolo Petri Filio.
Laurentio Medici. *Si post meam.*
Bernardo Oricellario. *Si te discedens.*
Vgolino Verino. *Quibus mihi.*
Francisco Saxetto. *Petiisti a me.*
Petro Philippo Pandulphino. *Quum nulla.*
Petro Delphino Generali Camaldulensi. *Summa tua.*
Senatui Ragusiensi. *A vestris.*
Matthiae Corvino Regi Pannonio. *Erat.*
Eidem. *Ni verius.*
Ioanni Moreno. *Postquam.*
Roberto Salviato. *Si quid unquam.*
Gulielmo Roccofortae Galliarum Cancellario. *Cosmus.*
Federico Saxetto. *Ex quo.*
Petro Fannio. *Putares ne.*
Ioanni Pontano. *Tu communi maerore.*
Raphaëli Brandolino. *Si ei.*
Petro Soderino Iustitiae Vexillifero perpetuo designato. *Legatis.*
Francisco Soderino Cardinali. *Minimus.*

Liber Tertius.

Francisco Pandulphino. *Brigidae.*
Ioanni Nesio. *In Marci Tullii vita.*
Spicae. *Non recte.*
Fratri Simoni Cinono Ord. Praed. *Quum non.*
Bernardo Oricellario. *Non modo.*
Io. Francisco Zeffio. *Tanti fuere.*
Francisco Riccio Matthaei filio. *Quaesisti.*
Antonio Puccio suo. *Quoties oculos.*
Thomae Soderino Ian-Victorii filio. *Laetor mi Thoma.*
Laurentio Puccio. *Sixtus quartus.*
Bernardo Oricellario. *Dantes Populeschus.*
Petro Francisco Medici. *Paulus Ghiacceius.*
Iacobo Salviato. *Pauli Ghiacceti viri optimi.*

Denique minime praetereundum est, Ioannem Cinellium in schedis MSS. ad litterariam Florentinorum historiam pertinentibus in Bibliotheca publica Magliabechiana, Americum nostrum cum altero eiusdem familiae Americo, seniore nuncupato, Florentinae Ecclesiae Praesule, perperam confudisse, ac Poëmatium, cuius heic specimen dedimus, uti in Bibliotheca Strozziana exstans commemorasse.

Codex membranaceus MS. Latinus in 8. Saec. XV. nitidissimus, cum pictura in principio, & prima initiali littera aurata & colorata. Constat foliis scriptis 37.

BRVN. LATINI PARVVS THES.

Cod. CXLVI. COdex est anepigraphus, sed continet parvum Thesaurum Brunecti Latini, quem recensuimus Tom. V. Codicum Latinor. Biblioth. Laurent. pag. 56. Heic autem in calce singularum ferme paginarum a pictore saeculi XIII. exeuntis haud imperito, figurae quaedam delineatae sunt ad virtutes, & vitia, de quibus agitur, exprimenda adcommodatae. Inc.
Al valente Signore.
Des.
Che voi oro pesate.
Tum subiungitur: *Quì è compiuto il fagoletto ke mandò Ser Brunetto Latino a Rustico di Filippo.* Exstat in editione, cui titulus: *Il Trattato delle virtù morali di Roberto Re di Gerusalemme, il Tesoretto di Ser Brunetto Latini &c. Torino nella Stamperia Reale* MDCCL. 8. a pag. 33. ad pag. 127. sed in Codice Capitum divisio differt ab edito.

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. Saec. XIII. binis columnis, grandiori littera exaratus, cum initialibus Capitum diversimode coloratis. Constat foliis scriptis 28.

DANTIS COMOEDIA.

Cod. CXLVII. DAntis Alighierii Capita tria, videlicet Infernus, Purgatorius, & Paradisus.

I. pag. 1. Infernus incipit absque ullo titulo, & quidem ita:
Nel mezzo del cammin di nostra vita.
Des.
E quindi uscimmo a riveder le stelle.
Tum rubrica: *Quì è finito la prima Chanzone di Dante Alighieri chiamato Inferno, che di parole fè sì bel sermone.*

II. pag. 71. *La seconda Parte, over Chantica della Chomedia di Dante Alighieri di Firenze, nella qual Parte si purgano li chomessi pecchati, e vizii de qua' l' uomo è chonfesso e pentuto con animo di sodisfazione, e chontiene trentatre Chanti over Chapitoli, chiamato Purgatorio, e quì sono quelli, che sperano di venire, quando chessia alle beate genti superiore.* Inc.
Per correr miglior acqua alza le vele.
Des.
Puro e disposto a salir alle stelle.

III. pag. 139. *Il terzo Canto di Dante Alighieri di Firenze, nel qual tratta del Paradiso, nel quale sono beati tutti choloro, i quali in questo mondo avranno fatto la volontà di Dio, e quì udirete loro beatitudine.* Inc.
La gloria di colui che tutto muove.
Des.
L' amor che muove il Sole e l' altre Stelle.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIV. exeuntis, cum summariis ad pleraque Capita, rubrica diligenter exaratis, in cuius prima pagina legitur: *Del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *N°.* 247. Constat foliis scriptis 205.

DANTIS COMOEDIA.

I. pag. 1. *Cod. CXLVIII.* DAntis Alighierii tria Cantica, ut in Codice superiori. Heic autem in fine leguntur haec Carmina:
Iura monarchiae, superos, phlegetonta, lacusque,
Lustrando cecini, voluerunt fata quousque,

Digitized by Google

Sed quia pars cessit melioribus hospita castris,
Auctoremque suum petiit felicior astris,
Hic claudor Dantes, patriis extorris ab oris,
Quem genuit parvi Florentia mater amoris.
Inclyta fama civis universum penetrat orbem
Dantis Aligherii, Florenti genitus urbe,
Conditor eloquii, lumen decusque Musarum,
Vulnere saeve necis stratus, ad sidera tendens,
Dominicis annis ter septem mille trecentis,
Septembris di.... praesenti clauditur aula.

Alia exinde recentiori manu adiicitur: *Questo Libro fu di Giovanni di Lorenzo di Bivigliano per anzi; è comperato da Francesco d' Andrea Cambi suo cognato, insoma d' altri Libri, come masserizie, come appare al suo libro debitori, e creditori &c. segnato A.*

Praemittuntur in principio.

I. pag. 1. *Tavola sopra tutto il Dante,* & primo in Infernum. Inc.

Nel mezzo del cammin di nostra vita,
Fu impaurato Dante per alcuno
Principal vizio di morte infinita.

Des.

Vexilla Regis prodeunt Inferni.
Di sotto a tutti quanti è Belzebù,
Da cui procedon gl' infiniti verni,
Di sotto al qual niuna cosa è più.

II. pag. ead. b. In Purgatorium. Inc.

Camino di Purgatoro abreviato,
Delli appenati con pena crudele,
Dalla speranza ciascun confortato.
Per correr miglior acqua alzai le vele,
Vscito è Dante del fondo defunto,
Al monte purgatoro di ogni fedele.

Des.

Deus venerunt gentes alternando,
A sommo giunto del monte felice
Di molte maraviglie dimandando
La sua desiderata Beatrice.

III. pag. 2. In Paradisum. Inc.

Camin di Paradiso brieve scritto,
Di tutti beni abondevole, dove
Senza mai fine gaude ogni diritto
La gloria di colui che tutto muove,
Seguendo Beatrice Dante, varca
Subitamente al primo ciel de' nove.

Des.

Guardando la sua vista peregrina,
Dall' infinita stirpe ammirazione,
Al tutto vinto le ciglia richina,
Faccendo fine all' alta sua visione.

IV. pag. ead. b. *Chiose sopra la prima Cantica di Dante Alighieri.* Inc.

Nel mezzo del camin di nostra vita
Trentacinque anni s' intende vivendo,
Se prima per altrui non c' è impedita.

Des.

Salimmo sù, ei primo, et io secondo,
Tanto ch' io vidi delle cose belle,
Che porta il Ciel, per un pertuso tondo,
Et quindi uscimmo a riveder le stelle.

V. pag. 4. b. *Chiose sopra il Purgatorio.* Inc.

Seguendo brevemente il Purgatoro
Dante passato, com' è stato detto,
Oltra la terra tutta per un foro.

Des.

La mente sua lavata pura & monda,
Rifatta sì come piante novelle,
Rinnovellate di novella fronda,
Puro e disposto a salire alle stelle.

VI. pag. 6. *Chiose sopra il Paradiso.* Inc.

Parnaso in Grecia fù già quel giocondo
Sacrato santo visitato monte,
Quasi da tutte le genti del Mondo.

Des.

Faccendo fine al mio ardir consunto,
Volgendo me tra l' altre pecorelle,
Sempre laudando, temente, compunto,
Amor che muove il Sole, e l' altre Stelle.
Expliciunt Glosae Dantis.

Sequitur amanuensis ogdoas in laudem Thomae Rondinelli, quo suadente Codicem hunc accurate descripsit.

L' excelso Idio ch' ogni virtù sublima,
Che in cuor mi mise far questo per rima,
Metta nel savio et gratioso vaso
Di quel benigno et cortese Tomaso,
Antico Fiorentin de' Rondinelli,
Che queste Chiose, e dettati novelli,
Degni acceptar da me suo servidore,
Che l' ò dittate, e scritte per suo amore.

II. pag. 69. *Il Dittamondo di Fazio degli Vberti da Firenze.* Inc.

Non per trattar l' affanno ch' io soffersi.

Des.

Io non tel posso per ordine contare.
Explicit Opus prudentis & nobilis viri Fazii de Vbertis de Florentia, quod ipse incompletum, & incorrectum, morte praeveniente, reliquit. Tum alia subiungitur manu: *Questo Libro nominato Fazio degli Vberti da Firenze, si è di Giovanni di Lorenzo di Bivigliano per anzi comperato da Francesco d' Andrea Cambi suo Cognato in soma d' altri Libri, e altre masserizie, come apare al mio Libro debitori &c.*

Cod. chartac. MS. Italicus in fol. maximo Saec. XIV. binis columnis accuratissime scriptus, cum titulis, & litteris initialibus Cantuum, & ternariorum coloratis, cum pictura ante primam Canticam, quae totam implet paginam, Dantemque in silva errantem rudi pennicillo delineatum exhibet. Praeterea in infimo margine, aevi diuturnitate detrito, rudi calamo damnatorum poenae, quae in Canticis Inferni describuntur usque ad Cap. XVII. inclusive repraesentantur, nec non in interiori Codicis tegumento adglutinatum visitur ectypon Orgagnae Picturae, quae in Ecclesia Florentina adservatur, aeri haud ineleganter in primis artis incunabulis incisum. Constat foliis scriptis 126.

DANTIS ALIGHERII COMOEDIA.

Cod. CXLIX.

I. pag. 1. *Commedia di Dante Alleghieri da Firenze, nella quale tracta del-*

Digitized by Google

delle pene et punimenti de' vizzi, et de' meriti, et premi delle virtù. Canto I. della prima Parte, la qual si chiama Inferno, nel qual l' Autore fà Proemio a tucta l' Opera. Inc.
Nel mezzo &c.

II. pag. 35. *Seconda Parte della Commedia di Dante Alleghieri da Firenze, nella qual Parte si purgano li commessi peccati, et vizzi, de' quali l' uomo è confesso, et pentuto, con animo di satisfazione, et contiene XXXIII. Canti. Quì nel primo Canto sono quelli che sperano di venire, quando che sia, alle beate genti.* Inc.
Per correr miglior acqua etc.

III. pag. 69. b. *La terza Cantica della Comedia di Dante Alleghieri di Firenze chiamata Paradiso, nella qual tracta de' Beati, et della celestiale gloria, et de' meriti et premi de' Santi, et dividesi in nove parti, sicome l' Inferno. Canto primo, nel cui principio l' Autore proemizza alla seguente Cantica, et sono nello elemento del fuoco, et Beatrice solve all' Autore una questione, nel qual Canto l' Autore promette di tractare delle cose divine, invocando la scienza poetica, cioè Apollo Idio di sapienza.* Inc.
La gloria di colui etc.
Des.
L' amor che muove il Sol, et l' altre Stelle.

IV. pag. 104. *Capitolo fece Messer Busone da Gobbio, il quale parla sopra tutta la Commedia di Dante Alleghieri di Firenze.* Dividitur in tres Partes. Prima inc.
Perochè sia più fructo, et più dilecto
A quei, che si dilettan di savere,
Del alta Comedia vero 'ntelletto.
Vltima des.
Fortificando la Cristiana Fede.

V. pag. 105. *Capitolo fece Iacopo figlio di Dante Alleghieri, il quale parla sopra tucta la Commedia.* Inc.
O voi che siete dal verace lume etc.
Hoc quoque Caput in tres Partes tribuitur, quarum ultima des.
Nel mezzo del cammin di nostra vita.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIV. binis columnis eleganter exaratus, cum pictura in singularum trium Partium littera initiali, Dantem, ducemque Virgilium exhibente, cum titulis rubricatis, & initialibus Capitum coloratis, ac stemmate possessoris in prima pagina, ubi nomen legitur *Ioannis Bini, Petri Binii, Bernardi filii Binii.* Adscribitur quoque nomen *Del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *N°.* 232. Constat foliis scriptis 106.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. CL. I. pag. 1. *LA Commedia di Dante Allighieri di Firenze, nella quale tracta de le pene, et punimenti de' vizzi, et de' meriti et premi delle virtù. Canto primo de la prima Parte, la quale si chiama Inferno, nel qual l' Autore fà Prohemio a tutta l' Opera.*

II. pag. 31. *La seconda Parte della Commedia di Dante Alleghieri di Firenze, nella quale Parte si purgano li commessi peccati, et vizzi, de' quali l' uomo è confesso, et pentuto, con animo di satisfazione, et contiene XXXIII. Canti. Quì nel primo Canto sono quelli che sperano di venire, quando che sia, ale beate genti.*

III. pag. 61. *La terza Cantica della Commedia di Dante Alleghieri di Firenze, chiamata Paradiso, nella qual tracta de' Beati, et della celestiale gloria, et de' meriti et premi de' Sancti, et dividesi in nove Parti, sicome l' Inferno. Canto I. nel cui principio l' Autore prohemiza ala seguente Cantica, et sono nello elemento del fuoco, et Beatrice solve a l' Autore una questione, nel qual Canto l' Autore promette di tractare delle cose divine, invocando la scienza poetica, cioè Apollo Idio di sapienza.*

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIV. ab eodem Scriptore, ac superior, binis columnis diligenter exaratus, picturis in principio cuiusque Partis, ut supra, exornatus, cum stemmate possessoris in prima pagina, necnon summariis ad singula Capita, rubricatis, & initialibus item litteris coloratis, in cuius prima pagina legitur *Del Senator Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *Num.* 250. Constat foliis scriptis 90.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. CLI. DAntis Comoediae aliud Exemplar, cum Busonis Eugubini, itemque Iacobi Dantis filii Canticis de Dantis Comoedia, ut in Codice superiori CXLIX. §. IV. & V.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIV. ab eadem manu, qua superior, binis columnis accuratissime exaratus, cum titulis, ac initialibus Carminum rubricatis, tribusque picturis, ut alibi, decoratus, & cum stemmate gentilitio ferme deleto possessoris in calce primae paginae, ac praevio nomine *Del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *N°.* 252. Constat fol. scriptis 92.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. CLII. DAntis Comoediae aliud Exemplar, cum Busonis Eugubini, ac Iacobi Dantis filii de Dantis Comoedia Capitulis, ut in Codice superiori. Hic ab eadem quoque manu est diligentissime conscriptus, cum pictura, & stemmate possessoris in principio; ac praeterea in infimo paginarum margine usque ad Cap. XIV. Purgatorii occurrunt, singulis Cantibus alludentes picturae, aevi iniuria ex parte deletae, artificiose delineatae. Notulis quoque latinis marginalibus est heic inde Codex instructus. Ante Paradisum in pagina, quae supererat vacua, adiicitur Prooemium absque nomine auctoris, cuius initium est: *Gloria & divitiae in do-*

Digitized by Google

mo eius = Sicome lo Profeta dice ne la casa de Dio sono universalmente tre cose, le quale se connumerano inella preallegata autorità &c.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIV. eiusdem manus, quae superiores descripsit, cum summariis & initialibus rubricatis, stemmate possessoris in principio, & nomine *Caroli Thomae Strozzae N°.* 243. Constat foliis scriptis 92.

ALIVD EXEMPLAR

Cod. CLIII. DAntis Comoediae aliud Exemplar manu eadem, qua superiores Codices, descriptum, cum titulis Capitum rubricatis, ac initialibus diversimode coloratis, cum pictura, & stemmate possessoris in calce primae paginae. Heic autem in membranis vacuis pro Codicis custodia praemissis, depicta est manus extensa, numeris distincta, cum regula adposita ad inveniendum Pascha, incipiendo ab anno MCCCXXXIX. Exinde vero adiiciuntur lunationes ab anno MCCCXLI. ad MCCCL. Praeterea adscribitur sequens Italicum Carmen:

Se altri d' Amor giamai si dolse, o duole,
Io fò il contrario, anzi rengrazio sempre
Sua Magiestà tremenda, e sacre tempre
Con la chiarezza del mio vivo sole;
Poichè di tal bellezze al mondo sole,
Che morte, e tempo mai fia che le stempre,
Benchè col dolce amare il fuoco attempre,
Per veder prova dell' umana prole.
O soave languire di quel che more,
Amando un cuor gentil, come fò io,
Che rari el Ciel destina a tanta sorte.
Rengrazio l' ardor suo benigno, o pio,
Ch' al fin morendo per sì bel splendore,
Aver non posso più contenta morte.
Andreas Magnanimus.

Tum eadem manu in aversa pagina haec alia occurrunt.

I. *Hos ego si totiens fudissem ad marmora luctus,*
Rupta forent lacrymis marmora dura meis.

II. *Fra tutte l' altre tue victorie Amore,*
Questo si legga manifesto, e scorto,
Colui che fecie sempre al mondo onore
Alle insegne d' Amor, giace quì morto.
E che troppo costante al suo Signore,
Fù di sua Corte bandeggiato a torto.
Tu che mei versi lacrimosi canti,
Sappi che questo è il premio degli Amanti.
A. R. N. R.

III. In membrana vacua pag. 30. quae praecedit Purgatorium depicta sunt XII. Zodiaci signa, adscriptis singulorum nominibus.

IV. Tandem in aversa ultima pagina duae extensae manus visuntur, regulam exhibentes ad inveniendum, quo die singulis annis menses incipiant, initium sumendo ab anno MCCCXLI.

V. Tandem aliud hoc monumentum legitur: *Ricordo questo dì* XVI. *di Giugno aparì a ore 2. di nocte un razo, el qual significa morte di grandi Signori etc. Iacopo Magnani. Spectabilibus & generosis Cognatis hon. Floriano & Luciae de Grifonibus Bononiae. Spectabili Viro & eximio Legum Doctori D. Petro Magniano, tamquam Patri honorando. Venerabili Viro Dono Girardo de Aldegheriis Rectori Ecclesiae S. Mariae de Tondis, ut fratri &c.*

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIV. binis columnis, eadem diligentia qua reliqui exaratus, cum summariis & initialibus rubricatis & coloratis, in cuius prima pagina legitur *Del Senator Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *N°.* 241. Constat foliis scriptis 90.

DANTIS CANTICA TRIA.

I. pag. 1. *Cod. CLIV.* CLarissimi Poëtae Dantis Alighierii de Florentia Cantica, sive Comoedia dicta Inferno, & ipsius primae Partis Cantus primus. Inc.
Nel mezzo &c.

II. pag. 68. Eiusdem Canticae, sive Comoediae, dictae Purgatorio, Pars secunda, & ipsius secundae Partis Cantus primus. Inc.
Per correr miglior acqua &c.

III. pag. 136. Eiusdem Canticae, sive Comoediae, dictae Paradiso, Pars tertia, & ipsius tertiae Partis Cantus primus. Inc.
La gloria di colui &c.
In fine rubrica legitur: *Explicit tertia & ultima Pars Canticae, sive Comoediae, dicta Paradiso, clarissimi Poëtae Dantis Alighieri de Florentia.*
Questo Libro è di Piero di Ghuccio di Giovanni.

IV. pag. 204. Sequitur Carmen anepigraphum, in fine mutilum, cuius initium est:
O sommo, eterno, e infinito bene,
Da cui depende tutto l' Vniverso,
Onde ogni dono, e ogni grazia vene.
Des.
Io nel suo nome t' invoco Padre pio
Per li suoi meriti ti domando grazia.
Reliqua desiderantur. Hoc Carmen exstat etiam in calce Codicis MS. eiusdem Dantis in Bibliotheca S. Mariae Novellae Florentiae, Ord. Praedicatorum.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIV. diligenter exaratus, cum titulis rubricatis, stemmate possessoris gentilitio in prima pagina. Adest & possessoris nomen, videlicet *Del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *N°.* 253. Constat foliis scriptis 204.

DANTIS COMOEDIA

I. pag. 1. *Cod. CLV.* DAntis Alighierii prima Cantica, in qua tractatur de Inferis, ut supra. In fine: *Explicit prima Cantica Comoediae Dantis Alleghieri, in qua tractatum est de Inferis.*

II. pag. 35. Eiusdem Purgatorium, ut supra.

III.

Digitized by Google

III. pag. 69. Eiusdem tertia Cantica, in qua tractatur de Paradiso, ut supra.

Codex membranaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis diligenter exaratus, cum picturis ad tria Cantica, quae interiorem marginem implent, cum initialibus coloratis, & titulis rubricatis, adposito nomine possessoris *Del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* 1670. *N°.* 242. Constat foliis scriptis 102.

DANTIS COMOEDIA.

Cod. CLVI.

I. pag. 1. *LA Comedia di Dante Alleghe-rii di Firenze, nella quale tratta delle pene, e vizi, e punimenti, e de' meriti, et premi delle virtù. Comincia il Canto primo della prima Parte, nella quale fa Proemio a tutta l'Opera*, ut supra. In fine: *Compiuto è l'onferno di Dante Alleghieri di Firenze. A Dio grazia. Amen.*

II. pag. 63. *La seconda Parte, overo Cantica della Comedia di Dante Alleghieri di Firenze, nella quale Parte si purgano li commessi pecchati, e vizi, de' quali l'uomo è confesso, e pentuto con animo di sodisfazione, e contiene trentatre Canti. Quivi sono quelli che sperano, quando che sia, di venire alle beate genti*, ut supra. In fine: *Compiuto il Purgatorio di Dante Alleghieri di Firenze. A Dio gratia. Amen.*

III. pag. 125. *La terza Parte della Comedia di Dante Alleghieri di Firenze, nella quale si tratta de' Beati, e della celestial grolia, e de' meriti, e premi de' Santi, e dividesi in nove Parti etc.* ut supra. In fine alia manu: *Compiuto il Paradiso di Dante Alleghieri. Deo gratias. Amen* 1415. *adì* 17. *Marzo il compiè.*

IV. pag. 185. Carmen anepigraphum in tres Partes divisum, quod est Iacobi Alighieri, Dantis filii, & inc.

O voi che siete del verace lume.

Des.

Nel mezzo dal camin della sua vita.

Habetur impressum an. MCCCCLXXVII. fol. in calce Commentarii in Dantem, quod Benvenuto Imolensi tribuitur.

V. pag. 187. Aliud Carmen item anepigraphum, quod tamen est Bosonis Eugubini. Inc.

Pesò che sia più fructo et più dilecto.

Des.

Fortificando la Cristiana Fede.

In fine cit. Commentarii.

Codex chartaceus MS. Italicus in fol. Saec. XIV. optime servatus, cum initialibus vario colore depictis, in cuius primo folio adscribitur possessoris nomen *Di Luigi del Senatore Carlo di Tommaso Strozzi* MDCLXXIX. *N°.* 129. Constat foliis scriptis 189.

BENVENVTI DE IMOLA COMM. IN DANTIS INF.

Cod. CLVII.

COmmentum, sive Scriptum super Librum primum, qui intitulatur Infernus, sacri Poëmatis Poëtae celeberrimi Dantis Aldigherii ad Clarissimum Principem Dominum Nicolaum Illustrem Marchionem Estensem, per disertissimum & egregium Grammaticae Professorem Magistrum Benevenutum de Imola, sermone lucido compilatum. Tum hi, versiculi subiiciuntur:

Hic inter Estenses Nicolaus laude sub ista,
Gloria magnatum, generis fulgore serenus,
Sed virtute magis cunctos superare regentes,
Quos sua sublimis vincit clementia morum,
Qua decus eximium similem non comperit usquam
Italicos inter proceres, dominosque potentes.

Praecurrit Prooemium, cuius initium est: *Quoniam, praeclarissime Princeps, testante Philosopho in sua Poëtria, iucundissima ars poëtica ab ipsis naturae principiis ab animi nobilitate manavit.* Des. *non est autem propositi mei in hoc Opere omnium exponentium dicta refellere erronea, ridicula, falsa, aut saltem aliena, & omnino impertinentia facto; & quum brevis in omnibus esse soleam, necessario forte nimius videbor interdum, quoniam multa & magna impossibile est breviter explicare. Igitur porrigam manum trepidam ad tam grande Opus in nomine Sanctae, ac individuae Trinitatis, sic exordiens.*

Carmina in laudem Poëtae:

Nescio quam tenui sacrum modo carmine Dantem
Eloquar, insignem studiis quem celsa per orbem
Explicat aeterno memorandum nomine virtus;
Nam postquam patrios Florentia saeva penates
Linquere conspicuum iussit sine crimine civem,
Fortuna quatiente stetit, sortemque superbam
Excutiens semper, misero securus in orbe
Vixit, & innumeros toleravit mente labores,
Ipse hominum, rerumque patrem, qui cuncta gubernat
Imperio, & lati solus tenet aurea mundi
Lora manu, cui semper erit sine fine potestas,
Agnovit sine more Deum, vitamque per omnem
Impiger angustis operantia sidera terris,
Stelliferi secreta poli, quibus astra fruantur
Consiliis, caelo novit divinus ab alto,
Artibus ingenii redimitus acumine septem,
Exhausit sacras Musarum fontibus undas.
Hinc sacris animatus aquis, quae dura cadentes
Praemia dignoscant miseri, quibus ipsa salutem
Poena ferat sceleris, quos gratia collocet altis
Sedibus, audaci cecinit sub tegmine cantu.
Scribere non possem, viduas quot fletibus artes,

Quot-

Digitized by Google

Quotque novem Musas lacrymis subiere dolores,
Quum rapuit mors saeva virum, sed fama superstes
Gentibus exstinctum memorat, populumque per omnem
Vivet, & aeterno referetur laudibus aevo.

LXVII. Adnotatio temporis, quo Arminia & ceterae nationes venerunt ad obedientiam Ecclesiae Romanae. Inc. *Hactenus Ecclesiae &c.* pag. 333.

LXVIII. Adnotatio temporis professionis, & patriae Auctoris. Inc. *Postquam nostra tibi &c.* pag. 334.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
MEDICEA FESVLANA
OLIM CANONICOR. LATERANENSIVM
NVNC LAVRENTIANA

CODEX I.

VETVS ET NOVVM TESTAMENTVM.

Eteris & Novi Testamenti Libri omnes cum Praefationibus, seu Prologis Divi Hieronymi in eosdem, divisione Capitum, & interpretatione nominum Hebraicorum per alphabetum in fine, ut in Codice CXXX. Bibliothecae Aedilium maioris Ecclesiae Florentinae, Tomo superiore a pag. 247. ad pag. 252. paucis exceptis, in quibus hunc ab illo discrepare comperimus, quae sunt. In nonnullos ex Prophetis minoribus, quorum singuli eosdem habent Prologos, qui in dicto Codice recensentur, Codex noster alios brevissimos praemittit, & quidem omnes in margine ab eadem antiqua manu exaratos, praeter illum in Aggaeum, qui in ipso contextu continetur. Nos hosce ex ordine in medium proferimus.

Pag. 254. Prologus in Abdiam ita habet: *Abdias, qui interpretatur servus Domini, personat contra Edom sanguineum terrenumque fratrem, quum Iacob semper aemulum, hasta percutit spirituali.*

Pag. 255. In Nahum: *Nahum consolator orbis increpat civitatem sanguineam, & post eversionem illius loquitur: Ecce super montes pedes evangelizantes, & annuntiantes pacem.*

Pag. 256. In Habacuc: *Habacuc luctator fortissimus, & rigidus, stat super custodiam suam, & figit gradum super munitionem suam, ut Christum in cruce contempletur, & dicat: Operuit caelos gloria eius, & laudis eius plena est terra; splendor eius, ut lux erit, & cornua in manibus eius.*

Pag. 257. b. In Aggaeum: *Aggaeus festus & laetus, qui seminavit in lacrymis, ut in gaudio meteret, destructum templum reaedificat, Deumque Patrem inducit loquentem: Adhuc unum modicumque, et ego movebo caelum & terram, mare & aridam, & movebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus.*

Pag. 258. b. In Zachariam: *Zacharias memor Domini sui, multiplex in prophetia, Iesum vestibus sordidis indutum, & lampadem oculorum VII., candelabrumque aureum cum totidem lucernis, quot oculis, duas quoque olivas a sinistris lampadis cernit, & a dextris, ut post equos rufos, varios, albos, & dissipatos, quadrigas ex Ephraim, & equam de Ierusalem pauperem regem vaticinetur, & praedicet sedentem super pullum asinae filium subiugalis.*

Pag. 260. b. In Malachiam: *Malachias Latine interpretatur Angelus, idest nuncius; quidquid enim loquebatur, quasi a Domino esset mandatum, ita credebatur, & ita inde eius nomen septuaginta Interpretes transtulerunt, dicentes: Assumptio verbi Domini super Ierusalem in manu Angeli eius. Prophetavit autem novissimus in Babylonia, quando & Aggaeus.* Huius autem Prophetia in Capita III. dividitur.

Pag. 290. b. Prologi duo in Evangelium Lucae sunt transpositi; priori enim loco ponitur Prologus brevior, secundo longior.

Pag. 306. b. Epistolis Paullinis, quarum singulae brevissimos praeferunt Prologos, ut in dicto Codice, praemittitur longissimus Prologus, qui in illo desideratur, & inc.

Digitized by Google

Principia rerum requirenda sunt prius, ut earum notitia plenior possit haberi. Des. *atque in actione gratiarum finem tenet Epistola. Praemittit autem salutationem dicens.*

Pag. 327. Prologus in Actus Apostolorum, qui in dicto Codice deerat ob defectum quorumdam foliorum, heic inc. *Lucas Antiochensis, natione Syrus, cuius laus in Evangelio canitur etc.* Des. *sed etiam animabus eius proficeret medicina.* Huius autem Libri Capita sunt XXVIII.

Codex membranaceus MS. in folio maximo Saec. XIII. binis columnis, elegantissimo charactere exaratus, cum initialibus litteris tam Prologorum, quam Librorum auratis, & coloratis; & hae quidem postremae, vel depictas auctorum imagines referunt, vel aliqua sunt pictura decoratae ad argumentum Libri exprimendum adcommodata: tituli praeterea Librorum sunt rubricati, numeri vero Capitum, aurei sunt alternatim, aeque ac initiales eorumdem litterae, atque caerulei; nulla denique pagina suo caret ornatu, quum singulae columnae lineis sint aureis, caeruleis, ac rubris ab invicem distinctae, ita ut hoc in genere nihil magnificentius, nihil pulcrius possit excogitari; sed quod dolendum est, nonnullae ex dictis Librorum initialibus rescissae fuerunt, Geneseos nimirum, Evangelii Matthaei, Epistolae primae Ioannis Apostoli, Epistolae Iudae, & Apocalypsis. Constat fol. scriptis 377.

SACRORVM BIBLIORVM VOLVMEN I.

Cod. II. COntinet hic Codex Veteris Testamenti Libros, a Genesi usque ad Psalterium inclusive, cum Praefationibus, seu Prologis Divi Hieronymi in singulos, ut in dicto Codice CXXX. cum quo concordat etiam quoad divisionem Capitum, excepto Libro primo Esdrae, qui in Capita dividitur IX. & Libro Iudith, cuius Capita sunt XV. In fine autem habentur Interpretationes nominum Hebraicorum, quae ita clauduntur: *Expliciunt Interpretationes Hebraicorum nominum, secundum Remigium. Deo gratias.* Praeterea Liber Levitici inscribitur: *Incipit Vagedaber Lib. qui Graece dicitur Leviticus*, & inter Librum Numerorum, & Deuteronomii haec legitur rubrica: *Explicit Liber Numeri, qui appellatur Hebraice Vaiedaber, habet versus tria m. Incipit Addabarim, qui Deuteronomium praenotatur.*

Codex membranaceus MS. in folio Saeculi XIII. binis columnis, charactere grandiori exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus litteris tam Prologorum, quam Librorum aureis, & coloratis; illae vero Librorum iconibus etiam quibusdam sunt exornatae. Constat fol. scriptis 372.

SACRORVM BIBLIORVM VOLVMEN II.

Ca. III. INcipit haec secunda Sacrorum Bibliorum Pars a Parabolis Salomonis, & desinit in Apocalypsi, cum iisdem Prologis, & Capitum divisionibus, ut in memorato Codice CXXX. In quibus autem differt, haec sunt. Libro Sapientiae pag. 16. praemittitur brevis Prologus, qui in illo deerat, & sequens est: *Liber Sapientiae apud Hebraeos nusquam est, unde & ipse stylus Graecam eloquentiam redolet. Hunc Iudaei Philonis esse adfirmant, qui proinde Sapientia nominatur, quia in eo Christi adventus, qui est Sapientia Patris, & passio diligenter exprimitur.* Praeterea Prologi duo in Evangelium Lucae transponuntur; prior enim est brevior, secundus longior. Epistola prima ad Thessalonicenses in Capita VI. dividitur. Tandem Prologus in Actus Apostolorum, & huiusce Libri divisio, eadem est, atque in Codice I. superiore. Heic quoque clauditur Volumen Interpretationibus nominum Hebraicorum, ut supra.

Codex membranaceus MS. in folio Saeculi XIV. binis columnis, charactere perspicuo, & eleganti exaratus, cum titulis Prologorum & Librorum rubricatis, & initialibus litteris aureis, variisque coloribus depictis, ac praeterea ornatu quodam marginali decoratis; tum uniuscuiusque Libri initialis littera, vel iconem auctoris, vel aliquod insignius factum in eo narratum, vivis coloribus expressum repraesentat, ita ut nihil ornatius, nihil magnificentius hoc in genere possit excogitari. Constat foliis scriptis 379.

VETERIS TESTAMENTI LIBRI ALIQVOT.

Cod. IV. COntinet hic vetustissimus Codex Veteris Testamenti Libros a Genesi usque ad Ezechielem Prophetam inclusive cum Prologis S. Hieronymi, ut in Codicibus superioribus, & quidem hoc ordine.

I. pag. 1. Liber Genesis, cui praemittitur primo: *Sancti Hieronymi Epistola ad Paullinum Episcopum de omnibus Divinis Historiae Libris*; secundo *Praefatio in Historia Pentatheucum Moysi*; tertio *Capitula Libri Genesis*, quae sunt XLV. Primum inscribitur: *De lucis exordio, & divisione tenebrarum a luce, & die prima.* Vltimum: *De obitu Iacob, & sepultura eius in Ebron, & de morte Ioseph.* In fine legitur: *Explicit Liber Bresith, idest Genesis.* Interim notandum in margine tam huius, quam sequentium Librorum, exceptis duobus Paralipomenon Libris, itemque Hieremiae, Baruch, & Ezechielis prophetiis adpositam fuisse a manu recentiore aliam numerationem Capitum, quae

Digitized by Google

quae utplurimum cum illa Codicis CXXX. alias memorati concordat.

II. pag. 24. Liber Ellesmoth, idest Exodus. Huius Libri Capita sunt CLI. Primum: *De infantibus Hebraeorum, quos praecepit Pharao in flumine proiici*. Vltimum: *Consummato Tabernaculo texit nubes Tabernaculum, & maiestas Domini implevit illud*.

III. pag. 39. b. Liber Vaiecra, idest Leviticus, cuius Capita sunt LXXXVIII. Primum inscribitur: *Loquutus est Dominus ad Moysen de Tabernaculo testimonii, & de sacrificiis*. Vltimum: *Votum masculini, vel faeminae pretio offerendum, in pecudibus vero non mutandum*.

IV. pag. 49. b. Liber Vaiedaber, idest Numeri. Capita huius Libri sunt LXXII. quorum primum ita inscribitur: *Recognitio duodecim Tribuum facta a Moyse, & Aaron, & duodecim Tribus principibus, a triginta annis, & supra, praeter Levitas*. Vltimum: *De filiabus Salfad iubetur, ut sint in Tribu plebis patris sui*.

V. pag. 63. b. Liber Elleabdabarim, idest Deuteronomium. Huic Libro nullus Capitum index praemittitur.

VI. pag. 76. Liber Iosue Benun, cum Praefatione S. Hieronymi, & Capitum XXXIV. elencho. Primum ipsorum est: *Promittit Deus Iosue, dicens: sicut fui cum Moyse, & ero tecum*. Vltimum: *Vnde natus sit Abraham, vel ubi perductus: item congregatis cum pacto obtestationis adloquitur eos. Iosuae*.

VII. pag. 83. b. Liber Sophim, idest Iudicum. Capita sunt XIX. quorum primum ita habet: *Iudas eligatur dux belli*. Vltimum: *Vir Levita, cui contigit nefas*.

VIII. pag. 91. b. Liber Ruth.

IX. pag. 94. b. Libri Regum IV. quorum primo praemittitur Praefatio sancti Hieronymi Presbyteri, & Capitum Libri I. & II. index, quae sunt C. Primum ita habet: *Duo filii Heli, Ophni, & Phinees Sacerdotes*. Vltimum: *Indignatur Deus contra Israël, ita ut iuberet dinumerari Israël, & Iuda; & post dinumerationem iubet David eligere sibi tres dies, delationem plagarum pestis, famis, & gladii; tamen evenit in populum tribus diebus. Sed Angelus, qui missus est ad percutiendum, iubetur a Domino quiescere. Testimonium non offerendum, holocausta gratuita, nisi de proprio labore*. Hoc loco animadvertendum est inter pag. 116. & 117. magnum Codicis defectum contigisse, ob iacturam unius, aut alterius quaternionis, propter quam intercidit finis Libri secundi, totus Liber tertius, & initium Libri quarti; ultima enim verba paginae 116. b. sunt: *commovitque David in eis dicentem: Vade* ..... quae pertinent ad Caput XXIV. vers. 1. Lib. II. & verba prima paginae 117. sunt ..... *me Domine mi Rex. Qui ait: Non te salvet Dominus &c.* quae occurrunt in Cap. VI. vers. 26. Libri IV.

X. pag. 127. b. Liber Dabreiamin, idest Verba Dierum, quod interpretatur Paralipomenon Liber primus, cui praemittitur tantum Prologus sancti Hieronymi Presbyteri.

XI. pag. 137. Liber secundus sine ullo Prologo. Desinit autem in verbis: *sit Dominus Deus suus cum eo, & adscendat*, ut in editione Romana an. MDLXXXXII. in fol. quam innuimus in recensione praedicti Codicis CXXX. Tomo superiore pag. 248. §. X.

XII. pag. 151. Esaias Propheta cum Prologo sancti Hieronymi, ut alibi, cui subiungitur brevis notitia *de ortu vel obitu Esaiae Prophetae*, hoc pacto: *Esaias in Ierusalem nobili genere natus est, ibique prophetavit sub Mannase Rege, sectus in duas partes occubuit; sepultus est sub quercu Rogel, iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias Rex iactu obstruserat pulvere*.

XIII. pag. 168. b. Hieremias Propheta cum Prologo sancti Hieronymi. In fine huius Libri subiungitur litteris quadratis: *De Oratione & Sacrificio pro vita Nabuchodonosor*.

XIV. pag. 188. b. Liber Baruch sine ullo Prologo, neque titulo.

XV. pag. 191. Lamentationes, & Oratio Hieremiae Prophetae.

XVI. pag. 193. Ezechiel Propheta, cum Praefatione sancti Hieronymi Presbyteri.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. X. binis columnis exaratus, quantivis pretii, cum titulis Librorum, charactere quadrato, & cubitali conscriptis, & initialibus litteris, vetusto more depictis, in quo notanda est littera F vocis *Frater*, a qua incipit Epistola sancti Hieronymi ad Paullinum Episcopum, quae totam primi folii posteriorem partem occupat. In margine autem inferiori secundi folii adnotatum est: *Questo Libro è di Sancta Maria di Fregionaia concesso al Monasterio di San Bartholameo de Fesuli*. Constat foliis scriptis 209.

EPISTOLAE PAVLLINAE CVM GLOSSA.

Cod. V.

Liber est anepigraphus, sed continet D. Paulli Epistolas XIV. cum uberrimis glossis marginalibus. Praecedit Prologus, cuius initium est: *Principia rerum requirenda sunt prius, ut earum notitia plenior possit haberi; tunc enim demum facilius poterit caussae ratio declarari, si eius origo discatur*. Finis: *circa finem vero, moralis subditur instructio, atque in actione gratiarum finem tenet Epistola. Praemittit autem salutationem dicens*. Commentarius in Epistolam ad Romanos inc. *Paullus servus Iesu Christi &c. usque ibi, omnibus, qui sunt Romae. Hucusque enim pendet littera, ut perficiatur sententia, & subintelligitur, mandat, vel scribit. In hac autem salutatione, prius personam suam commendat, quatuor modis, scilicet a nomi-*

Digitized by Google

nomine, a conditione, a dignitate, ab officio. A nomine, dicens, Paullus; a conditione, servus; a dignitate, Apostolus; ab officio, segregatus in Evangelium Dei &c. In Epistolam ultimam ad Hebraeos, des. *Salutate omnes praepositos vestros, & omnes subiectos sanctos, idest sanctificatos in baptismo. Sicut generaliter omnibus scribit, ita generaliter omnibus praelatis & subditis salutem optat. Salutare enim est salutem optare. Salutant vos omnes fratres de Italia. Per hoc eum a Roma scripsisse notat. Gratia, idest purgatio peccatorum, & alia Dei munera, sit cum omnibus vobis. Amen.* Adscripta autem sunt in margine rubro charactere nomina Auctorum, ex quorum Expositionibus haec Catena confecta est, inter quos praecipue nominantur Alanus, Ambrosius, Amolo, seu Amulus, seu Amularius Episcopus Lugdunensis, Augustinus, Beda, Cassianus, Esitius (seu potius *Hesychius*) Fulgentius, Gaudentius, Gregorius, Haymo, Hieronymus, Hilarius, Ioannes Chrysostomus, Ioannes Damascenus, Ioannes Diaconus, Irenaeus, Magnus, Origenes, Paullinus, Primasius, Remigius, Strabo, Victor Episcopus Capuanus &c. In primo folio, quod Codicis custodiae inservit, hoc legitur monumentum: *Magnifici viri Cosmae de Medicis ingens liberalitas, eximia virtus, & charitas prope singularis, ex omni parte sese ostendit. Sacras has aedificavit aedes; his Religiosis viris Canonicis Regularibus, quae ad usum vitae necessaria erant, paravit; postremo illis has Epistolas Paulli dono dedit, ut nihil relinqueretur, quod esset ab eis ulterius expetendum. Adsit ei igitur clementissimus Deus, & benedicat ei omnibus diebus vitae suae. Ex hereditate Ioannis filii sui.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XIV. diligenter exaratus, charactere grandiori quoad Epistolarum textum, & minori quoad Commentarium, & cum initialibus litteris Epistolarum vetusto more depictis. Constat foliis scriptis 199.

CONCORDANTIAE BIBLICAE.

I. pag. 1. Cod. VI. SAcrorum Bibliorum Concordantiae, praevio brevi Prologo, seu Introductione, ut in Codice IV. Bibliothecae Fratrum Minorum de Observantia in Agro Mugellano loco dicto *de Nemore*, Tomo superiore pag. 545. cum quo concordant, praeterquam in fine; in nostro enim Codice des. *Zizania. Matth. XIII. inimicus eius superseminavit zizania. Ibi: bonum semen seminasti: unde ergo habet zizania? Ibi: collig. zizania, eradicetis prius triticum. XIII. e. zizaniam allig. in fasciculos ad comburendum. Ibi: zizania sunt filii nequam.* Tum subiungitur: *Explicit Liber, qui Concordantiae vocatur, scriptus de manu Ernaldi Anglici, de exemplari de domo Fratrum Minorum Parisius, & est liber honorabilis.....* (1) *Deo gratias. Vtinam essem cum eo, ubicumque sit &c.*

II. pag. 410. Quoddam veluti supplementum ad praedictas Concordantias, ab alia recentiore manu exaratum, item per alphabetum. Inc. *A praepositio Gen. II. a. plantaverat Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio. XLII. a. Beniamin domi retento a Iacob. Exod. XI. a. postulet mulier a vicino &c.* Desinit in voce X_{ps}, & in verbis: *Apoc. XX. c. qui non adoraverunt bestiam, regnaverunt cum Christo mille annis. Ibi. erunt Sacerdotes Dei, & Christi.*

Codex membranaceus MS. in folio maximo, Saec. XIV. ineuntis, tribus columnis exaratus, cum initialibus cuiusque alphabeticae sectionis litteris aureis, & coloratis; Prologo vero praemittitur pictura, exhibens Deiparam Virginem sedentem cum puero Iesu, adstantibus hinc inde duobus Sanctis, quorum unus est beatus Franciscus, stigmatibus insignitus, qui eidem Virgini offert alium Franciscani Ordinis habitu indutum, forte huius Operis auctorem, manibus iunctis, & genuflexum. Constat fol. script. 419.

D. AVGVSTINI TRACTATVS IN EVANG. SANCTI IOANNIS.

Cod. VII. TRactatus beati Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi in Evangelium secundum Ioannem, in duas Partes distributus, quarum prima continet Homilias, seu Sermones LV. altera vero LXX. Homilia I. Partis primae inc. *Intuentes quomodo audivimus ex lectione Apostolica, quod animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei &c.* Vltima Partis secundae des. *& multa, quae in Scripturis sanctis non desunt, sicut alii tropi, hoc est loquutionum modi, de quibus operosius disputarem, nisi terminante Evangelium suum, etiam ipse compellerer meum terminare sermonem. Amen.* Tum subiungitur: *Explicit Liber Evangeliorum beati Ioannis Apostoli & Evangelistae, quem tractavit beatus Augustinus Episcopus. Amen.* In edit. Operum S. Augustini, studio Monachorum S. Benedicti, Venetiis apud Io. Bapt. Albrizzi MDCCXXIX. fol. Tom. III. Part. II. a pag. 289. ad. pag. 826.

Codex membranaceus MS. in folio, Saeculi XV. binis columnis, nitide exaratus, cum litteris initialibus Homiliarum, colore alternatim rubeo, ac caeruleo depictis, & titulis rubricatis, & cum stemmate Mediceo in primo Codicis folio. Constat foliis scriptis 194.

D. AVGVSTINI OPERA VARIA.

I. pag. 1. Cod. VIII. DAugustini Loquutiones in Pentateuchum, Librum Io-

(1) Erasum est nomen antiqui possessoris.

Digitized by Google

sue, & Librum Iudicum, praevia Retractatione. In Librum Geneseos inc. *Loquutiones Scripturarum, quae videntur secundum proprietates, quae idiomata Graece vocantur, linguae Hebraeae, vel Graecae, hae sunt. Et diiudicent inter medium diei, & inter medium noctis &c.* In Librum Iudicum des. *dimitte me, & palpabo columnas, super quas domus confirmata est super eas.* Tum subiicitur: *Expliciunt Loquutiones Iudicum, qui est sancti Augustini Liber septimus.* Tom. III. Parte I. a pag. 325. ad pag. 378.

II. pag. 22. Eiusdem Quaestionesin praedictos septem Divinae Scripturae Libros priores, praevia Retractatione, & Quaestionum Capitulis. In Librum Geneseos inc. *Quum Scripturas sanctas, quae appellantur Canonicae, legendo, & cum aliis Codicibus secundum Septuaginta interpretationem conferendo, percurrerem, placuit eas Quaestiones &c.* In Librum Iudicum des. *haec est enim vis generalis omnium Loquutionum, ut quemadmodum ipsae linguae non intelligantur, nisi audiendo, vel legendo discantur. Amen.* Tum litteris rubricatis legitur: *Deo gratias. Expliciunt Quaestiones Iudicum. Laudetur Deus.* Ac deinde versiculus additur:
Scriptori requiem Paradisi det Deus. Amen. Ibid. a pag. 379. ad pag. 624.

III. pag. 119. Eiusdem Liber de triplici Habitaculo. Inc. *Tria sunt sub Omnipotentis manu Habitacula &c.* Des. *laudabunt Deum omnipotentem, benignum, & misericordem, cui est honor &c.* In Append. ad Tom. VI. a pag. 159. ad pag. 164.

IV. pag. 121. Eiusdem Liber de Timore Domini. Inc. *Divinarum Scripturarum multiplicem abundantiam &c.* Des. *non solum sit gratus, sed etiam brevis.* Est Sermo CCCL. Tom. V. Par. II. pag. 1348. ubi inscribitur *de Charitate II.*

V. pag. 122. Eiusdem de Fide. Inc. *Recordamini nobiscum, dilectissimi fratres, dixisse Apostolum, quamdiu sumus in corpore &c.* Des. *quum eam videre non possint, nisi ante sanentur.* Ibid. Sermo CCCXLVI. cui titulus: *De peregrinatione nostra in hac vita per fidem.*

VI. pag. ead. b. Eiusdem de Timore. Inc. *Multa nobis, fratres, de timore Dei praecepta sunt, & quam sit utile timere Deum &c.* Des. *quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Ibid. Sermo CCCXLVII. inscriptus *De Timore Dei primus.*

VII. pag. 123. Eiusdem de Timore. Inc. *Non dubito, fratres charissimi, insitum esse cordibus vestris timorem &c.* Des. *de quo latius dicerem, nisi sermo meus longior, & meis senibus viribus, & vestrae fortasse satietati parcere cogeret.* Ibid. Sermo CCCXLVIII. inscriptus *de Timore Dei secundus.* Tum subiicitur in Codice: *Explicit Liber B. Augustini de Timore Domini.*

VIII. pag. 124. Eiusdem Epistolae Paulli Apostoli ad Romanos inchoata Expositio. Inc. *In Epistola, quam Paullus Apostolus scripsit ad Romanos, quantum ex eius textu intelligi potest, quaestionem habet talem, utrum Iudaeis solum Evangelium Domini nostri Iesu Christi venerit propter merita operum legis &c.* Des. *ut huius iam tandem iste sit modus.* Tum sequitur Retractatio. Tom. III. Parte II. a pag. 925. ad pag. 942.

IX. pag. 129. b. Eiusdem Liber Supputationum de Divinis Scripturis, collectus ad eorum praesertim utilitatem, qui contemplativae vitae sunt amatores. Psalmus, *Deus misereatur nostri.* Inc. *Te Deum Patrem ingenitum, te Spiritum Sanctum Paraclitum, Sanctam et individuam Trinitatem, toto corde et ore confitemur &c.* Des. *quem in terris positus tota virtute dilexi, tota charitate amplexatus sum, toto amore inhaesi, ipsum laudo, benedico, atque adoro, qui vivit, et regnat Deus. Amen.* In App. ad Tom. VI. a pag. 111. lin. 49. ad pag. 126. lin. 43. sub titulo: *Meditationum Liber unus.*

X. pag. 139. b. Eiusdem Tractatus (1) in Epistolas ad Romanos, seu ad Galatas. Ad Romanos inc. *Sensus septem sunt in Epistola Paulli Apostoli, primo omnium, ut quis intelligat in hac Epistola quaestionem versari operum et gratiae &c.* Des. *de quibus alio loco dicit: quorum Deus venter est.* Tom. III. Part. II. a pag. 903. ad 924.

XI. pag. 147. Eiusdem in Epistolam ad Galatas. Inc. *Caussa, propter quam scribit Apostolus ad Galatas, haec est, ut intelligant gratiam Dei &c.* Des. *nam et in nonnullis aliis Epistolis ea utitur: Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.* Tum litteris grandioribus, & rubricatis: *Et sic est finis Epistolarum beati Augustini Episcopi, tam ad Romanos, quam ad Galatas.* Ibid. a pag. 941. ad pag. 980.

XII. pag. 161. Eiusdem Liber de Correptione & Gratia, in Capita LXXVII. divisus. Inc. *Lectis litteris vestris, Valentine frater dilectissime, & qui simul servitis Deo &c.* Des. *quoniam nec charitas facit peccatum, & cooperit multitudinem peccatorum.* Tom. X. Part. I. a pag. 749. ad pag. 778.

XIII. pag. 172. Eiusdem Liber de Natura, & Gratia, in Capita LXVII. distributus. Inc. *Librum, quem misistis, charissimi filii Timasi, & Iacobe &c.* Des. *ipsa est enim gratia Dei per I. C. D. N. cui est cum Patre &c.* Ibid. a pag. 127. ad pag. 164.

XIV. pag. 185. b. Eiusdem Liber de utilitate credendi. Inc. *Si mihi, Honorate, unum atque idem videretur esse haereticus, & credens &c.* Des. *placatiore autem animo tuo facto, ero fortasse in ceteris promptior.* Tom. VIII. a pag. 45. ad pag. 70.

XV. pag. 195. Eiusdem Liber de Fide, vel Symbolo. Inc. *Quoniam scriptum est, &*

Apo-

(1) In Indiculo Operum, quae in hoc Codice continentur, ab antiqua manu in primo folio exarato, sub hoc indicatur titulo: *Expositio quarumdam propositionum ex Epistola ad Romanos.*

Digitized by Google

Apostolicae disciplinae robustissima auctoritate firmatum. Des. *corde mundato, quod credunt intelligant*. Ibid. a pag. 151. ad pag. 164.

XVI. pag. 199. b. Eiusdem Liber de Fide, & Operibus. Inc. *Quibusdam videtur, indiscrete omnes admittendos esse ad lavacrum regenerationis*. Des. *sive quod tam leve esset, ut a quolibet redargui facillime posset*. Ibid. a pag. 165. ad pag. 192.

XVII. pag. 210. b. Eiusdem de Concordia Evangelistarum Libri IV. praevia Retractatione, cuius initium est: *Per eosdem amicos, quibus paullatim Libros de Trinitate dictabam, scripsi alios labore continuo &c.* Liber I. inc. *Inter omnes divinas auctoritates*. Quartus des. *qui Evangelista Christum longe ceteris altius commendat, apud eum discipulis pedes lavat*. Praemittitur autem singulis Libris, primo excepto, index Quaestionum, quae in iis pertractantur. Tom. III. Part. II. a pag. 1. ad pag. 162.

XVIII. pag. 275. b. Eiusdem Liber de vera Innocentia. Inc. *Innocentia vera est, quae nec sibi, nec alteri nocet*. Des. *memor autem eris, si teipsum respexeris*. Tom. X. a pag. 223. ad pag. 254. ubi inscribitur: *Prosperi Aquitani Sententiae* (cccxc.) *ex Augustino delibatae Liber unus*.

XIX. pag. 288. b. Eiusdem Liber de Fide ad Petrum. Inc. *Epistolam, fili Petre, tuae charitatis accepi*. Des. *& siquid aliter sapit, hoc quoque illi revelabit Deus*. In App. Tomi VI. a pag. 19. ad pag. 34. Tum versiculi:

Et sic est finis, sit laus & gloria trinis.
Scriptori requiem Paradisi det Deus, Amen.

In primo folio hoc legitur monumentum: *Quanta sit observantia divini cultus, & in hos religiosos viros Canonicos Regulares beneficentia clarissimi viri Cosmae de Medicis, tum hae sacrae aedes ab eo magnificentissime conditae, tum haec Librorum copia, & alia permulta, quae ad horum religiosorum vitam necessario pertinent, suis sumptibus comparata, documento esse possunt. Quare multis precibus Deum rogamus, ut pro tantis, tamque egregiis meritis illud Prophetae sibi adesse velit: Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis nitidissime, sed mendose exaratus, cum titulis Operum, qui etiam in fine repetuntur, rubricatis, & initialibus litteris vario colore depictis, illis vero duabus, quae in prima occurrunt pagina, etiam auro oblitis, ubi etiam videre est Mediceae familiae gentilitium stemma a puerulis duobus sustentatum. Constat fol. scriptis 299.

DIVI AVGVSTINI OPERA VARIA.

Cod. IX.

I. pag. 1. AVrelii Augustini Doctoris Magni, Hipponensis Episcopi, contra Iulianum, Pelagianae haeresis defensorem Libri VI. praevia Epistola instar Prologi ad Claudium Episcopum, quae ita inscribitur, & inc. *Beatissimo Fratri, & Coëpiscopo Claudio Augustinus in Domino salutem. Quoniam mihi fraterno zelo excitatus &c.* Des. *cuius principium hanc Epistolam subsequetur. Vale in Domino, memor nostri, beatissime frater*. Liber I. inc. *Contumelias tuas, & verba maledica, Iuliane &c.* Liber VI. des. *tunc veritatem poteris tenere, qua vinceris*. Tom. X. Part. I. a pag. 495. ad pag. 710.

II. pag. 91. Eiusdem contra Faustum Manichaeum Libri XXXIII. Primus inc. *Faustus quidam fuit gente Afer*. Liber XXXIII. des. *ut aliquando Catholici esse possitis, gratia Dei. Amen*. Tum subditur; *Explicit Liber beati Augustini, magni Doctoris, Episcopi Hipponensis, contra Faustum haereticum, die* v. *Ianuarii anno a Nativitate Domini nostri Iesu Christi* MCCCCLXIII. *perfectus*. Tom. VIII. a pag. 183. ad pag. 470.

In primo Codicis folio post indiculum Operum, quae in eo continentur, legitur sequens Cosmianae liberalitatis testimonium: *Cosma Medicus summus ac praestantissimus vir, et divini cultus observantissimus, posteaquam pro sua singulari virtute maximis sumptibus hoc Monasterium condidit, ac Canonicis Regularibus ea omnia paravit, quae ad bene vivendum necessaria erant, ne optimorum Librorum copia deesset, inter alia multa, haec praeclara ac egregia Augustini Opera diligentissime scripta, Monasterio dedit. Pro cuius singulari pietate Deus, qui omnium meritorum est retributor, digna ei praemia persolvere velit.*

Codex. membr. MS. in fol. Saec. XV. binis columnis, nitide, eleganterque exaratus, cum titulis singulorum Librorum rubricatis, & initialibus litteris depictis: primae autem litterae utriusque Operis sunt etiam auro inlitae, ac paginae, in quibus incidit eorumdem Operum initium, sunt valde exornatae in margine; adest quoque stemma gentilitium Mediceae gentis. Constat foliis scriptis 213.

SANCTI AVGVSTINI OPERA VARIA.

Cod. X.

I. pag. 1. DIvi Augustini Liber Adnotationum in Iob. Inc. *Et opera magna erant ei super terram, quia operabatur de ipsis operibus; faciebant convivium quotidie &c.* Des. *nunc autem manum imponens ori, ne ultra progrediatur, promittit, se non adiicere iterum, ne recedat a Deo*. Tom. III. a pag. 625. ad pag. 680.

II. pag. 25. b. Eiusdem Liber de Verbis Apostoli, seu potius Sermones XXIV., praemissis unicuique verbis Apostoli, quorum in ipso fit explanatio. Primus est de Corpore, & Sanguine Domini, & de Verbis Apostoli: *Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini*. Inc. *Audivimus veracem magistrum, divinum Redemptorem, humanum Salvatorem &c.* Des. *ut mutentur oremus*. Inter Sermones Augustin., qui in T. V. cit.

Digitized by Google

cit. edit. in duas Partes distributo continentur, est sub num. CXXXI. Nos igitur in posterum brevitatis gratia numerum tantummodo, quem unusquisque Sermo obtinet in editione, indicabimus, supposititios a genuinis secernentes, sola vocis *App.* seu *Append.* adiectione.

III. pag. 27. Sermo II. de Verbis Apostoli: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi &c.* Inc. *Omnium Christianorum spes, fratres charissimi, in futurum tempus extenditur.* Des. *& vivere in saecula saeculorum. Amen.* Append. Sermo CIX.

IV. pag. 28. Sermo III. de Verbis Apostoli: *Spiritu ambulate, & concupiscentias carnis ne perfeceritis.* Inc. *Si consideremus, fratres, ante gratiam Domini quid fuerimus &c.* Des. *gratia Dei per Christum Iesum Dominum nostrum. Tibi conversio ad Dominum.* CLXIII. In posterum item brevitatis gratia Apostoli verba reticebimus.

V. pag. 30. b. Sermo IV. Inc. *Audivimus, concorditerque respondimus &c.* Des. *ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia: nobis conversis ad Dominum.* CLIII.

VI. pag. 33. Sermo V. Inc. *Hesternam lectionem de Apostoli Paulli Epistola.* Des. *sed gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Conversi ad Dominum.* CLIV.

VII. pag. 36. Sermo VI. Inc. *Hesterna lectio sancti Apostoli eousque terminata est, ubi dictum est.* Des. *sed propter munera sua. Conversi ad Dominum.* CLV.

VIII. pag. 39. b. Sermo VII. Inc. *Apostolum audivimus, Psalmum audivimus, consonant omnes divinae lectiones.* Des. *magna sententia* (1) *est continentia. Conversi ad Dominum.* CLXV.

IX. pag. 41. b. Sermo VIII. Inc. *Audivimus B. Apostolum Paullum dicentem: humanus sermo.* Des. *sine pueros venire ad me. Conversi ad Dominum.* CLXXIV.

X. pag. 43. Sermo IX. Inc. *Quod lectum est modo de sancto Evangelio, hoc & Paullus dicit.* Des. *& qui se humiliat, exaltabitur.* CLXXV.

XI. pag. 45. Sermo X. Inc. *De divinis lectionibus, quod Dominus admonere dignatur &c.* Des. *& Domino gratias agite.* CLXXVI.

XII. pag. 46. Sermo XI. Inc. *Psalmus, quem cantavimus Deo, & nos invicem exhortari sumus &c.* Des. *& terra nostra dabit fructus suos. Conversi ad Dominum.* XXVI.

XIII. pag. 48. b. Sermo XII. Inc. *Sine dubio, fratres, gravem quamdam sarcinam &c.* Des. *nisi Pater qui me misit, traxerit eum. Conversi ad Dominum.* XXX.

XIV. pag. 50. b. Sermo XIII. Inc. *Verbi Dei altitudo exercet studium.* Des. *coheredes autem Christi. Conversi ad Dominum.* CLVI.

XV. pag. 53. b. Sermo XIV. De Baptismo parvulorum, & contra Pelagianos in natali S. Ioannis. Inc. *Inter cetera, quae dicenda videbantur &c.* Des. *quia diligentia postea non erit impietas. Conversi ad Dominum.* CCXCIV.

XVI. pag. 58. Sermo XV. Inc. *Ad Apostolicam lectionem aures & animam intendat sanctitas vestra.* Des. *quam cursor praeter viam. Conversi ad Dominum.* CLXIX.

XVII. pag. 62. Sermo XVI. Inc. *Apostolum beatum audivimus exhortantem, & confirmantem nos &c.* Des. *ergo si Deus pro nobis, quis contra nos?* CLVIII.

XVIII. pag. 64. Sermo XVII. Inc. *Hesterno die de iustificatione nostra &c.* Des. *fons vincit sitientem.* CLIX.

XIX. pag. 65. b. Sermo XVIII. Inc. *Apostolum audivimus, quum legeretur, corripientem, & coërcentem &c.* Des. *illae non faciunt quod licet.* CLXI.

XX. pag. 68. Sermo XIX. Inc. *Beati Apostoli Epistola quum legeretur de constituendis Episcopis &c.* Des. *omnium cupiditatum carnalium foena consumet.* CLXXVIII.

XXI. pag. 70. Sermo XX. Inc. *Quomodo ianua introducit in domum &c.* Des. *istorum occultorum aptissimam rationem.* XXVII.

XXII. pag. 71. b. Sermo XXI. Inc. *Quia lex veteris Testamenti custodita, timorem habebat.* Des. *quum infirmum debeamus diligere propter Christum.* Est Quaestio LXXI. in Libro inscripto: *De diversis Quaestionibus octoginta tribus.* Tom. VI. pag. 1. & seqq. Incidit autem in pag. 61. & progreditur usque ad pag. 64.

XXIII. pag. 73. Sermo XXII. Inc. *Omnes nos per Apostolum admonet veritas.* Des. *ut invicem onera nostra portemus. Conversi ad Dominum.* Sermo CLXIV.

XXIV. pag. 75. Sermo XXIII. Inc. *Sicut Apostolum dixisse meminit sanctitas vestra, fratres charissimi.* Des. *quia veracem promissorem Christum fidelissime retinetis.* CLVII.

XXV. pag. 76. b. Sermo XXIV. Inc. *Apostolum, quum legeretur, audistis, immo omnes audivimus.* Des. *ride, ride, & contemne; ego erogem, veniet, qui exigat.* CLXVII. Tum subiicitur in Codice: *Expliciunt sermones beati Augustini de Verbis Apostoli.*

XXVI. pag. 77. b. Eiusdem Sermones super quibusdam sententiis trium Evangelistarum, S. Matthaei, Lucae, & Ioannis, seu potius Sermones de Verbis Domini in tribus dictis Evangeliis, praevio unicuique sectioni argumentorum, quae in singulis pertractantur Sermonibus, elencho. In Evangelium Matthaei Sermones sunt XXIII. Primus feria IV. hebdomada I. de Adventu Domini. Inc. *Evangelium audivimus, & in eo Dominum eos arguentem &c.* Des. *quia tuo adversario consensisti.* Sermo CIX. Occurrit etiam in Tomo superiore, sed in principio aliquantum diversus, quem propterea in editione minime tunc reperimus.

XXVII. pag. 78. b. Sermo II. in Nativitate Confessorum. Inc. *Solet multos movere, charissimi, quod Dominus noster Iesus Christus in sermone Evangelico &c.* Des. *quod imitarentur, elucebat.* LIV.

(1) In edit. *scientia.*

Digitized by Google

XXVIII. pag. 79. b. Sermo III. feria IV. hebdomada II. post Pentecosten. Inc. *Quum nobis pro officio competat dicere &c.* Des. *in conspectu Domini inveniamur ab ipso cum omnibus Sanctis in aeterna saecula saeculorum. Amen.* Append. CCLXVIII.

XXIX. pag. 80. b. Sermo IV. Dominica VI. post Pentecosten. Inc. *Sancti Evangelii capitulum, quod modo quum legeretur audivimus, valde nos terruit.* Des. *Domine refugium factus es nobis.* LV.

XXX. pag. 81. b. Sermo V. in Letaniis. Inc. *In lectione sancti Evangelii hortatus est nos Dominus ad orandum.* Des. *istae laudes vestrae, folia sunt arborum, fructus quaeritur.* LXI. (1).

XXXI. pag. 83. b. Sermo VI. Dominica VI. post Epiphaniam. Inc. *Audivimus, quum Evangelium legeretur, fidem nostram in humilitate laudari.* Des. *reus ero, si non fecero.* LXII.

XXXII. pag. 87. Sermo VII. feria IV. hebdomada III. post Octavam Epiphaniae. Inc. *De capitulo Evangelii, quod Dominus donavit, audite.* Des. *& omnis virtus & sanctitas, Dei est indulgentiae. Conversi ad Dominum.* C.

XXXIII. pag. 88. Sermo VIII. Dominica V. post Epiphaniam. Inc. *Sanctum Evangelium quum legeretur, audivimus exsultasse Dominum Iesum in spiritu.* Des. *& ab inimicis salvi erant,* LXVII. ubi tamen per alios decem versus in fine producitur.

XXXIV. pag. 89. b. Sermo IX. Inc. *Mirum quibusdam videtur, fratres charissimi, quum audiunt Dominum dicentem: venite ad me omnes &c.* Des. *ut possimus sustinere.* LXX.

XXXV. pag. 90. b. Sermo X. Inc. *Audivimus in Evangelio Dominum exhilaratum spiritu dixisse Deo Patri &c.* Des. *& pervenies ad fastigium charitatis. Conversi ad Dominum.* LXIX.

XXXVI. pag. 91. Sermo XI. feria IV. in LX. Inc. *Magna quaestio est de recenti Evangelica lectione proposita.* Des. *& vobis loquendo ministraremus.* LXXI.

XXXVII. pag. 99. b. Sermo XII. Inc. *Admonet nos Dominus noster Iesus Christus, ut bonae arbores simus.* Des. *ut misericordiam mereatur per Christum Dominum nostrum &c.* LXXII.

XXXVIII. pag. 100. b. Sermo XIII. in Octava Apostolorum Petri, & Paulli. Inc. *Evangelium, quod recentissime recitatum est de Domino Iesu Christo &c.* Des. *qui mortuus est in carne pro te. Conversi ad Dominum.* LXXVI.

XXXIX. pag. 102. Sermo XIV. Inc. *Quum sanctum Evangelium legeretur, audivimus navicellam periclitantem &c.* Des. *donec nos ad sempiterna sua promissa perducat.* App. LXXII., ubi initium diversum est, nimirum: *Audivimus, & quodammodo vidimus in lectione praesenti navicellam periclitantem &c.*

XL. pag. ead. b. Sermo XV. Dominica XXII. post Pentecosten. Inc. *Hesterna die sanctum Evangelium admonuit nos non negligere peccata nostra.* Des. *ut ille emendetur, & ceteri timeant.* LXXXIII.

XLI. pag. 104. b. Sermo XVI. feria III. hebdomada in XL. Inc. *Admonet nos Dominus noster non negligere invicem nostra peccata, non quaerendo &c.* Des. *ut simul de mercede gaudeamus.* LXXXII.

XLII. pag. 107. Sermo XVII. Inc. *Dixit Dominus cuidam adolescenti: si vis venire ad vitam, serva mandata.* Des. *& in aeternum cum Christo regnabimus.* LXXXIV.

XLIII. pag. 107. b. Sermo XVIII. sabbato in XII. (*sic*) Inc. *Bene nobiscum novit sanctitas vestra, Dominum nostrum, & Salvatorem Iesum Christum medicum esse &c.* Des. *& nolite consentire, ut immundum ne tangatis.* LXXVIII.

XLIV. pag. 113. Sermo XIX. Dominica XXIII. post Pentecosten. Inc. *Nonnulli, fratres, qui aut militiae cingulo detinentur &c.* Des. *dummodo quoquo pacto teneat alienum.* Append. LXXXII.

XLV. p. 114. Sermo XX. feria IV. hebdomada IX. post Pentecosten. Inc. *Scire, & intelligere debemus, fratres charissimi, quia Christianis &c.* Des. *pervenire ad aeternum praemium mereatur; quod ipse praestare dignetur, cui est honor &c.* App. LXXV.

XLVI. pag. 115. Sermo XXI. Inc. *Fratres, quod audistis monentem Scripturam, atque dicentem &c.* Des *in Deo sperabo, non timebo quid faciat homo.* XCVII.

XLVII. pag. 116. Sermo XXII. in Natale Virginum. Inc. *Inter parabolas a Domino dictas solet quaerentes multum movere ista.* Des. *quae nihilominus secundum fidem esse potuerunt.* Est Quaestio LIX. in dicto Libro *De diversis Quaestionibus LXXXIII.* & incidit in pag. 30. & progreditur usque ad pag. 33.

XLVIII. pag. 117. b. Sermo XXIII. de iisdem Virginibus. Inc. *Hesterno die, qui adfuistis, promissionem tenetis nostram.* Des. *ut ventus tentationis augeat ignem potius, quam exstinguat.* XCIII. Subiungitur in Codice: *Explicit Augustinus secundum Matthaeum.*

XLIX. pag. 120. Sequuntur Sermones in Evangelium Lucae numero XV. Primus inc. *Dominus noster Iesus Christus, quod discipulis suis loquebatur illo tempore scribebatur.* Des. *portantes manipulos suos.* CII.

L. pag. 121. Sermo II. Dominica prima post Pentecosten. Inc. *Advertit sanctitas vestra, fratres charissimi, & mecum, ut arbitror, tota mentis intentione perspexit &c.* Des. *quod autem rapimus, hic totum mittimus.* CCCLXVII.

LI. pag. ead. b. Sermo III. Inc. *Verba Domini*

(1) Per errorem tamen est XLI.

Digitized by Google

mini nostri Iesu Christi, quae modo ex Evangelio recitata sunt, admonent nos esse unum aliquid quo tendamus. Des. *nos sequamur, ut pascamur.* CIII.

LII. pag. 122. b. Sermo IV. Inc. *Sanctum Evangelium quum legeretur, audivimus a faemina religiosa susceptum esse Dominum hospitio.* Des. *sed qui incrementum dat Deus.* CIV.

LIII. pag. 123. b. Sermo V. Inc. *Apostoli sancti dicebant ad Dominum Iesum: Domine doce nos orare.* Des. *si enim Deus pro nobis, quis contra nos? Ipsi ergo laus &c.* Append. LXXXIV.

LIV. pag. 124. b. Sermo VI. in Letaniis maioribus. Inc. *Audivimus nos exhortantem Dominum nostrum, caelestem magistrum, & fidelissimum consiliarium.* Des. *in terra exerçeantur, in caelo coronentur.* CV.

LV. pag. 126. b. Sermo VII. Inc. *Audistis sanctum Evangelium, quomodo Dominus Iesus in eo quod Pharisaeis dicebat &c.* Des. *& ad beatitudinem suam perducat per Christum Filium suum.* CVI. ubi notandum, post verba *conversi ad Dominum &c.* in quibus desinit editio, in Codice prosequi per alios duodecim versus.

LVI. pag. 127. b. Sermo VIII. sabbato mense VII. Inc. *De arbore ficulnea, quae triennium habebat, & fructum non afferebat.* Des. *si manum ille non porrexisset.* CX.

LVII. pag. 129. Sermo IX. Inc. *Tria sata farinae, de quibus Dominus loquebatur, genus humanum est.* Des. *quid times, ne perdas quod erogas? Conversi ad Dominum.* CXI.

LVIII. pag. ead. b. Sermo X. Dominica II. post Pentecosten. Inc. *Lectiones sanctae propositae sunt, & quas audiamus &c.* Des. *nascitur intus voluntas.* CXII.

LIX. pag. 131. Sermo XI. sabbato hebdomada secunda in XL. Inc. *In lectione Evangelica, quam audivimus, de homine dictum est, qui habuit duos filios.* Des. *& tamquam clave Crucis suae clausum Sacramentum aperitur.* Exstat & in Codice I. Plut. XXX. partis sinistrae Biblioth. sanctae Crucis, Catalogi nostri Tom. IV. pag. 229. §. CXLIV. Est autem enarratio in Psalm. 70. Tom. IV.

LX. pag. 132. Sermo XII. Dominica IX. post Pentecosten. Inc. *Quod admonemur, admonere debemus. Recens Evangelica lectio admonuit &c.* Des. *ad gaudium finiamus. Conversi ad Dominum.* CXIII.

LXI. pag. 133. b. Sermo XIII. Inc. *Lectio sancti Evangelii aedificat nos ad orandum & credendum.* Des. *ubi enim abundavit peccatum, superabundavit gratia.* CXV.

LXII. pag. 134. b. Sermo XIV. Dominica XIII. post Pentecosten. Inc. *Gaudere nos Apostolus praecepit, sed in Domino, non in saeculo.* Des. *Dominus in proximo est, nihil solliciti fueritis.* CLXXI.

LXIII. pag. 135. b. Sermo XV. Inc. *Omnium Christianorum spes, fratres charissimi &c.* Des. *& vivere in saecula saeculorum. Amen.* Append. CIX. Est idem Sermo, atque ille, quem recensuimus in hoc ipso Codice supra pag. 609. §. III. bis repetitus. Tum subiungitur: *Expliciunt Sermones de Verbis Domini secundum Lucam.*

LXIV. pag. 137. Succedunt Sermones super Evangelium Ioannis XXVIII. Primus inc. *Capitulum Evangelii, quod lectum est, fratres dilectissimi, purum oculum cordis inquirit.* Des. *ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.* CXVII.

LXV. pag. 140. b. Sermo II. Inc. *Dominus noster Iesus Christus & venit ad homines, & abscessit ab hominibus.* Des. *redde quod promisisti.* CVIII.

LXVI. pag. 141. b. Sermo III. in vigilia S. Andreae. Inc. *Quod dictum audivimus a Domino Iesu Christo Natanaëli, si bene intelligamus.* Des. *quod autem ad vos pertinet, pauperes cogitate. Conversi ad Dominum.* CXXII.

LXVII. pag. 143. Sermo IV. Dominica prima post Epiphaniam. Inc. *Scitis, fratres, in Christum enim credentes didicistis.* Des. *quando te mihi reddidero.* CXXIII.

LXVIII. pag. 144. Sermo V. feria VI. in hebdomada prima in XL. Inc. *Reverentissima* (1) *in auribus nostris sonuit Evangelica lectio.* Des. *verbum autem Domini manet in aeternum. Conversi ad Dominum.* CXXIV.

LXIX. pag. 144. b. Sermo VI. feria V. hebdomada II. in XL. Inc. *Audivimus verba sancti Evangelii, & hoc potest aliquem permovere.* Des. *de nullo enim iacente desperandum est sub tali suscitatore.* CXXVIII.

LXX. pag. 147. Sermo VII. Dominica XV. post Pentecosten. Inc. *Miracula Domini nostri & Salvatoris Iesu Christi omnes quidem audientes & credentes movent.* Des. *& celeriter iam resurgant.* XCVIII.

LXXI. pag. 149. Sermo VIII. feria V. hebdomada V. in XL. Inc. *Ad Evangelicam lectionem, quae recens sonuit in auribus nostris, advertat charitas vestra.* Des. *sed tu solus Altissimus super omnem terram. Conversi ad Dominum.* CXXIX.

LXXII. pag. 150. b. Sermo IX. sabbato hebdomada V. in XL. Inc. *Sicut audivimus sanctum Evangelium, quum legeretur, Dominus Iesus Christus exhortatus est promissionem vitae aeternae.* Des. *liberare non possum.* CXXXII.

LXXIII. pag. 151. b. Sermo X. feria V. de Passione. Inc. *Meminit charitas vestra sermone pristino ex occasione lectionis Evangelicae loquutos nos esse vobis de Spiritu Sancto.* Des. *ut invenias quod promisi. Ipsi gloria &c.* Est Tractatus XXXIII. in Evangelium Ioannis Tom. III. Part. II. p. 530.

LXXIV. pag. 153. Sermo XI. feria V. hebdo-

(1) In edit. *Recentissima.*

Digitized by Google

hebdomada I. in XL. Inc. *Novit charitas vestra, omnes nos unum magistrum habere.* Des. *quia quotidie dimittuntur debita nostra.* CXXXIV.

LXXV. pag. 154. Sermo XII. feria III. hebdomada in Pentecost. Inc. *Non ignorat fides vestra, charissimi, & ita vos didicisse novimus.* Des. *orate, ut paratos nos inveniat.* CXXXVII.

LXXVI. pag. 157. b. Sermo XIII. Dominica I. post Octavam Paschae. Inc. *Audivimus Dominum Iesum commendantem nobis boni pastoris officium.* Des. *& unus pastor. Conversi ad Dominum &c.* CXXXVIII.

LXXVII. pag. 160. Sermo XIV. feria IV. de Passione. Inc. *Dominus noster Iesus Christus, Filius Dei unicus, natus de Deo Patre sine aliqua Matre.* Des. *preces effundite.* CXXXIX.

LXXVIII. pag. 161. Sermo XV. feria VI. hebdomada IV. in XL. Inc. *Licet omnes virtutes, quas in terris Dei Filius maiestatem suam proditurus implevit.* Des. *agit gratias Redemptori.* Append. XCVI.

LXXIX. pag. 162. Sermo XVI. Inc. *Hoc admonuit Dominus, quum Evangelium legeretur, quoniam qui credit in eum &c.* Des. *sed qui consolatus est emendatur.* CCCLIV.

LXXX. pag. 164. Sermo XVII. in festo SS. Philippi & Iacobi. Inc. *Erigunt nos divinae lectiones, ne desperatione frangamur, & rursus terrent, ne superbia ventilemur.* Des. *& cum ipso omnia possidebis.* CXLII. Non est integer, desinit enim in ultimis verbis §. V. Tom. V. cit. Part. I. p. 687.

LXXXI. pag. 165. Sermo XVIII. Inc. *Inter cetera, quum sanctum Evangelium legeretur, audistis quod ait Dominus Iesus: Ego sum via &c.* Des. *haec satis sint charitati vestrae. Conversi ad Dominum.* CXLI.

LXXXII. pag. 166. Sermo XIX. Inc. *Audite auribus, percipite mentibus, dilectissimi.* Des. *qui esset arguendus ostendit.* Est Tractatus LXXI. in Evangelium Ioannis, sed imperfectus; verba enim mox relata incidunt in edit. Tom. III. Part. II. pag. 686. lin. 14.

LXXXIII. p. ead. b. Sermo XX. in die sancto Pentecost. Inc. *Domini vox est, fratres charissimi, pacem meam do vobis.* Des. *parem te ipsius cognosce esse.* App. XCVII.

LXXXIV. pag. ead. Sermo XXI. Inc. *Accepimus, fratres, verba Domini dicentis ad discipulos suos: non turbetur cor vestrum.* Des. *aeternae mortis poenam patietur.* Append. CCXLVI.

LXXXV. pag. 167. b. Sermo XXII. in Nat. Apostolorum. Inc. *De sancto Evangelio praesenti tempori consonantem similitudinem audistis.* Des. *ut recipiant, quod speramus & nos.* LXXXVII.

LXXXVI. pag. 171. b. Sermo XXIII. Dominica III. post Octavam Paschae. Inc. *Medicina est omnium vulnerum animae, & una propitiatio pro delictis hominum.* Des. *quoniam princeps huius mundi iam iudicatus est.* CXLIII.

LXXXVII. pag. 173. Sermo XXIV. Inc. *Quum Dominus & Salvator noster Iesus Christus de adventu Spiritus Sancti, quem se missurum esse promisit &c.* Des. *quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* CXLIV.

LXXXVIII. pag. 174. Sermo XXV. in Cathedra S. Petri. Inc. *Lectione hodierna animadvertat charitas vestra, dictum esse Petro a Domino &c.* Des. *& inventura supplicium sempiternum.* CXLVI.

LXXXIX. pag. ead. b. Sermo XXVI. Inc. *Evangelica lectio proposuit nobis unde loquamur ad charitatem vestram.* Des. *a Domino quaerite.* LII.

XC. pag. 178. Sermo XXVII. feria V. hebdomada IV. in XL. Inc. *Spes nostra, fratres, non de isto tempore, neque de hoc mundo est.* Des. *in resurrectionem iudicii. Conversi ad Dominum.* CXXVII.

XCI. pag. 181. Sermo XXVIII. Inc. *Sancta & divina eloquia, fratres, iugiter, immo quotidie, nobis salubriter recitantur.* Des. *sed erunt aequales Angelis Dei, per Christum Dominum nostrum.* CCCLXXXIV. Tum in Codice subiicitur: *Expliciunt Sermones sancti Augustini Episcopi super quibusdam sententiis trium Evangelistarum Matthaei, Lucae, & Ioannis. Deo gratias.*

CXII. pag. 182. b. Eiusdem Liber de sex Quaestionibus contra Paganos expositis, praevia Retractatione, & Epistola ad Presbyterum Deogratias, cuius initium est: *Quaestiones tibi propositas, mihi delegare maluisti.* Finis: *vive semper in Christo, nostri memor.* Quaestio prima *de Resurrectione* inc. *Movet quosdam, & requiruntur de duabus resurrectionibus, quae conveniat promissae resurrectioni &c.* Quaestio sexta *de Iona Propheta* des. *quod autem latuerit, sine salutis dispendio tolerandum.* Tom. II. a pag. 273. ad pag. 287.

XCIII. pag. 189. Eiusdem Liber contra Sermonem, seu perfidiam Arrianorum, cum Retractatione. Praemittitur autem Sermo ipse Arrianorum in XXXIX. Sectiones divisus. Augustini Liber, seu responsio ad istum Sermonem, inc. *Eorum praecedenti detractationi* (1) *hac disputatione respondeo, qui quum Dominum nostrum Iesum Christum fatentur &c.* Des. *quod tandem isto fine conclusimus. Amen.* Tom. VIII. a pag. 625. ad pag. 648.

XCIV. pag. 200. b. Eiusdem Liber de gestis Pelagii contra adversarios gratiae Domini nostri Iesu Christi, ad S. Aurelium Episcopum, in Capita XXXV. distributus. Inc. *Posteaquam in manus vestras, sancte Papa Aureli, Ecclesiastica gesta venerunt &c.* Des. *& tua diligentia plurimis notior.* Tom. X. a pag. 191. ad pag. 228.

XCV. pag. 215. b. Concilium Carthaginis con-

(1) In edit. *disputationi.*

Digitized by Google

contra Pelagium, vel Caelestium discipulum, ad Innocentium Papam. Post enumerationem Patrum Concilii, inc. *Quum ex more ad Carthaginensem Ecclesiam solemniter veniremus &c.* Des. *unde omnes in Dei misericordia gaudeamus*. Inter Epistolas Augustini Tom. II. num. CLXXV. & Epitome, eiusque Compendium in App. ad Tom. X. pag. 91.

XCVI. pag. 217. Epistola Innocentii Papae Vrbis Romae ad eumdem Aurelium. Post Inscriptionem, in qua nominantur Patres praedicti Concilii, inc. *In requirendis Dei rebus, quas omni sollicitudine decet a sacerdotibus &c.* Des. *bene valete, fratres, & ad latus: Data* VI. *Kal. Februarias post consequens Theodosii Aug. septies, & Iunii quarti Palladii*. Inter Augustinianas CLXXXI. & in dicta Append. p. 93.

XCVII. pag. 218. b. Concilium Milletanum (seu potius Millevitanum) ad Innocentium Papam. Post enumerationem Patrum Concilii, inc. *Quare te Dominus gratiae suae munere in Sede Apostolica collocavit &c.* Des. *quos ad Sedem Apostolicam, quam beatus illustras, de hac caussa scripsisse comperimus*. Inter Augustini Epp. Tom. II. num. CLXXVI. & in dicta App. pag. 92.

XCVIII. pag. 219. Epistola sancti Papae Innocentii ad idem Concilium. Inc. *Innocentius Silvano &c. Inter ceteras Romanae Ecclesiae curas, & Apostolicae Sedis occupationes &c.* Des. *quas in se ipsis speculis malae disputationis armarunt*. Est Epist. CLXXXII. inter Augustinianas, & in dicta App. pag. 93.

XCIX. pag. 220. D. Augustini Epistola ad Marcellinum de Baptismo parvulorum. Inc. *De quaestionibus, quas mihi proposueras, ut ad te aliquid scriberem*. Des. *verumtamen nos non negligenter oportet orare, advertere iustum sicut eum qui noverunt loquantur bonum ....* Est imperfecta, & occurrit in Tom. X. Part. I. a pag. 71. usque ad pag. 73. vers. 21. ubi inscribitur: *S. Augustini de peccatorum meritis & remissione Liber III. seu ad eumdem Marcellinum Epistola*, & habetur etiam in Codice IV. Plut. XVIII. part. dext. Biblioth. S. Crucis, Catal. nostri Latin. Codic. Tom. IV. pag. 532. §. XIV. Tum sequitur in Codice *Exemplum Edicti*, quod inc. *Iunius quartus, Palladius Monaxio & Agricola &c.*

C. pag. 221. b. Eiusdem quorumdam Capitulorum sibi falso imputatorum Catholica Confutatio cum Praefatione, cuius initium: *Quidam christianae ac fraternae charitatis obliti*. Finis: *in earumdem repertoribus censeant debere puniri*. Liber inc. *Obiectio. Quod Dominus noster Iesus Christus, non pro omnium hominum redemptione sit passus. Responsio. Contra vulnus originalis peccati, quo in Adam omnium hominum corrupta & mortificata est natura &c.* Des. *qui enim voluntatem spreverunt invitantem Dei, sentient iudicantem*. In App. Tom. X. a pag. 207. ad pag. 214. ubi inscribitur: *Prosperi Aquitani pro Augustini doctrina Responsiones ad Capitula obiectionum Vicentianarum Liber unus*.

CI. pag. 224. b. Sequitur Opusculum anepigraphum, quod videtur tamen aliquam ad Opus superius relationem habere. Inc. *Addere etiam hoc quam maxime huic Operi oportet, & ut nostra calumnia, quam obiicere nobis soletis, per illuminationem gratiae Salvatoris revincatur, immo confutetur &c.* Des. *ipsius erit potestatis iudicium in nobis debitum immutare damnationis, gratiam praedestinationis indebitam praerogare*. Exstat in cit. Append. Tom. X. a pag. 42. ad pag. 50. sub titulo: *Hypognosticon Liber VI. in quo de Praedestinatione contra Pelagianos disputatur*, in principio tamen aliquantum diversus.

CII. pag. 228. Eiusdem Liber Exhortationum ad quemdam Comitem charissimum sibi. Inc. *Frater mi, si cupias scire, quamvis ego nesciam, quam perfectissima atque plenissima est iustitia*. Des. *una cum sanctis & electis tuis aeternaliter regnare concedis; quia tibi est cum aeterno Patre, & Spiritu Sancto una Deitas, gloria, virtus, imperium, & potestas in saecula saeculorum. Amen*. In App. Tom. VI. a pag. 194. ad pag. 210.

CIII. pag. 242. b. Eiusdem ad Albinam, Pammachium, & Melaniam de gratia Christi, & peccato originali contra Pelagium, & Caelestium, Libri duo, quorum primus in Capita XLVII. distributus, inc. *Quantum de vestra corporali, & maxime spirituali sanitate gaudeamus &c.* Liber secundus, cuius Capita sunt XLII. des. *iam tandem aliquando finiendus est*. Tom. X. a pag. 229. ad pag. 276.

CIV. pag. 261. b. Eiusdem ad Simplicianum Episcopum Mediolanensem Libri II. praevia Retractatione, & Epistola ad eumdem, cuius initium: *Domino beatissimo = Plenas bonorum gaudiorum litteras, quod sis memor mei &c.* Finis: *sed etiam censuram corrigentis adsumas*. Liber primus inc. *Gratissimam plane, atque suavissimam interrogationum tuarum dignationem mihi, Pater Simpliciane, misisti*. Liber secundus des. *severissimam non recuso*. Tom. VI. a pag. 81. ad pag. 210. ubi inscribuntur: *De diversis Quaestionibus*.

CV. pag. 277. b. Eiusdem Epistola ad Casulanum Presbyterum de ieiunio sabbati. Inc. *Dilectissimo & desiderantissimo fratri = Nescio unde sit factum, ut primis tuis litteris meas non redderem* &c. Inter Epp. Tom. II. pag. 68. num. XXXVI.

CVI. pag. 284. Eiusdem de Quaestionibus Evangeliorum Libri II. praevia Retractatione. Praefatio in ipsos inc. *Opus hoc non ita scriptum est &c.* Des. *ut quodcumque opus esset, facile investigaret*. Singulis autem Libris praemittuntur tituli Quaestionum, quae in Libro primo sunt L. in secundo LI. Liber primus inc. *Quum diceret Dominus: nemo novit filium, nisi Pater &c.* Liber secun-

Digitized by Google

dus des. *sed factores legis iustificabuntur*. Tom. III. Part. II. a pag. 237. ad pag. 276.

In primo folio post elenchum Operum, quae in hoc Volumine continentur, adiicitur Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice VIII. superiore.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. elegantissimae, sed valde mendosae scripturae, binis columnis exaratus, cum titulis singulorum Operum, qui constanter in fine repetuntur, rubricatis, & initialibus litteris vario colore depictis, in cuius prima pagina, praeter initialem litteram inauratam, videre est etiam totum marginem pictura exornatum, & stemmate Mediceae gentis insignitum. Constat foliis scriptis 304.

D. AVGVSTINI EPISTOLAE ET SERMONES.

Cod. XI. I. pag. 1. PRaecedit in primis tribus foliis exactissimus index, exhibens titulos, & initia tam Epistolarum, quam Sermonum, qui in hoc Volumine continentur. Epistolae iuxta numerationem, quae adposita est, tam in dicto indice, quam in margine contextus, sunt CXCI. & prodeuntur eodem ordine, quo habentur in Codice I. Plutei XII. Biblioth. Laurentianae, Catal. Lat. Codd. Tom. I. pag. 1. & seqq. & quidem usque ad Epistolam CXII. inclusive, quae est Bonefatii ad Augustinum, & inc. *Numquam Divinitas preces, & lacrymas despicit peccatorum &c.* excepta Epistola LVIII. Hieronymi ad Marcellinum, & Anapsychen, quae in hoc desideratur. Deinceps aliquantum ab ipsius ordine recedunt. Nos igitur eas, quae subsequuntur, singillatim recensebimus, adiecto numero, quem obtinent in editione Veneta anni MDCCXXIX. in fol. Tom. II. Ordo igitur sequens est.

Ord. Cod.	*Ord. edit.*
CXII. pag. 142. Augustini ad Eusebium.	XXXIV.
CXIII. pag. ead. b. Eiusdem ad eumdem.	XXXV.
CXIV. pag. 143. b. Eiusdem ad Severinum.	LII.
CXV. pag. ead. Eiusdem ad Donatistas.	LXXVI.
CXVI. (1) pag. 144. Eiusdem ad Ianuarium Episcopum Donatistarum	LXXXVIII.
CXVII. pag. 145. b. Eiusdem ad Crispinum schismaticum.	LI.
CXVIII. pag. 146. b. Ad eumdem.	LXVI.
CXIX. pag. ead. Eiusdem contra Pascentium de unitate Trinitatis.	CCXXXVIII.
CXX. pag. 150. Eiusdem ad eumdem.	CCXXXIX.
CXXI. pag. ead. b. Eiusdem ad Hermogenianum.	I.
CXXII. pag. 151. Eiusdem ad Zenobium.	II.
CXXIII. pag. ead. Nebridii ad Augustinum.	VIII.
CXXIV. pag. ead. b. Augustini ad Nebridium.	XIV.
CXXV. pag. 152. Eiusdem ad eumdem.	XIII.
CXXVI. pag. ead. b. Hilari ad beatum Augustinum.	CLVI.
CXXVII. pag. ead. Augustini ad Hilarum.	CLVII.
CXXVIII. pag. 158. b. Pascentii ad Augustinum.	CCXL.
CXXIX. pag. ead. Augustini ad Pascentium.	CCXLI.
CXXX. pag. 159. Augustini ad Probam & Iulianam de conversione neptis.	CL.
CXXXI. pag. ead. Eiusdem ad Honoratum.	CCXXVIII.
CXXXII. pag. 161. Eiusdem ad Italicam. Inc. *Quum petivisses, ut de invisibili Deo, utrum per oculos corporeos possit videri, scriberem, negare non potui, ne sanctum studium tuum offenderem*. Des. *de corpore vero spirituali, si Dominus voluerit, Opere alio experientur, quid disputare valeamus*. Non convenit cum Epistolis Augustini ad Italicam relatis sub numeris	XCII. & XCIC.
CXXXIII. pag. 162. Eiusdem ad Marcellinum.	CXXXIX.
CXXXIV. pag. ead. b. Eiusdem ad Apringium.	CXXXIV.
CXXXV. pag. 163. b. Eiusdem ad Marcellinum.	CXXXIII.
CXXXVI. pag. 164. Silvani, & aliorum cum Augustino Episcoporum ad Papam Innocentium.	CLXXVI.
CXXXVII. pag. ead. b. Augustini ad Honoratum.	CXLIX.
CXXXVIII. pag. 165. Eiusdem ad Emeritum.	LXXXVII.
CXXXIX. pag. 166. b. Eiusdem ad Elusium, & Glorium, & Felices.	XLIV.
CXL. pag. 168. b. Augustini, Fortunati, & Alypii ad Generosum.	LIII.
CXLI. pag. 169. b. Augustini ad Festum.	LXXXIX.
CXLII. pag. 170. b Eiusdem Commonitorium ad Fortunatianum.	CXLVIII.
CXLIII. pag. 173. Eiusdem ad Ecclitiam.	CCLXII.
CXLIV. pag. 174. b. Eiusdem ad Asel-	

(1) In Codice per errorem repetitur numerus CXV.

Digitized by Google

Ordo Cod.	*Ord. edit.*
Asellicum Episcopum. ——	CXCVI.
CXLV. pag. 176. b. Eiusdem ad Paullinum & Therasiam. —	LXXX.
CXLVI. pag. 177. Eiusdem ad Caelestinum Diaconem de Charitate. ——	CXCII.
CXLVII. pag. ead. b. Eiusdem ad Maximum Medicum. ——	CLXX.
CXLVIII. pag. 178. b. Eiusdem ad Felicitatem & Rusticum de Correptione. ——	CCX.
CXLIX. pag. 179. Evodii ad Augustinum de Ratione. ——	CLX.
CL. pag. ead. b. Eiusdem ad eumdem de Virginitate beatae Mariae, & Corpore Filii Dei. -	CLXI.
CLI. pag. 180. Augustini ad Evodium de visionibus somniorum. ——	CLIX.
CLII. pag. ead. b. Eiusdem ad eumdem de Ratione ac Deo. De Corpore Domini. Et de visionibus somniorum. ——	CLXII.
CLIII. pag. 182. Eiusdem ad Hieronymum. ——	LXVII.
CLIV. pag. ead. Hieronymi ad Augustinum. ——	LXVIII.
CLV. pag. ead. b. Augustini ad Hieronymum. - ——	LXXIII.
CLVI. pag. 183. Hieronymi ad Augustinum. ——	XXXIX.
CLVII. pag. ead. Augustini ad Praesidium. ——	CXLVIII.
CLVIII. pag. ead. Eiusdem ad Hieronymum. Inc. *Cur itaque conor contra raptum fluminis &c.* In edit. Oper. Hieron. Veronae DCCCXII. T. I. pag. 724. vers. 44. Recurrit etiam in Cod. XII. Plut. XIX. Bibl. Laurent. Catal. nostri Lat. Codd. Tom. I. pag. 532. §. XV.	CLIX.
CLIX. pag. 184. b. Eiusdem ad eumdem. ——	XXVIII.
CLX. pag. 185. b. Hieronymi ad Augustinum. ——	LXXII.
CLXI pag. 186. Augustini ad Hieronymum. ——	XL.
CLXII. pag. 187. Eiusdem ad eumdem. ——	LXXI.
CLXIII. pag. ead. b. Hieronymi ad Augustinum. ——	LXXV.
CLXIV. pag. 191. b. Augustini ad Hieronymum de origine Animae. ——	CLXVI.
CLXV. pag. 195. b. Hieronymi ad Augustinum. ——	CLXXII.
CLXVI. pag. ead. Eiusdem ad eumdem. ——	CXCV.
CLXVII. pag. ead. Eiusdem ad eumdem. ——	CXXIII.
CLXVIII. pag. 196. Eiusdem ad Alypium & Augustinum. —	CCII.
CLXIX. pag. ead. Explanatio Fidei Sancti Hieronymi ad Augustinum & Alypium Episcopos missa. Inc. *Credimus in Deum Patrem Omnipotentem &c.* Exstat Tom. XI. Operum S. Hieron. cit. edit. pag. 146. ubi inscribitur *Symboli Explanatio ad Damasum.*	
CLXX. pag. 197. Augustini ad Bonefacium. In Append. —	VIII.
CLXXI. pag. ead. Bonefacii ad Augustinum. App. ——	IX.
CLXXII. pag. ead. Eiusdem ad eumdem. App. ——	X.
CLXXIII. pag. ead. Augustini ad Bonefacium ——	CLXXXIX.
CLXXIV. pag. 198. Eiusdem ad Darium Comitem. ——	CCXXIX.
CLXXV. pag. ead. b. Rescriptum Darii Comitis ad Augustinum. ——	CCXXX.
CLXXVI. pag. 199. Augustini ad Darium Comitem. ——	CCXXXI.
CLXXVII. pag. 200. Eiusdem ad Valentinum. ——	CCXV.
CLXXVIII. p. 201. Valentini Monachi ad sanctum Augustinum.	CCXVI.
CLXXIX. pag. 202. Epistola sancti Augustini ad beatum Hieronymum de eo quod scriptum est: *Qui totam legem servaverit, offendat autem in uno, omnium factus est reus.* ——	CLXVII.
CLXXX. pag. 204. Consultatio, & Disputatio inter Augustinum, & Hieronymum de origine animae, collecta ex ipsorum dictis per modum dialogi. Inc. *Quum apud vos caelestis eloquentia &c.* Exstat inter Opera D. Hieronymi edit. cit. Tom. XI. a pag. 246. ad pag. 255.	
CLXXXI. pag. 208. Sermo sancti Augustini de Assumptione Virginis gloriosae, cum Prologo, cuius initium est: *Ad interrogata de Virginis & Matris Domini resolutione temporali &c.* Sermo inc. *Quia profundissimae, & sua dignitate altissimae responsurus sum quaestioni &c.* Des. *si autem ut non debui, ignosce tu, & tui. Qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto vivis &c.* In App. Tom. VI. a pag. 249. ad pag. 254.	
CLXXXII. (1) pag. 210. Eiusdem Epistola ad Auxilium Episcopum. ——	CCL.
	CLXXXIII.

(1) Heic quoque bis repetitur numerus superior.

Digitized by Google

Ordo Cod. *Ordo edit.*

CLXXXIII. pag. 210. Eiusdem Epistola ex Libro ad Bonefacium. Inc. *Quum innumerabilibus angustiis affligeretur Ecclesia &c.* Des. *sed etiam in vinculo pacis*. Occurrit etiam in Codice I. Plut. XII. Biblioth. Laurent. Catal. Latin. Codd. T. I. pag. 5. §. LXXIX.

CLXXXIV. pag. 211. b. Eiusdem Epistola contra Donatistas ex eodem Libro ad Bonefacium. Inc. *Si, inquiunt, oportet, ut nos extra Ecclesiam &c.* Des. *ut veraciter coalescat arboris vitae*. Ibid. §. LXXX.

CLXXXV. pag. 212. b. Eiusdem ad Aurelium Episcopum de vitandis conviviis. ——— XXII.

CLXXXVI. pag. 213. b. Eiusdem ad senem Alypium de conversione Dioscori. ——— CCXXVII.

CLXXXVII. pag. ead. Eiusdem ad Abbatem Eudoxium Insulae Caprariae. ——— XLVIII.

CLXXXVIII. pag. 214. Eiusdem ad Restitutum Diaconum de sufferentia maiorum in Ecclesia. ——— CCXLIX.

CLXXXIX. pag. ead. b. Eiusdem ad Largum de admonitione bonorum. ——— CCIII.

CLXXXX. pag. ead. Consentii ad Augustinum. ——— CXIX.

CLXXXXI. pag. 215. b. Augustini ad Consentium. ——— CXX.

Incipit autem in Codice a verbis: *Quod petis, ut quaestionum Trinitatis, hoc est de unitate divinitatis &c.* quae sunt prima verba §. 2.

CLXXXXII. pag. 218. Eiusdem ad Sixtum. ——— CXCIV.

Haec tamen Epistola desinit in Codice in verbis: *si iuste peccata etiam nondum commissa puniuntur?* quae incidunt in cit. edit. circa medium p. 728. In principio autem ipsius in margine adscriptum est: *Epistola aurea de gratia & libero arbitrio*.

CLXXXXIII. pag. 222. b. Eiusdem ad Aurelium Episcopum. — LX.

II. pag. 223. Sequuntur eiusdem Homiliae, seu Sermones numero L. & quidem hoc ordine:

I. De eo quod ait Psalmista: *Quis est homo, qui vult vitam, & cupit videre dies bonos?* Inc. *Vocans genus humanum spiritus Dei &c.* Exstat Tom. V. Part. I. sub numero XVI.

II. pag. ead. b. Contra detractores, de versu Psalmi: *Sedens adversum fratrem tuum detrahebas*. Inc. *Frequenter, fratres charissimi, cum Psalmista cantamus versiculum illum &c.* Tom. V. Part. II. App. LIII.

III. pag. 224. b. De eo quod ait Apostolus: *Ut sciatis, quae sit altitudo, latitudo, longitudo, & profundum*. Inc. *Qui enim cognovit, inquit, latitudinem, & longitudinem &c.* Des. *ubi pax illa est, quae praecedit omnem intellectum*. Sensus huiusce brevis Sermonis idem est ac ille Capitis V. Tract. CXVIII. in Evang. Io. T. III. Part. II. p. 801.

IV. pag. ead. De eo quod ait: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*. Inc. *Quod admonemur, admonere debemus &c.* CXIII. In hac Homilia inter verba: *quia iniquitas illas vocat divitias, & aliquando transimus viam &c.* relicta est in Codice lacuna unius circiter columnae.

V. p. 226. De eo quod Ioannes Apostolus ait: *Qui odit fratrem suum, homicida est*. Inc. *Frequenter in Scripturis sanctis audivit charitas vestra &c.* CCCLXXXVII.

VI. pag. ead. b. De eo quod Dominus ait: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos*. Inc. *Frequenter in Evangelio, fratres charissimi, audivimus Dominum dicentem: Diligite inimicos vestros &c.* Append. CCLXXI.

VII. pag. 227. b. De eo quod scriptum est in Isaia: *Clama, ne cesses*. Inc. *Si diligenter attenditis, fratres charissimi, omnes sacerdotes Domini &c.* App. CCLXXXVII.

VIII. pag. 228. b. De eo quod Apostolus ait: *Radix omnium malorum est cupiditas*. Inc. *Beatus Apostolus Paulus, fratres charissimi, ut nobis &c.* Append. CCLXX.

IX. pag. 229. b. De eo quod scriptum est: *Beatus vir, qui post aurum non abiit*. Inc. *In Scripturis divinis legimus, fratres charissimi, quod beatus sit, qui post aurum non abiit &c.* Des. *cupiditatum carnalium ligna consumit. Quod ipse praestare dignetur, qui cum Patre &c.* Legitur etiam in Cod. Duc. Veneto. Vid. Catal. eiusdem Biblioth. Ant. Mar. Zanetti, & Ant. Bongiovanni, Venetiis apud Simonem Occhi MDCCXL. fol. p. 53.

X. pag. 230. b. De eo quod ait Apostolus: *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt*. Inc. *Apostolus quum legeretur, audistis, immo omnes audivimus dicentem nobis: Videte quomodo caute ambuletis &c.* App. CXI.

XI. pag. 231. b. De eo quod ait Psalmista: *Exspecta Dominum, viriliter age*. Inc. *Frequenter, fratres, cum Psalmista cantavimus: sustine Dominum, viriliter age &c.* XL.

XII. pag. 232. b. De eo quod Iacobus Apostolus ait: *Confitemini alterutrum peccata vestra*. Inc. *In omnibus Scripturis divinis, fratres charissimi, utiliter ac salubriter admonemur &c.* App. CCLIII.

XIII. pag. 233. b. De eo quod scriptum est: *Ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem*. Inc. *Audivimus, fratres charissimi, per Prophetam dicentem Dominum: Ne tardes &c.* XXXIX.

XIV.

Digitized by Google

XIV. pag. 234. b. De Martyribus, quibus ait Dominus: *Capillus de capite vestro non peribit*. Inc. *Dominus noster Iesus Christus testibus, idest martyribus suis pro humana fragilitate sollicitus &c.* CCCXXXIII.

XV. pag. 235. b. De eo quod dicturus est Dominus: *Infirmus fui, & non visitastis me*. Inc. *Qualiter nos invicem diligere debeamus &c.* Append. CV.

XVI. pag. 236. De Resurrectione Domini, & Alleluia. Inc. *Resurrectio & glorificatio D. N. I. C., fratres charissimi, ostendit nobis vitam, quam accepturi sumus*. Append. CCLII.

XVII. pag. 237. De gratia Dei. Inc. *Secundum vasis electionis confessionem atque doctrinam*. Des. *nemo se extollat, nemo se arroget, quasi sibi aliquid dederit, qui gloriatur, in Domino glorietur*. Occurrit etiam in cit. Cod. Ducali Veneto. Vid. Catal. pag. 53.

XVIII. pag. 238. De Elia, & patientia Iob. Inc. *Dominus Deus noster nolens nostrum aliquem perire &c.* XI.

XIX. pag. 239. De eleemosynis faciendis. Inc. *Lectio ista, fratres, quam modo audivimus de sancto Evangelio, ad eleemosynas faciendas nos hortatur &c.* CCCLXXXVIII.

XX. pag. ead. b. De die octavo Infantum. Inc. *Omnium quidem aures, & mentes, quos cura nostra complectitur &c.* CCCLIII.

XXI. pag. 240. De Psalmo L. & de peccato David. Inc. *Quotiescumque, fratres charissimi, aliquos ex filiis vestris ad spectacula &c.* Des. *dicamus: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis*. Habetur etiam in cit. Cod. Duc. Veneto. Vid. Cat. p. 53.

XXII. pag. 241. b. De Evangelio, in quo dicit Dominus: *Esto consentiens adversario tuo*. Inc. *Modo quum Evangelium legeretur, audivimus, Dominum eos arguentem &c.* Idem est cum illo Codicis superioris pag. 610. §. XXVI. ubi initium diversum est; incipit enim: *Evangelium audivimus, & in eo Dominum eos arguentem &c.*

XXIII. pag. 242. De Simone Pharisaeo, & de muliere, quae lacrymis rigavit pedes Domini. Inc. *Quod admonemur Domini eloquiis de divinis lectionibus &c.* CIX.

XXIV. pag. 244. De solemni die Ordinationis eius. Inc. *Die quidem omni, & omni hora, & cura omnino continua &c.* CCCLXXXIII.

XXV. pag. ead. b. De eadem re. Inc. *Hodiernus dies, fratres, admonet me attentius cogitare sarcinam meam*. CCCXXXIX.

XXVI. pag. 245. b. Admonitio, ut silentium in Ecclesia sit. Inc. *Ante aliquot dies propter eos, qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inaequalitate laborant &c.* In Append. CCC.

XXVII. pag. 245. De tribus modis poenitentiae. Inc. *Quam sit utilis & necessaria poenitentiae medicina, facillime homines intelligunt*. CCCLI.

XXVIII. pag. 250. b. De arbore fici, & muliere curva. Inc. *Arbor ficulnea, genus humanum est, triennium autem tria sunt tempora*. CX. initio discrepans.

XXIX. pag. 251. De Psalmo XLIX. in quo scriptum est. *Deus manifestus veniet*. Inc. *Cantavimus, Deus manifeste veniet. Deum Christum Scriptura praedixit venturum*. XVII. ubi initium aliquantum diversum est.

XXX. pag. 252. b. De eo quod Dominus ait in Evangelio: *Dimittite, & dimittetur vobis; date, & dabitur vobis*. Inc. *Ego, fratres, vires parvas habeo, sed verbum Dei magnas habet valere in cordibus vestris*. XLII.

XXXI. pag. 253. De eo quod Dominus dicit: *Meum est aurum & argentum*. Inc. *In Scripturis divinis, fratres charissimi, legimus dicentem Dominum: Meum est aurum, & meum est argentum*. Des. *tanto maiori caecitate a iustitiae luce deficiat*. Est pars Sermonis L. a §. II. usque ad §. VIII. vers. 12.

XXXII. pag. 254. De David, & Golia. Inc. *Golias unus ex allophylis, idest ex alienigenis &c.* Des. *factorem quaerit Deus signorum, non pictorem*. Est pars Sermonis XXXII. in Psalmum CXLIII. incipiens a §. III.

XXXIII. pag. ead. b. De lectione Evangelii, ubi Petrus ambulavit super aquas. Inc. *Audivimus Evangelium, & quodammodo vidimus in lectione praesenti naviculam periclitantem*. Append. LXXII.

XXXIV. pag. 255. b. De eo quod scriptum est: *Cor meum, & caro mea exsultaverunt in Deum vivum*. Inc. *Secundum Apostolum, fratres charissimi, qui satis diligit saeculum, non habet plenum divini amoris affectum*. App. LIV.

XXXV. pag. 256. De eo quod Dominus ait in Evangelio: *Ego sum via, veritas, & vita*. Inc. *Erigunt nos divinae lectiones, ne desperatione frangamur*. CXLII.

XXXVI. pag. 257. b. Quod Christianorum tempora praedicta sunt, & praefigurata. Inc. *In omnibus Scripturis, fratres charissimi, Christianorum tempora praedicta sunt &c.* CCCXV. Append.

XXXVII. pag. 258. b. De eo quod ait Propheta: *Adscendit sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti*. Inc. *De Domino, & Salvatore nostro, fratres dilectissimi, ante multa tempora prophetatum est*. XLIV.

XXXVIII. pag. 259. De eo quod scriptum est: *Qui amat animam suam, perdet eam*. Inc. *Modo, fratres charissimi, quum divina lectio legeretur, audivimus Dominum dicentem: qui amat animam suam, perdet eam*. CCCLXIX.

XXXIX. pag. 260. b. De amore hominis in homine, & de perfecta charitate. Inc. *Non solum in novo, sed etiam in veteri Testamento admonemur, fratres charissimi &c.* CCCLXXXV.

XXXX. pag. 262. De misericordia in pauperes facienda. Inc. *Felix operarius,*

Digitized by Google

cultor eleemosynarum, eo quod ex horreo suo comparavit caelum. Des. *cui vendideritis, ipse est Christus*. App. CCCXI. in fine tamen aliquantum diversus.

XLI. pag. ead. b. De diebus Quadragesimae, & fraterna concordia. Inc. *Dies isti sancti, quos agimus in observatione Quadragesimae &c.* CCXI.

XLII. pag. 263. b. De Poenitentia. Inc. *Poenitentes, poenitentes, poenitentes, si tamen estis poenitentes*. CCCXCIII.

XLIII. pag. 264. De Oratione Dominica. Inc. *Symbolum reddidistis, quo breviter comprehensa continetur Fides*. LVIII.

XLIV. pag. 266. De caeco nato. Inc. *Dominus Iesus, sicut audivimus, quum Evangelium legeretur, aperuit oculos homini*. CXXXV.

XLV. pag. 267. De natali S. Io. Baptistae. Inc. *S. Ioannes, non Evangelista, sed Baptista, missus est ante faciem Christi*. CCXC.

XLVI. pag. 268. b. De grandi vase, quod in excessu mentis ostensum est Petro; in quo erant quadrupedia. Inc. *Modo quum lectio Apostolorum legeretur, audivimus, quod beatus Petrus circa horam sextam adscendit in caenaculum*. Append. CI.

XLVII. pag. 269. De eo, quod Psalmista dicit: *Confitemini Domino, quoniam bonus*. Inc. *Confitemini Domino, fratres charissimi, quoniam bonus est, quoniam in saeculum misericordia eius. Remedia purgandi facinoris &c.* LVI. Append.

XLVIII. pag. 270. *De eleemosynis faciendis*. Inc. *Remedia peccatorum, fratres, medicina est eleemosynae; eleemosyna enim a morte liberat*. CCCX. Append.

IL. pag. ead. b. De divite, cuius ager uberes fructus attulit. Inc. *Hominis cuiusdam divitis uberes fructus attulit possessio*. LXXXVI. Append.

L. pag. 271. De muliere curva, quam Dominus sanavit. Inc. *Apostolum audivimus nobis dicentem: legatione fungimur pro Christo*. CCCXCII. Tum subiicitur: *Expliciunt Homiliae S. Augustini Episcopi ad Deogratias*.

In fronte Voluminis occurrit Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice IX.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec. XV. binis columnis, nitidissimo charactere exaratus, cum initialibus litteris singularum Epistolarum, & Homiliarum vario colore depictis, & titulis rubricatis. Prima autem pagina, praeter ornatum marginalem, exhibet etiam Mediceum stemma a tribus puerulis sustentatum, & sancti Doctoris sedentis, & scribentis imaginem in prima littera elegantissime depictam. Constat foliis scriptis 272.

DIVI AVGVSTINI DE CIVITATE DEI PARS PRIMA.

Cod. XII.

DIvi Augustini de Civitate Dei Lib. XII. priores, quorum primus inc. *Gloriosissimam Civitatem Dei, sive in hoc temporum cursu &c.* Liber duodecimus des. *nec iniusta eius gratia, nec crudelis potest esse iustitia*.

Codex membr. MS. in fol. Saec. XII. binis columnis exaratus, cum aliquibus correctionibus, & notulis in margine, partim ab antiqua manu, partim a recentiore descriptis, & cum initialibus Librorum litteris antiquo more depictis. Constat foliis scriptis 199.

EIVSDEM DE CIVITATE DEI PARS ALTERA.

Cod. XIII.

DIvi Augustini de Civitate Dei Libri X. posteriores, quorum primus, qui est XIII. inc. *Editis de nostri saeculi exortu, & de initio generis humani difficillimis quaestionibus &c.* Liber XXII. qui est imperfectus, desinit in verbis: *quum nec ipsum Diabolum a suo alienarit imperio, quandoquidem ut ipsius quoque Diaboli na*..... in quibus absolvitur Volumen, duobus fortasse foliis in fine deperditis. Relata autem verba incidunt in Capite XXIV. Libri XXII. Operum cit. editionis Tomo VII. pag. 688. vers. 29. Opus hoc quum unico tantum magnae molis Volumine olim esset comprehensum, ut ipsius usus legentibus fieret commodior, in duas Partes postea divisum fuit, quarum prima, Libris constans XII. in superiore, altera Libris X. in hoc Codice continetur. In hac autem Voluminis divisione, quum particula Libri XII. incipiens a verbis: *& uxoris debeat esse coniunctio &c.* usque ad finem, in hanc secundam Partem incidisset. utpote quae columnam primam primae paginae huius Codicis occuparet, ubi initium fit Libri XIII. ne Pars prior imperfecta remaneret, iterum ibi descripta fuit.

Codex membr. MS. in fol. Saec. XII. ab eadem, qua superior, manu exaratus, itemque variis in margine notulis & correctionibus adspersus. Constat foliis scriptis 255.

AVGVSTINVS DE CIVITATE DEI.

Cod. XIV.

D. Augustini de Civitate Dei Libri XXII. in Italicum sermonem translati, praevio absolutissimo indice Titulorum, quos singula totius Operis Capita praeferunt, rubrica exarato, qui priora decem Codicis folia complectitur. Prooemium inc. *Era quello tempo, quando Roma, essendovi entrati gli Gotti, che menavano guerra socto lo Re Allarico fu rotta*. Des. *ma chiamasi, come tucti quelli di quello Popolo si chiamano, figliuoli d'Israel. Questa Opera comincia così*. Libri primi Caput primum inscriptum: *Delli adversarii del nome di Christo, ad li quali perdonarono li barbari per lo nome di Christo nella destructione di Roma*, inc. *La gloriosissima Città di Dio, overo quando vivendo per fede in questo corso temporale và pellegrinando tralli impii*

Digitized by Google

pii &c. Libri XXII. Caput ultimum, cui titulus: *Della eterna felicità, et del perpetuo sabato della Città di Dio*, des. *ma ad cui basta, non a me, ma a Dio, congratulandosi meco, ne rendano gratie, gloria, et honore al Padre, et al Figliuolo, et allo Spirito Sancto omnipotente Dio in excelsis in saecula saeculorum. Amen.* Clauditur Volumen sequenti amanuensis nota: *Scripto per mano di me Paolo di Duccio Tosi di Pisa negli anni Domini* MCCCCXVIII. *a dì* XXIII. *di Giugno. Deo gratias. Amen.* Huius versionis aliud Exemplar, licet priorum tantummodo Librorum VIII. occurrit in Codice XXV. Plutei LXII. Biblioth. Laurent. ut videre est in Catalogi nostri Tom. V. pag. 279. ubi in nota (3) ipsius editionem in folio, sine loco, et anno, necnon paginarum numeratione destitutam innuimus, auctoremque fieri Iacobum Passavantium animadvertimus.

Cod. membranac. MS. Italicus in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, ac mirae pulcritudinis, cum titulis singulorum Librorum, & Capitum rubricatis, & initialibus litteris eorumdem Librorum aureis, variisque coloribus exornatis, quarum prima sanctum Doctorem exhibet pontificali habitu indutum, & quamdam figuram civitatis ante ipsum depictam, nec desunt ornamenta marginalia, stemmate Mediceo decorata. Constat fol. scriptis 288.

D. AVGVSTINI OPERA VARIA.

Cod. XV.

I. pag. 1. ALtercatio sancti Augustini contra Maximinum haereticum Libris duobus. Primus inc. *Quum Augustinus, & Maximinus Hippone regio, unum in locum convenissent, praesentibus multis, tam clericis, quam laicis &c.* Secundus des. *eris, quod orare, & optare te dicis, divinarum Scripturarum discipulus, ut de tua fraternitate gaudeamus.* Tom. VIII. a pag. 649. ad pag. 744.

II. pag. 41. Eiusdem Liber de origine Haeresum (ad Quodvultdeum), praeviis Epistolis quinque. Prima Quodvultdei ad Augustinum inc. *Diu trepidus fui &c.* Secunda Augustini ad Quodvultdeum inc. *Acceptis litteris charitatis tuae &c.* Tertia Quodvultdei ad Augustinum inc. *Vnum quidem reverentiae tuae commonitorium &c.* Quarta Augustini ad Quodvultdeum inc. *Quum mihi haec rescribendi offerretur occasio &c.* Quinta eiusdem ad eumdem inc. *Quod petis saepissime atque instantissime, sancte Fili, &c.* Epistolas sequitur elenchus haeresum, quae numerantur LXXXIX. (1) Tum Liber adscripto titulo: *Quum ergo Dominus adscendisset in caelum, hi haeretici exorti sunt*, inc. *Simoniaci a Simone Mago, qui baptizatus a Philippo Diacono, sicut in Actis Apostolorum legitur, pecunia voluit a sanctis Apostolis emere &c.* Des. *quorum auctor idem sanctus Anatolius Episcopus fuit.* Ibid. a pag. 1. ad pag. 28. sed in Cod. multo longior est Liber. Etenim post verba *me orationibus adiuvetis*, in quibus desinit editio, sequuntur in Codice alia duo Capita haeresum, nimirum Nestorianae, & Eutychianae (2) quorum initium est: *Nestoriani a Nestorio Episcopo Patriarcha Constantinopolitano, qui contra fidem Catholicam dogmatizare ausus est &c.* Finis est, quem retulimus.

III. pag. 52. b. Eiusdem Liber contra quinque haereses. Inc. *Debitor sum, fratres, fateor, non necessitate, sed, quod vehementius est, charitate &c.* Des. *qui credentes in se custodit in saecula saeculorum. Amen.* In App. Tom. VIII. a pag. 1. ad pag. 12.

IV. pag. 59. b. Eiusdem Liber contra Epistolam Manichaei, quam vocant Fundamentum. Inc. *Vnum verum Deum, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, & rogavi, & rogo &c.* Des. *in ceteris cetera eius deliramenta, Deo permittente atque adiuvante, arguantur.* In dicto Tom. VIII. a pag. 151. ad pag. 182.

V. pag. 71. Eiusdem contra adversarium Legis, & Prophetarum Libri II. quorum primus inc. *Libro, quem misistis, fratres dilectissimi, nescio cuius haeretici invento &c.* Secundus des. *quae, si Dominus voluerit, quantocyus explicare curabo.* Tom. cit. a pag. 549. ad pag. 616.

VI. pag. 92. Quaestiones Orosii ad sanctum Augustinum. Inc. *Licet multi, ac probatissimi viri diverso quidem stylo, sed non diversa fide innumerabilia Opuscula ediderint.* Des. *sciat se non esse Episcopum, qui praeesse desiderat, non prodesse.* In App. Tom. VI. a pag. 7. ad pag. 18.

VII. pag. 100. Aurelii Augustini contra Pelagium Libri IV. Primus inc. *Noveram te quidem fama celeberrima praedicante &c.* Quartus des. *& ut petant providenter instruit, & petentes clementer exaudit.* Tom. X. Part. I. a pag. 411. ad pag. 494. sub titulo: *Contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium Romanae Ecclesiae Episcopum Libri quatuor.*

VIII. pag. 129. Caput quoddam anepigraphum, quod tamen ad suprascriptum Tractatum pertinet. Inc. *Sed iam gloriosissimo Martyri Cypriano ad istos cumulatius redarguendos, beatissimum addamus Ambrosium.* Des. *atque inde per ceteras terras devitando innotescere potuerunt.* Est particula Libri IV. praedicti Operis a §. XXIX. usque ad §. XXXIV. loc. cit. a pag. 488. ad pag. 492.

IX. pag. 131. Eiusdem de natura & origine animae Libri IV. quorum primus inscribitur *Ad Renatum*, secundus *Epistola ad Petrum de eadem re*, tertius & quartus *Ad Vincentium Victorem de eadem re*. Primus inc.

(1) In edit. LXXXVIII.

(2) Eadem Capita recurrunt in Cod. V. Plut. XII. Biblioth. Laur. Catal. nostri Codd. Lat. Tom. I. pag. 9. §. XIX. quem vide.

Digitized by Google

Sinceritatem tuam erga nos, Renate frater charissime &c. Quartus des. *curam te oportet gerere de sermonibus tuis, remotis plausibus alienis.* In cit. Tomo a pag. 337. ad pag. 408.

X. pag. 155. b. Eiusdem ad Pollentium de Coniugiis adulterinis Libri II. Primus inc. *Prima quaestio est, frater dilectissime Pollenti, earum, quas ad me scribens, tamquam consulendo, tractasti &c.* Secundus des. *ut timor periclitantis salutis fiat illis amplioris, sive probatioris occasio castitatis.* Tom. VI. a pag. 387. ad pag. 418.

XI. pag. 169. b. Eiusdem Liber contra Pelagianos, ad Sixtum. Inc. *Epistola, quam per charissimum fratrem nostrum Alveum Acolytum misi &c.* Des. *semper in Deo vivas, memor nostri, frater charissime. Amen.* Inter Epist. N.° CXCIV.

XII. pag. 175. b. Eiusdem Liber ad Eutropium & Paullum contra Caelestium Pelagii discipulum de defensione gratiae. Post inscriptionem inc. *Charitas vestra, quae in vobis tanta est, & tam sancta &c.* Des. *& ore omnium anathematizandum esse non dubito.* Tom. X. a pag. 167. ad pag. 190.

XIII. pag. 184. Eiusdem Liber ad Optatum, disputatio scilicet, quam habuit cum Feliciano. Inc. *Extorsisti mihi, dilectissime fili Optate, ut de unitate Trinitatis, quae perfectus Deus semper ac summus est &c.* Des. *quum iustis caeperit retribuere mercedem.* In App. Tom VIII. a pag. 39. ad pag. 48. sub titulo: *Contra Felicianum Arianum de Vnitate Trinitatis Liber unus Vigilio restitutus.*

XIV. pag. 193 Eiusdem Liber contra quaestiones Adimantii Manichaei discipuli. Inc. *De eo quod scriptum est: In principio fecit Deus caelum & terram &c.* Des. *qui quum vincere hominem volunt, ab errore vincuntur.* Tom. cit. a pag. 111. ad pag. 150.

XV. pag. 207. b. Eiusdem Liber ad sanctum Aurelium Episcopum de gestis Pelagii haeretici contra adversarios gratiae Domini nostri Iesu Christi, ut in Codice X. huius Bibliothecae supra pag. 616. §. XCIV.

XVI. pag. 222. b. Eiusdem Liber de duabus animabus, praevia Retractatione. Liber inc. *Opitulante Dei misericordia, disruptis, & derelictis Manichaeorum laqueis &c.* Des. *moderata parci sibi postulat longitudo.* Tom. VIII. cit. a pag. 71. ad pag. 92.

XVII. pag. 228. b. Eiusdem Liber Disceptationum adversus Comitem Pascentium Arrianum, praesente Laurentio V. C. Iudice ab utrisque partibus electo. Inc. *Laurentius V. C. partibus & personis in cominus positis dixit: Dei discutiendum est negotium &c.* Des. *cedat honorifice Vnitati, ne fiat iniuria temere Trinitati. Amen.* In Append. ad Tom. II. pag. 951. & est Epist. XX.

XVIII. pag. 231. b. Eiusdem contra Epistolam Parmeniani Libri III. praevia Retractatione. Liber primus inc. *Multa quidem & alia adversus Donatistas pro viribus &c.* Tertius des. *si nolunt corrigi, saltem non audeant gloriari.* Tom. IX. a pag. 11. ad pag. 78.

XIX. pag. 259. Eiusdem super Genesim contra Manichaeos Libri duo, praevia item Retractatione. Liber primus inc. *Si eligerent Manichaei, quos deciperent &c.* Secundus des. *quae mihi videbantur exposui.* Tom. I. a pag. 645. ad pag. 684.

XX. pag. 275. b. Eiusdem Liber Hypomnesticon contra Pelagianos, & Caelestianos haereticos. Inc. *Adversarii Catholicae Fidei, dum contra regulam veritatis diabolicis armis pugnare nituntur &c.* Des. *unum Deum, & patrem omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* In App. Tom. X. a pag. 5. ad pag. 42.

XXI. pag. 295. b. Eiusd. de Praedestinatione Disputatio contra eosdem. Inc. *Licet latius de gratia & libero arbitrio iam superius disputatum sit &c.* Des. *& gratiam praedestinationis indebitam praerogare.* Occurrit etiam in Cod. X. huius Bibliothecae supra pag. 618. §. CI. licet in principio aliquantum diversa.

XXII. pag. 299. Eiusdem Liber ad Consentium contra mendacium. Inc. *Consenti, frater charissime, multa mihi legenda misisti.* Des. *ut vix ad eius terminum, quem loco isto fiximus, veniremus.* Tom. VI. a pag. 448. ad pag. 474.

XXIII. pag. 310. Eiusdem Liber Soliloquiorum animae ad Deum. Inc. *Agnoscam te Domine cognitor meus, cognoscam te virtus animae meae.* Des. *& reviviscere facis, ut aquilae, canos meos. Amen.* In Append. Tomi VI. a pag. 85. ad pag. 104.

XXIV. pag. 326. Eiusdem Liber de divinatione daemonum. Inc. *Quadam die in diebus sanctis Octavarum, quum mane apud me adessent multi fratres laici Christiani &c.* Des. *quum ad nos contradictiones eorum pervenerint, quantum Dominus adiuvat, respondebimus.* Tom. I. a pag. 505. ad pag. 514.

In primo Codicis folio, post indicem Operum, quae in hoc Volumine continentur, adest consuetum Cosmianae liberalitatis testimonium, quale habetur supra in Codice VIII.

Codex membranac. MS. in fol. Saec. XV. binis columnis, perpulcro charactere exaratus, cum titulis singulorum Librorum, qui constanter in fine repetuntur, rubricatis, & initialibus litteris vario colore depictis, cuius prima pagina, praeter ornatum marginalem, exhibet etiam initialem prioris Operis litteram inauratam, & Mediceae gentis insignia. Constat foliis scriptis 329.

DIVI AVGVSTINI OPERA VARIA.

Cod. XVI.

PRaecedit in sex prioribus foliis exactissimus index eorum, quae in hoc Volumine continentur exhibens titulos & initia, non solum, singulorum Librorum, sed etiam Capitum, in quae Libri dividuntur. Operum vero series sequens est.

I.

Digitized by Google

I. pag. 1. Beati Augustini Episcopi Hipponensis super Genesi ad litteram Libri XII. praevio Prologo e Confessionum Libro II. Cap. XXIV. desumpto, cuius initium est: *Per idem tempus de Genesi Libros XII. scripsi ab eo exordio &c.* Finis: *hoc Opus sic incipit. Omnis divina Scriptura bipartita est.* Liber I. inc. *Omnis divina Scriptura bipartita est, secundum id quod Dominus significat, dicens, Scribam eruditum in regno Dei similem esse Patrifamilias &c.* Liber XII. des. *sed iam universum hoc Opus, quod XII. Voluminibus continetur, isto tandem fine concludimus.* Tom. III. Part. I. a p. 117. ad pag. 324.

II. pag. 77. Eiusdem de Divina Trinitate Libri XV. quibus praecedit diligens tabula Titulorum, quos praeferunt singula Capita, quibus constant praedicti Libri, qualis habebatur etiam in principio Voluminis, ut paullo ante monuimus, cum hoc tamen discrimine, quod heic Tituli tantummodo, non initia adferuntur. Tabulam sequitur Epistola sancti Augustini ad Aurelium Carthaginensem Episcopum, quae inc. *De Trinitate, quae Deus summus, & verus est, Libros iuvenis inchoavi, senex edidi &c.* Des. *sed tamen ad caput eorumdem Librorum, iubeas anteponi.* Liber primus inc. *Lecturus haec, quae de Trinitate disseruimus, prius oportet ut noverit stylum nostrum &c.* Liber decimusquintus des. *Domine Deus, une Deus Trinitas, quaecumque dixi in his Libris de tuo, agnoscant & tui; si qua de meo, & tu ignosce, & tui.* Tom. VIII. a pag. 749. ad pag. 1004.

III. pag. 169. b. Eiusdem Confessionum Libri XIII. praevia Retractatione. Liber primus inc. *Magnus es Domine, & laudabilis valde.* Liber tertiusdecimus des. *sic accipietur, sic invenietur, sic aperietur. Deo gratias.* Tom. I. a pag. 69. ad pag. 224.

IV. pag. 225. b. Eiusdem de Doctrina Christiana Libri IV. praevia Retractatione, & Prologo, qui inc. *Sunt praecepta quaedam tractandarum Scripturarum.* Des. *tale nobis occurrit exordium.* Liber primus inc. *Duae sunt res, quibus innititur omnis tractatio Scripturarum.* Liber IV. des. *quantulacumque potui facultate disserui. Amen.* Tomo III. a pag. 1. ad pag. 92.

V. pag. 256. Eiusdem Retractationum Libri II. praevia Capitulorum utriusque Libri tabula. Liber primus inc. *Iamdiu est ut facere cogito, atque dispono, quod nunc adiuvante Domino adgredior.* Liber secundus des. *alios a me dictos retractare caepissem.* Tom. I. a pag. 1. ad pag. 64.

In primo Voluminis folio post indiculum Operum, quae in eo continentur, videre est idem Cosmianae liberalitatis testimonium, quod legebatur in Cod. IX. superiore.

Codex membranaceus MS. in folio maximo, Saec. XV. binis columnis, eleganter diligenterque exaratus, cum titulis singulorum Librorum, & Capitum rubricatis, & initialibus litteris eorumdem Librorum vario colore depictis, & prima pagina item in toto margine exornata, una cum Mediceae familiae gentilitio stemmate, ut in Codice superiore, qui videtur ab eadem manu exaratus. Constat foliis scriptis 277.

D. AVGVSTINI EXPLANATIONVM IN PSALMOS PARS PRIMA.

Cod. XVII.

D. Augustini Explanationes super L. Psalmos priores, nimirum a Psalmo primo usque ad quinquagesimum inclusive, praevia tabula exhibente initia singulorum Tractatuum. Prologus in ipsos, qui in editione non apparet, inc. *Iste Liber apud Hebraeos propter diversas caussas tribus modis intitulatur.* Des. *superest, ut de ipso Psalmo tractemus.* Tractatus de Psalmo primo inc. *Beatus vir &c. De Domino nostro Iesu Christo, hoc est homine Dominico accipiendum est: Beatus vir &c.* Tractatus de Psalmo quinquagesimo des. *tu imple personam tuam; Deus de illo exigit suam.* Tom. IV. a pag. 1. ad pag. 474.

In primo folio habetur consuetum Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice VIII. superiore.

Codex membranac. MS. in folio, Saec. XV. binis columnis exaratus, iisdemque ornatibus instructus, ut superior Codex, item cum stemmate Mediceo in calce primae paginae, & ab eadem manu, ut videtur, conscriptus. Constat foliis scriptis 205.

D. AVGVSTINI EXPLANATIONVM IN PSALMOS PARS SECVNDA.

Cod. XVIII.

Expositionis D. Augustini in Psalmos Pars secunda, incipiens a Psalmo LI. & desinens in Psalmo C. Tractatus in Psalmum LI. inc. *Psalmus brevis est, de quo loquendum suscepimus charitati vestrae, sed titulum habet aliquantulum negotiosum.* Tractatus in Psalmum C. des. *videte, quia non tacet, quia non parcit, quia erogat misericordiam; sed cavete, quia venturum est iudicium, ipse facturus, qui vivit & regnat in saecula saeculorum. Amen.* Ibid. a p. 475. ad 1091.

Codex membranac. MS. in fol. maiori, Saec. XI. binis columnis exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus Tractatuum litteris vetusto more depictis, in quibus variae tam hominum, quam brutorum figurae exhibentur, ut videtur, a pag. 153. usque ad finem ab alia manu suppletus, in cuius fine legitur: *Liber Colucii Pieri Canc...* (scilicet Salutati Cancellarii Florentini) reliqua erasa sunt. Constat fol. script. 202.

D. AVGVSTINI EXPLANATIONVM IN PSALMOS PARS TERTIA.

Cod. XIX.

Continet hic Codex D. Augustini Explanationem in Psalmos L. posteriores, sci-

Digitized by Google

scilicet a Psalmo CI. usque ad CL. inclusive, praevio elencho, qui exhibet principia singulorum Psalmorum, & Sermonum, in quos dividitur huiusmodi Expositio. Tractatus in Psalmum CI. inc. *Ecce unus pauper orat, & non orat in silentio.* Tractatus in Psalmum CL. des. *& quia sapere secundum carnem mors est, omnis spiritus laudet Dominum.* Ibid. a pag. 1091. ad pag. 1698.

Codex membranac. MS. in fol. Saec. XV. binis columnis, ab eadem manu, qua superior Codex XVII. exaratus, iisdemque ornatibus instructus; heic tamen recisum fuit stemma gentilitium (forte familiae Mediceae) quod in margine primae paginae depictum erat. Constat fol. scriptis 252.

D. AVGVSTINI SERMONES.

Cod. XX. I. pag. 1. CContinet hic Codex D. Augustini Sermones in tres Partes divisos, quorum praecedit accuratissimus index, exhibens uniuscuiusque Sermonis titulos, & initia. Partis primae Sermones sunt LII. secundae XXXIII. tertiae CIL. Hos igitur singillatim recensebimus, eodem ordine, & sub iisdem titulis, quos habent in Codice, adiecto numero, sub quo iacent in editione Tom. V. Part. I. & II.

Partis primae Sermones, nimirum:

Ord. Cod.		*Ord. Edit.*
I.	De Cantico novo. Inc. *Omnis qui Baptismum Christi desiderat &c.* Des. *adiuvetis nos orationibus vestris.* Tom. VI. pag. 590.	
II.	pag. 3. De quarta feria. Inc. *Caelesti gratiae.* Des. *quod ipse donavit; ipsi gloria &c.* Ibid. pag. 597.	
III.	pag. 5. b. De Catechismo. Inc. *Quoniam in proximo est dies redemptionis vestrae.* Des. *saltem vestris orationibus pascar.* Ibid. pag. 602.	
IV.	pag. 8. De tempore barbarico. Inc. *Admonet Dominus noster non nos debere negligere.* Des. *recipiant vos in tabernacula aeterna. Amen.* Ibid. pag. 608.	
V.	pag. 10. De praedestinatione gratiae Dei. Inc. *Quum in sacrarum voluminibus litterarum &c.* Des. *in ima contumaciae voragine decidamus.* Tom. X. App. pag. 49. sub titulo: *De praedestinatione, & gratia suspecti auctoris Liber.*	
VI.	pag. 14. b. De benedictionibus Esau, & Iacob. Inc. *Quid est quod sub specie Esau benedicitur Iacob &c.* Des. *et martyr hinc exies, si omnes tentationes Diaboli superaveris.* Extat in Cod. LXIX. Biblioth. Duc. Venetae. Vid. Catal. pag. 44.	
VII.	pag. 18. De luctatione Iacob. Inter Sermones Tom. V. est Sermo	V.
VIII.	pag. 19. b. De eo quod apparuit Dominus Moysi in rubo.	VI.
IX.	pag. 20. b. De Cantico Exodi.	CCCLXIII.
X.	pag. 22. Sermo habitus ad mensam S. Cypriani de verbis Psalmi secundi: *Erudimini &c.*	XIII.
XI.	pag. 23. De versu Psalmi (IX.) *Tibi derelictus est pauper &c.*	XIV.
XII.	pag. 24. b. Expositio super Psalmum XXII.	CCCLXVI.
XIII.	pag. 26. De versu Psalmi XXV. *Domine dilexi decorem domus tuae.*	XV.
XIV.	pag. 27. b. De versu Psalmi XLIX. *Deus enim manifestus veniet.*	XVIII.
XV.	pag. 28. b. De humilitate agendae poenitentiae, & de Psalmo L. *Miserere mei Deus.*	CCCLII.
XVI.	pag. 31. b. De versu eiusdem Psalmi: *Cor mundum crea in me Deus.*	XX.
XVII.	pag. 32. b. De eo quod scriptum est in Psalmo LXIII. *Iucundabitur iustus in Domino.*	XX.
XVIII.	pag. 34. b. De versu Psalmi LXVII. *Sicut deficit fumus deficiet.*	XXII.
XIX.	pag. 36. b. Sermo habitus in Basilica Fausti de versu Psalmi LXXII. *Tenuisti manum dexterae &c.*, & de Visione Domini.	XXIII.
XX.	pag. 38. De versu Psalmi LXXXI. *Deus quis similis tibi.*	XXIV.
XXI.	pag. 39. b. De Sacrificio vespertino.	CCCXLII.
XXII.	pag. 40. b. Tractatus de iudicio Salomonis inter duas meretrices.	X.
XXIII.	pag. 42. b. De verbis Micheae Prophetae, ubi dicitur: *Quid dignum offeram Domino carnem genu Deo excelso &c.*	XLVIII.
XXIV.	pag. 43. De eadem re Sermo habitus ad mensam sancti Cypriani.	XLIX.
XXV.	pag. 45. Sermo de eo quod dicit Isaias Propheta: *Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum?* & de Capitulo Evangelii: *Remittite & remittetur vobis.*	XLII.
* XXVI.	pag. ead. b. De excidio ur-	

Digitized by Google

Ord. Cod.	Ord. Edit.
urbis Romae. Inc. *Intueamur primam lectionem sancti Danielis Prophetae, ubi eum audivimus orantem, & mirati sumus peccata &c.* Des. *ut sustinere possitis.*	
XXVII. pag. 47. b. De Pastoribus. Inc. *Qui pastorum nomen audire volunt, implere nolunt quod ad eos per Prophetam dicitur &c.* ——	XLVI.
Principium tamen in editione aliquantum differt a Codice.	
XXVIII. pag. 54. b. De ovibus Christi. ——	XLVII.
XXIX. pag. 60. b. De eo quod scriptum est in Proverbiis Salomonis: *Si sapiens fueris, tibi, & proximis tuis eris: si autem malus evaseris, solus hauries mala.* ——	XXXV.
XXX. pag. 61. De eo quod scriptum est in Proverbiis: *Sunt qui se divites adfectant, nihil habentes; & sunt qui se humiliant, quum sint divites.* ——	XXXVI.
XXXI. pag. 62. b. De lectione Proverbiorum Salomonis: *Mulierem fortem quis inveniet &c.*	XXXVII.
XXXII. pag. 66. b. De eo quod scriptum est in Ecclesiastico: *Fidem posside cum proximo in paupertate ipsius, ut & bonis eius perfruaris.* ——	XLI.
XXXIII. pag. 68. De eo quod scriptum est in Ecclesiastico: *Concordia fratrum, & amore proximorum.* ——	CCCLIX.
XXXIV. pag. 70. b. De amore Dei, & proximi. ——	CCCXLIV.
XXXV. pag. 72. De eadem re.	CCCXLIX.
XXXVI. pag. 73. b. De pace, & charitate. ——	CCCLVIII.
XXXVII. pag. 74. b. De laude pacis. ——	CCCLVII.
* XXXVIII. pag. 75. b. De gratia Dei. Inc. *Lectionibus, Canticis, Sermonibusque divinis, & quod est praecipuum, gratia sua aedificet Dominus cor vestrum &c.* Des. *qui, gloriatur in Domino glorietur.* In cit. Cod. Veneto. Vid. Catal. pag. 46.	
XXXIX. p. 76. b. De timore Dei.	CCCXLVIII.
* XL. pag. 77. De tribulationibus & pressuris mundi. Inc. *Quotiescumque pressurae, seu tribulationis aliquid patimur &c.* Des. *& deiiceris labore operis, erigere splendore mercedis.* In cit. Cod. Ven.	
XLI. pag. 77. b. De lapsu mundi & avaritia. ——	LX.
XLII. pag. 79. b. De continentia, & sustinentia. ——	XXXVIII.
XLIII. pag. 81. b. De patientia. Inc. *Virtus animi, quae patientia dicitur, tam magnum Dei donum est, ut etiam ipsius, qui nobis eam largitur &c.* Des. *quia utrumque munus donatae donatum est charitati.* Oper. Tom. VI. a pag. 533. ad pag. 546.	
XLIV. pag. 85. De generalitate eleemosynarum. Inc. *Sunt qui existimant.* Des. *ad domesticos fidei.* Tom. VI. pag. 300. in App.	
XLV. pag. 85. b. De baptismo parvulorum contra Pelagianos. ——	CCXCIV.
XLVI. pag. 89. De eo quod Christus in Scripturis sanctis tribus modis intelligitur. ——	CCCXLI.
XLVII. pag. 91. b. Ad vigilias Maximiani de quodam Donatista, qui reversus est ad Ecclesiam. ——	CCCLX.
* XLVIII. pag. ead. Sermo B. Maximiani (superscriptum est *alias Augustini*) Episcopi in traditione Symboli. Inc. *Quum apud patres nostros, sicut Liber Iudicum refert, quaedam Israëliticae tribus, civili adversum se praelio decertarent.* Des. *& mortuos reducit ad vitam.* Recurrit in Cod. XIV. Plut. XII. Catal. nostri Codd. Lat. T. I. pag. 20. §. XLVIII.	
XLIX. pag. 92. b. B. Augustini Sermo de vanitate huius saeculi. Inc. *In hac vita positi, fratres, ita agite, ut quum hinc migraveritis &c.* Des. *qui volunt pacem servi eius.* Tom. VI. pag. 292. App.	
L. pag. 94. De persequutione Christiana. Inc. *Frequenter diximus, fratres charissimi, quod semper Christianus persequutionem patitur.* Des. *tuos liberare. Cui est honor &c.* Ibid. pag. 368.	
LI. pag. 95. De bono disciplinae. Inc. *Multi sunt, qui sanae doctrinae adversantur.* Des. *sequenti tempore disseramus.* Ibid. pag. 295. Valeriano Gymolensi restitutus.	
LII. pag. 96. De versu Psalmi CXVIII. *Bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me.* App. ——	LV.
Secundae Partis Sermones, nimirum:	

Digitized by Google

Ord. Cod.	Ord. Edit.
I. pag. 97. De Symbolo. ——	CCXV.
II. pag. 98. De Oratione Dominica. ——————————	LVI.
III. pag. 101. De quatuor virtutibus sanctae Charitatis. App.	CVI.
In Codice tamen non est integer; desinit enim in verbis: *& ut rei remanerent Iudaei, innocens crucifixus est Filius Dei*, quae incidunt in edit. Tom. V. in App. pag. 193. paullo ante finem.	
IV. pag. 102. b. De timore Dei. (1) ——————————	CCCXLVI.
V. pag. 103. De Charitate. ——	CCCL.
LXXXIII. pag. 73. Eiusdem Dominis fratribus dilectissimis Episcopis per Aemiliam constitutis Epistola de inventione Paschae. Inc. *Non mediocris esse sapientiae &c.* ———	XXIII.

Ord. Cod.	Ord. edit.
LXXXIV. pag. 75. Ad Demetriadem virginem. Inc. *Quum splendidissimae sanctimoniae tuae sublime propositum.* Des. *sed mansueti haec audiant & laetentur.* Haec Epistola a numero Ambrosianarum est segregata, ut videre est Catal. nostri Latin. Codd. Tomo I. pag. 100. num. VI. ubi recurrit haec Epistola.	
LXXXV. pag. 80. Ad Marcellinam sororem de invéntione corporum sanctorum Protasii & Gervasii. Inc. *Quia nihil sanctitatem tuam &c.* Des. *in nomine Dei nostri magnificabimur.* ———	XXII.
Est tantummodo pars, cuius postrema verba mox relata incidunt in pag. 877. vers. 8.	
LXXXVI. pag. ead. b. Alia eiusdem Epistola. Inc. *Elisaeum Scripturae divinae series refert &c.* Est in edit. continuatio superioris Epistolae.	
LXXXVII. pag. 81. b. Epistola de consolatione Valentiniani Imperatoris. Inc. *Etsi incrementum doloris &c.* Des. *resuscitatione compenses.* Tom. cit. a pag. 1173. ad pag. 1196. sub titulo: *De obitu Valentiniani Consolatio.*	
LXXXVIII. pag. 87. Theodosio Imperatori de morte Valentiniani. Inc. *Silentium meum rupit &c.* ———	LIII.
Eadem est cum illa, quam recensuimus supra in hoc ipso Codice sub num. XXVII. bis repetita.	
LXXXIX. pag. ead. b. Valentiniano Imperatori. Inc. *Etsi superioris legationis &c.* ———	XXIV.
Haec quoque bis repetita est, quum occurrerit etiam supra sub num. XXXII.	
XC. pag. 88. b. Ad Gratianum Imperatorem. Inc. *Non mihi adfectus defuit &c.* ———	I.
XCI. pag. 89. Syricio Papae. Inc. *Recognovimus litteris sanctitatis tuae &c.* ———	XLII.

II. pag. 91. Eiusdem Expositio in Psalmos duodecim, praevio Prologo, cuius initium est: *Summum incentivum virtuti proposuit Deus &c.* Finis: *sed iam Psalmi istius, qui propositus est nobis, ingrediamur exordia.* Expositio super Psalmo: *Beatus vir, qui non abiit &c.* inc. *Quam aptum, quam opportunum principium &c.* Des. *non omni substantiae suae dissolutione moriantur.* Tom. I. Oper. a pag. 737. ad pag. 766.

Digitized by Google

III. pag. 99. Eiusdem Expositio de Psalmo XXXV. cum Prologo, qui inc. *Dicturus Propheta in Psalmo sequenti, quae esset forma iusti &c.* Des. *sed iam Psalmi seriem adoriamur.* Expositio inc. *Dixit iniustus, ut delinquat sibi. Quid dixerit, non expressit &c.* Des. *sed in Christo resurreximus, cui est gloria &c.* Ibid. a pag. 766. ad pag. 778.

IV. pag. 103. Eiusdem Expositio de Psalmo XXXVI. cum Prologo, cuius initium: *Omnis Scriptura divina, vel naturalis, vel mystica &c.* Finis: *& ideo, quod primum medicamentum sit iustitiae, consideremus.* Inter Prologum, & Expositionem, haec verba rubris litteris sunt exarata: *Nota bene, quae sequuntur, quia valde utilia sunt.* Expositio inc. *Noli, inquit, malignari &c. Primum discamus quid sit aemulari.* Des. *qui ipsi soli servit, liberatur, quoniam ipsi est laus &c.* Ibid. a pag. 777. ad pag. 814.

V. pag. 115. b. Expositio de Psalmo XXXVII. item cum Prologo, qui inc. *De Poenitentia duos iamdudum scripsi Libellos.* Des. *quemadmodum agenda poenitentia sit: itaque sic incipit.* Expositio inc. *Domine ne in ira tua &c. Qui poenitentiam agit, paratus esse debet ad opprobria perferenda.* Des. *perpetua praemia reportantes, per Dominum Iesum, cui laus &c.* Ibid. a pag. 815. ad pag. 842.

VI. pag. 123. b. Expositio de Psalmo XXXVIII., & primo quidem in eius titulum. Inc. *In finem pro Idithum Canticum ipsi David. In superiore Psalmo expressa forma poenitentiae est.* Des. *seipse revocabat, ut loqueretur in corde.* In Psalmum inc. *Dixi, custodiam vias meas &c. Hoc est proposui, confirmavi, imperavi mihi.* Des. *ut poenam non timeam, gratiam merear. Per Dominum &c.* Ibid. a pag. 841. ad pag. 860.

VII. pag. 129. b. Explanatio Psalmi XXXIX. Inc. *In superioribus Psalmis poenitentiam praedicavit &c.* Des. *rectius prosequemur, favente Domino Iesu, cui est laus &c.* Ibid. a pag. 859. ad pag. 868.

VIII. pag. 133. Explanatio Psalmi XL. Inc. *Bono ordine, qui in superiore Psalmo dixit, ecce venio, in hoc iam venit &c.* Des. *a saeculo, & in saeculum, id est ab infinito in infinitum fiat, fiat.* Ibid. a pag. 867. ad pag. 884.

IX. pag. 139. Explanatio in Psalmum XLIII. & primo quidem in titulum. Inc. *Psalmi titulus est: In finem filiis Chore intellectus &c.* Des. *diximus de titulo, Psalmum adoriamur.* In Psalmum inc. *Deus auribus nostris audivimus, sic Symmachus, Theodotion, in auribus dixit, sicut & LXX. viri. Quid est, quod ait nostris auribus &c.* Des. *facimus nobis adversarium fortiorem.* Ibid. a pag. 885. ad pag. 926.

X. pag. 153. Explanatio Psalmi XLV. & primo quidem in titulum. Inc. *Titulus Psalmi huius ita scribitur: In finem pro filiis Chore pro occultis, Psalmus ipsi David. Quid est pro occultis.* Des. *soli enim isti de occultis titulum praetulerunt; sed iam Psalmum adoriamur.* In Psalmum inc. *Deus noster refugium & virtus. Quid est noster, hoc est nostrorum, qui in te credimus.* Des. *usque ad consummationem mundi, cui honor & gloria &c.* Ibid. a pag. 925. ad pag. 936.

XI. pag. 155. Explanatio in Psalmum XLVII. In titulum inc. *Huius titulus hic est: Psalmus Cantici filiis Chore, secunda sabbati. Boni filii Chore &c.* Des. *qui in secunda sabbati Deo psallit.* In Psalmum inc. *Magnus, inquit Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in loco sancto eius; non ergo ubique Deus magnus & laudabilis est.* Des. *qui de corde terrae post triduum resurrexit.* Ibid. a pag. 935. ad pag. 946.

XII. pag. 158. Explanatio Psalmi XLVIII. Inc. *Audite haec omnes gentes &c. In principio ipso vocem Domini salutaris agnoscimus.* Des. *per Domini nostri Iesu Christi gratiam, cui est honor &c.* Ibid. a pag. 945. ad pag. 954.

XIII. pag. 161. b. Explanatio Psalmi LXI. Post brevissimum argumentum, cuius initium est: *In huius Psalmi tractatu B. Ambrosius &c.* sequitur Prologus, qui inc. *Omnium nostrum indubia consuetudo est, ut festinemus ad finem.* Des. *eruditionem plebis expressit. Itaque ipsum audiamus loquentem.* Explanatio Psalmi inc. *Nonne Deo subdita erit anima mea? Susceperus carnem hominis Dominus noster Iesus &c.* Des. *aut contra & numero gravemur, & acerbitate meritorum.* Ibid. a pag. 955. ad pag. 968.

XIV. pag. 166. b. Eiusdem Tractatus in Psalmum CXVIII. cum Prologo, cuius initium: *Licet mystica quaeque.* Finis: *debes praesumere.* Tractatus inc. *Beati, inquit, immaculati in via &c. Quam pulcher ordo, quam plenus doctrinae & gratiae.* Des. *caepit in hortis esse Ecclesia, postquam in hortis passus est Christus.* Ibid. a pag. 971. ad pag. 1258.

XV. pag. 262. Eiusdem de Viduis Libri III. quorum primus inc. *Bene accidit, frater, ut quoniam tribus Libris &c.* Tertius Des. *usque in diem Domini nostri Iesu Christi filii tui servare digneris.* Concordant cum iis, qui habentur in Cod. IX. Plut. XIV. Biblioth. Laurent. Catal. nostri Latinor. Codd. Tom. I. pag. 101. §. III., quem vide.

Heic etiam in primo folio post indiculum Operum, legitur solitum Cosmianae liberalitatis monumentum, ut in Cod. V.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis, ab alia quidem manu exaratus, sed iisdem ornatibus instructus, ac superiores, ac Mediceo stemmate in prima pagina decoratus. Constat foliis scriptis 289.

D. AM-

Digitized by Google

D. AMBROSII EXPOSITIO SVPER LVCAM, ET ALIA OPERA.

Cod. XXV.

I. pag. 1. PRaecedit exactissima tabula, exhibens titulos & initia singulorum Librorum, Epistolarum, Sermonum, aliorumque Operum, quae in Volumine continentur, quaeque tria complectitur folia. Primum Opus est Tractatus S. Ambrosii in Evangelium secundum Lucam, in Libros X. distributus, cui praecedit Prologus, qui inc. *Scripturi in Evangelii Libro, quem Lucas sanctus pleniore quodammodo rerum Dominicarum distinctione digessit &c.* Des. *sed iam ipsum sermonem adoriamur Evangelii.* Liber primus inc. *Quoniam quidem multi &c. Plerique nostrorum, quemadmodum veterum Iudaeorum, paribus, & generibus formantur, & caussis.* Liber decimus des. *in monte complures fuisse.* Operum cit. edit. Paris. anno MDCLXXXVI. fol. Tom. I. a pag. 1261. ad pag. 1544.

II. pag. 91. b. Eiusdem de Incarnatione Domini Liber. Inc. *Debitum, fratres, cupio solvendum.* Des. *& per omnia penetrans spirituum intelligibilium.* Tom. II. a pag. 703. ad pag. 730.

III. pag. 98. b. Eiusdem ad Gratianum Imperatorem de Fide Libri VIII. Liber primus inc. *Regina Austri venit audire sapientiam Salomonis.* Liber octavus des. *qui alta scrutatur Dei.* Tum subiicitur: *Explicit Liber octavus sancti Ambrosii de Fide ad Gratianum Imperatorem. Laus Deo.* Praecedunt autem singulis Libris, primo excepto, indices Capitum; sexto vero etiam Epistola Gratiani ad Ambrosium, quae inc. *Capio valde, quem recordor absentem &c.* Exstant Tom. II. a pag. 443. ad pag. 700. ubi tamen posteriores Libri III. inscribuntur: *De Spiritu Sancto ad Gratianum.*

IV. pag. 166. b. Eiusdem Expositio super Cantica Canticorum, collecta scilicet ex Libris eius, & in Libros IV. distributa. Prologus inc. *Salomon librum de Proverbiis scripsit &c.* Des. *vel spiritus & animae.* Expositionis Liber primus inc. *Osculetur me osculo oris sui. Constitue ergo virginem desponsatam multo tempore.* Liber quartus des. *in pectore prudentis, scilicet sacerdotis.* Hic eximius Commentarius in Cantica Canticorum ex scriptis Ambrosii, a Guillelmo quondam Abbate S. Theodorici Remensis, postea Monacho Signiacensi, collectus est, de quo consule Casimirum Oudinum de Scriptor. Eccl. Francofurti ad Moenum MDCCXXII. fol. Tom. I. pag. 658. Legitur autem non parum discrepans, Operum Tomo I. a pag. 1545. ad pag. 1618.

V. pag. 190. b. Eiusdem de Arca Noë Liber. Inc. *Noë sancti adorimur vitam, mores, gesta &c.* Des. *non in distinctione virtutis, sed in confusione vitiorum est.* Oper. T. cit. a pag. 227. ad pag. 278.

VI pag. 266. b. eiusdem de obitu Theodosii Imperatoris Liber. Inc. *Hoc nobis motus terrarum graves, hoc iuges pluviae minabantur.* Des. *corporis tenebis hospitio.* Tom. II. a pag. 1197. ad pag. 1214.

VII. pag. 210. b. Eiusdem Sermo de beatae Mariae Virginitate perpetua. Inc. *Commendas mihi pignus tuum, quod aeque est meum.* Des. *per illam venerabilem gloriam Trinitatis, cui est honor &c.* Tom. II. a pag. 249. ad pag. 274. ubi inscribitur: *De institutione Virginis, & S. Mariae Virginitate perpetua ad Eusebium Liber unus.*

VIII. pag. 217. b. Eiusdem Liber Pastoralis. Inc. *Si quis, fratres, Christi oraculum reminiscatur.* Des. *quae sanctis tuis in saecula saeculorum dare promisisti. Amen.* Ibid. in Append. a pag. 357. ad pag. 364.

IX. pag. 220. b. Eiusdem ad Marcellinam sororem de inventione corporum sanctorum Martyrum Protasii & Gervasii Epistolae II. Prima inc. *Quia nihil sanctitatem tuam &c.* Altera inc. *Elisaeum Scripturae divinae series refert &c.* Hae duae Epistolae unam tantummodo constituunt in edit. quae incidit ibid. pag. 874. & est Epistola XXII. ut monuimus etiam in Codice superiore pag. 662. num. LXXXV. & LXXXVI.

X. pag. 222. Eiusdem Epistola de consolatione Valentiniani Romanorum Imperatoris. Inc. *Etsi incrementum doloris sit id, quod doleas scribere &c.* Ibid. a pag. 1173. ad pag. 1196.

XI. pag. 228. Eiusdem Epistola ad Theodosium Imperatorem de morte Valentiniani. Inc. *Silentium meum rupit sermo clementiae tuae &c.* Ibid. pag. 1002. Epist. LIII.

XII. pag. ead. b. Eiusdem Epistola ad Valentinianum Imperatorem. Inc. *Etsi superioris legationis meae fides &c.* Ibid. pag. 888. Epist. XXIV.

XIII. pag. 229. b. Sequuntur Sermones XXII. de variis materiis, qui licet omnes in nostro Codice, Ambrosio tribuantur, eorum tamen paucissimi in eius Operum editione reperiuntur. Ipsorum autem ordo sequens est:

I. pag. ead. Dominica prima de Adventu Domini. Inc. *Propitia divinitate, fratres charissimi, iam adveniunt dies &c.* Occurrit Catalogi nostri Tomo superiore pag. 343. §. I.

II. pag. 230. b. Vnde supra. Inc. *Hodiernus dies magnum nobis contulit gaudium &c.* Ibid. pag. 272. §. XXXVII.

III. pag. 231. Vnde supra. Inc. *Scimus, fratres, quod ad similitudinem Evae &c.* Ibid. pag. 434. §. CCVI.

IV. pag. ead. b. Sermo anepigraphus. Inc. *Ecce appropinquant dies sancti &c.* Catalogi nostri Latin. Codicum Tom. I. pag. 80. §. CXIV.

V. pag. ead. Dominica in ramis palmarum. Inc. *Video vos, fratres, hodie attentius quam soletis &c.* In Append. ad Tom. II. Oper. S. Ambrosii cit. edit. est Sermo XXXII.

VI.

Digitized by Google

VI. pag. 232. Vnde supra. Inc. *Veniente Domino nostro Iesu Christo ad Vrbem Ierusalem &c.* Ibid. Sermo XXXI.

VII. pag. ead. b. De Resurrectione Domini. Inc. *Audistis, fratres, quod sanctae mulieres &c.* Ibid. Sermo XXXIV.

VIII. pag. 233. De die sancti Paschae, & de Cruce Domini. Inc. *Saeculi ferunt fabulae, Vlyssem illum &c.* In cit. Tom. I. nostri Catalogi pag. 108. §. LX.

IX. pag. ead. b. Item de Cruce & Resurrectione D. N. I. C. Inc. *Diximus hesterna die, quod Crux Dei salutem generi contulerit humano &c.* Ibid. pag. 109. §. LXI.

X. pag. 234. In nativitate sancti Georgii. Inc. *Dignum & congruum est, fratres, post laetitiam beati Paschae &c.* Des. *hostias ergo secum suas Salvator suscitat, quum resurgit.* In cit. Append. Operum S. Ambrosii est Sermo LXI. Hic tamen Sermo longior est in Codice, quam in edit. nam post verba: *notum, inquam, nobis faciant, quemadmodum &c.* (edit. pag. 474. §. IV. vers. 10.) ita prosequitur Codex: *exanime iam corpus, & frigidum, sese calor insinuaverit, spiritus ingresserit* (sic), *sanguis infuderit &c.* usque ad verba, quae mox retulimus; quod unius circiter columnae spatio continetur.

XI. pag. ead. b. In diebus Rogationum. Inc. *Legimus in Prophetis, quia quum Ninive civitati subversio divinitus immineret &c.* In cit. Tom. I. nostri Catalogi pag. 107. §. XLV.

XII. pag. 235. In nativitate sancti Ioannis Baptistae. Inc. *Hodie, dilectissimi fratres, Ioannis, qui Dei praecucurrit adventum, natalem diem colimus.* Ibid. pag. 408. §. CVIII.

XIII. pag. 236. Vnde supra. Inc. *Sancti Ioannis Baptistae natalitia hodie prosequuturus, tacere velim &c.* In cit. Append. Ambros. est Sermo LI.

XIV. pag. ead. b. In nativitate Apostolorum Petri & Paulli. Inc. *Piscatoris, & persequutoris sacratissimum diem geminae festivitatis occursu &c.* In cit. Tom. I. Catalogi nostri pag. 388. §. XC.

XV. pag. 237. b. Vnde supra. Inc. *Notum vobis omnibus, fratres charissimi, & universo mundo notissimum.* Ibid. pag. 110. §. LXIV.

XVI. pag. 238. Vnde supra. Inc. *Duorum sanctorum Apostolorum Petri & Paulli, fratres charissimi, hodie celebramus natalem &c.* In huius nostrae Append. Tomo superiore pag. 434. §. CC.

XVII. pag. ead. b. In nativitate sancti Laurentii Martyris. Inc. *Beatissimi Laurentii martyris, cuius natalem hodie celebramus, passionem nosse credo.* Ibid. pag. 436. §. CCXXVI.

XVIII. pag. 239. Vnde supra. Inc. *Dicit Dominus in Evangelio, & cui simile illud aestimabo? simile est grano sinapis, quod acceptum &c.* Ibid. pag. 437. §. CCXXVII.

XIX. pag. ead. b. In natale Martyrum. Inc. *Quum omnium sanctorum martyrum, fratres charissimi, natalem devotissime celebrare debeamus &c.* Ibid. pag. 406. §. CXLV.

XX. pag. 240. Vnde supra. Inc. *Si quantum me necesse est dicere, & vos oportet audire &c.* In cit. Append. Ambrosiana est Sermo LX.

XXI. pag. ead. b. In Natale Confessorum. Inc. *Ad sancti ac beatissimi istius Patris nostri, cuius hodie festivitatem celebramus, laudes addidisse, aliqua decerpsisse est; siquidem &c.* In huius nostrae Append. Tomo superiore pag. 407. §. CLII.

XXII. pag. 241. b. In natale sanctae Agnetis. Inc. *Immaculatus Dominus immaculatam sibi famulam &c.* In Tom. I. Catalogi nostri Latin. Codd. pag. 78. §. XCIV.

XIV. pag. 242. S. Ambrosii Epistola ad quemdam, quod in Ecclesia nullus Imperator, vel aliqua laica persona ius dominandi habeat. Inc. *Quoniam omnibus fere Epistolis quaeris de Ecclesia.* Des. *meo sanguine sitim suam expleant.* Tom. II. cit. Operum S. Ambrosii pag. 852. & est Epist. XX. ubi inscribitur *Marcellinae sorori suae.*

XV. pag. 244. b. Eiusdem de morte Satyri fratris sui Libri II. Primus inc. *Reduximus, fratres hostiam dilectissimi meam.* Secundus des. *supra naturam siti, mortem iam timere nequeamus.* Ibid. a pag. 1113. ad pag. 1170. ubi primus inscribitur: *De excessu fratris sui Satyri Liber unus*, alter vero: *De fide resurrectionis Liber secundus.*

In primo folio post indiculum Operum, de more legitur testimonium de Cosmiana liberalitate, quale retulimus supra in Codice VIII.

Codex membranaceus MS. in folio Saec. XV. binis columnis exaratus, characteris forma, & ornamentorum elegantia a superioribus non absimilis, & Mediceae familiae gentilitio stemmate insignitus. Constat fol. scriptis 257.

D. AMBROSII EXPOSITIO SVPER PSALMVM CXVIII.

I. pag. 1. BEati Ambrosii eximii Doctoris Expositio super Psalmum *Beati immaculati in via &c.* cum Prologo, ut in Codice XXIV. supra pag. 664. §. XIV. *Cod. XXVI.*

II. pag. 99. b. Volumen claudit Iacobi Becheti Epistola ad Cosmum Medicem autographa, qua Codicem hunc, quem illi dono mittit, prosequitur. Ea igitur sequens est: *Iacobus Bechetus Cosmo de Medicis viro clarissimo salutem dicit, & eam, quam mundus dare non potest pacem. Exstruxisti Monasterium Fesulis, ut audio, Cosma vir clarissime, plurima impensa, maximoque ornatu, quod quidem inhabitant Canonici Regulares sancti Augustini, viri prorsus religionis suae observantissimi, conquirisque omni ex parte, & gente Italica Libros, quibus Bibliothecam illius Monasterii exornes, prudentissima quidem*

Digitized by Google

dem ac magna cum ratione, ut cetera soles. Nam structura illa lapidum (Ecclesiam semper excipio, in qua divina conficiuntur, & consecrantur sacramenta) oculos pascit, & solatium corpori praestat. Codices vero & salutis viam ostendunt, quae omnibus praeponi debet, & corpori simul, & animo refrigerium praebent. Ego igitur, qui plurimum humanitati tuae debeo, quique a te amari me vehementissime cognosco, huic tuo sanctissimo desiderio non aliquid adiumenti adferam? Non patiar equidem; etiamsi duo minuta, instar illius pauperculae viduae in gazophylacium afferre debuero. Scio enim, qua es magnitudine, & generositate animi, non rem ipsam, sed animum meum metieris, qui omni ex parte tibi deditissimus est. Accipies igitur hunc Librum, qui super Expositione Psalmi Beati immaculati *a divo nostro Ambrosio inscribitur, opinione multorum inter praecipua illius sancti viri volumina computandum; ut si forte alia via huiusmodi Librum non habuisti, possis hoc parvo meo munusculo, Bibliothecam illam locupletiorem, & ornatiorem reddere. De me vero postremo ita iudica, quidquid & ingenio, & industria possum, id totum ita tibi pro tuo iure vendicare posse, ac si ex te genitus & educatus fuissem. Vale, & si me audis, hac tua ingravescente aetate, quodcumque tempus vacuum tibi datur, cum servis Dei consume, a quibus nihil molesti audies, sed id solum, quod & corpus, & animam tuam salvare possit. Iterum vale, & me perseveranter ama, ut facis. Salvi sint ex me Petrus, & Ioannes filii tui, viri spectatissimi. Ex Mediolano die tertio Augusti* MCCCCLXIII.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori, Saec. XII. binis columnis exaratus, optimeque servatus. Constat foliis scriptis 99.

D. HIERONYMI EPISTOLAE, SERMONES, ET ALIA.

Cod. XXVII. COntinet hic Codex, Divi Hieronymi Epistolas ad diversos, & aliorum ad ipsum satis multas, easque variis aliis Opusculis, & Sermonibus intermixtas, quorum omnium praemittitur in primis duobus foliis index accuratissimus, titulos & initia sub oculos ponens. Horum autem ordo sequens est:

I. pag. 1. Epistola sancti Hieronymi ad Avitum, ubi ea, quae in Libro Periarchon adversus Catholicam fidem sunt, pandit. Inc. *Ante annos circiter decem*. Des. *quae sibi cavenda sunt noverit*. Exstat inter Epistolas Tom. I. sub num. CXXIV. eius Operum editionis Veron. an. MDCCXXXIV. fol.

II. pag. 4. Eiusdem Definitio Fidei, Symbolique Nicaeni Concilii ad Damasum. Inc. *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium, & invisibilium creatorem &c.* Des. *& regnum caelorum hereditatione non ambigua sunt sortiti*. Cit. edit. Tom. XI. a pag. 149. ad pag. 153. sub titulo: *Explanatio Fidei ad Cyrillum*.

III. pag. 6. Eiusdem Epistola ad Vitalem Presbyterum de Salomone & Achaz. Post argumentum: *Quomodo Salomon, & Achaz undecim annorum genuisse dicantur filios*, inc. *Zenon nauclerus, per quem mihi dicis &c.* Des. *per Desiderium missa suscipe*. Est epist. LXXII.

IV. pag. ead. b. Eiusdem ad Florentinum de ortu amicitiae. Inc. *Quantus beatitudinis tuae rumor &c.* Epist. IV.

V. pag. 7. Eiusdem ad praedictum de stabilienda amicitia. Inc. *In ea mihi eremo commoranti &c.* Epist. V.

VI. pag. ead. Eiusdem ad Castritianum, ut de caecitate, quae contigit, non debeat contristari. Inc. *Sanctus filius Heraclius &c.* Epist. LXVIII.

VII. pag. ead. b. Eiusdem ad Fabianum (1) Diaconum lapsum. Inc. *Samuel quondam lugebat Saulem &c.* Epist. CXLVII.

VIII. pag. 10. Eiusdem ad Iulianum Diaconem Aquilegiae, rescripta deposcentem. Inc. *Antiquus sermo est &c.* Epist. VI.

IX. pag. ead. b. Eiusdem ad Crissocomam (2) Monachum Aquilegiae; compellit quodammodo ad scribendum. Inc. *Qui circa te affectus meus sit &c.* Epist. IX.

X. pag. ead. Eiusdem Cypriano Presbytero de fine Psalmi octuagesimiquarti: *dexteram tuam sic notam fac mihi*. Inc. *Frater charissime Cypriane, scitò praenoscens, quia si scribatur extrema littera, quae appellatur* NVN, *exprimit dexteram &c.* Des. *ita superbia confidentis Dei auxilio deseritur*. Est pars Epistolae CXL. cuius prima verba, quae retulimus, incidunt in pag. 1056. vers. 17.

XI. pag. 11. Damasi Papae Epistola ad beatum Hieronymum Presbyterum. Inc. *Dum multa corpora Librorum &c.* Tom. XI. pag. 276.

XII. pag. ead. Hieronymi Rescriptum ad Damasum Papam. Inc. *Supplex legi litteras Apostolatus vestri &c.* Ibid. pag. 277.

XIII. pag. ead. b. Hieronymi ad Damasum Papam de panibus, vel aliis altaris oblationibus. Inc. *Noverit sancta auctoritas tua &c.* Ibid. pag. 273.

XIV. pag. ead. Eiusdem ad Marcellam, quae sit diapsalma. Inc. *Quae acceperis, cum foenore reddenda sunt &c.* Epist. XXVIII. Heic notandum ea, quae ex Origene adferuntur in hac Epistola graece & latine, in Codice latine tantum inveniri.

XV. pag. 12. Eiusdem consolatoria ad amicum aegrotum. Inc. *Quamquam certissime noverim &c.* Tom. XI. a pag. 39. ad pag. 51.

XVI. pag. 17. Eiusdem ad Marcellam de hebraeis nominibus & verbis. Inc. *Nuper quum pariter essemus &c.* Epist. XXVI.

XVII. pag. ead. b. Eiusdem ad eamdem de

(1) In edit. *Sabinianum*.

(2) In edit. *Chrysogonum*.

Digitized by Google

de decem nominibus, quibus apud Hebraeos Deus vocatur. Inc. *Nonagesimum Psalmum legens &c.* Epist. XXV.

XVIII. pag. ead. Eiusdem ad eamdem de Fide nostra, & Dogmate Christiano haeretico. Inc. *Testimonia de Ioannis Evangelio &c.* Epist. XLI.

XIX. pag. 18. Eiusdem ad eamdem de detractoribus suis. Inc. *Post priorem Epistolam &c.* Epist. XXVII.

XX. pag. ead. b. Eiusdem ad eamdem de Libris Regum. Inc. *Epistolare officium est &c.* Epist. XXIX.

XXI. pag. 20. Eiusdem ad eamdem de Psalmo CXXVI. & sequenti. Inc. *Beatus Pamphilus martyr &c.* Epist. XXXIV.

XXII. pag. ead. b. Eiusdem ad eamdem excusatoria. Inc. *Vt tam parvam Epistolam scriberem &c.* Epist. XXII.

XXIII. pag. 21. Eiusdem ad eamdem. Inc. *Vt absentiam corporum &c.* Epist. XLIV.

XXIV. pag. ead. Eiusdem ad eamdem de Psalmo XC. Inc. *Qui habitat &c. Dixeram apud Hebraeos &c.* Epist. XXXV. initio aliquantum discrepans.

XXV. pag. ead. b. Praefatio Rufini Presbyteri Librorum Periarchon, quos contra Hieronymum de graeco transtulit in latinum. Inc. *Scio quamplurimos fratrum scientiae Scripturarum desiderio provocatos &c.* Des. *legentibus generet.* Epist. LXXX.

XXVI. pag. 22. Eiusdem Apologia ad Anastasium Romanae urbis Episcopum, defensiva translationis dictorum Librorum. Inc. *Audivi quosdam &c.* Des. *invidiam solam generant, & livorem.* Tom. II. a pag. 573. ad pag. 576.

XXVII. pag. ead. b. Hieronymi Epistola ad Rufinum. Inc. *Diu te Romae moratum.* Epist. LXXXI.

XXVIII. pag. 23. Eiusdem Epistola adversus Rufinum Presbyterum Aquilegiensem. Inc. *Lectis litteris prudentiae tuae &c.* Des. *& illico pax sequitur.* Tom. II. a p. 531. ad pag. 572. sub titulo: *Vltima Responsio S. Hieronymi adversus scripta Rufini Presbyteri.*

XXIX. pag. 32. Eiusdem ad eumdem de conversione & vita Bonosi. Inc. *Plus Deum tribuere, quam rogatur &c.* Epist. III.

XXX. pag. 33. Eiusdem ad Evangelium Presbyterum de quodam Levita lapso, & a nemine consolato. Inc. *Nisi vererer, beatissime frater.* Des. *ita expulsione eius abluimur.* Tom. XI. a pag. 192. ad pag. 195.

XXXI. pag. 34. Eiusdem ad Praesidium Diaconum. Inc. *Nulla res, inquit Comicus &c.* Des. *esse veniendum.* Ibid. a pag. 154. ad pag. 159. ubi inscribitur: *De cereo Paschali.*

XXXII. pag. 36. Rufini adversus Hieronymum ad Ampronianum. Libri II. Primus inc. *Relegi scripta, Amproniane fili charissime.* Secundus des. *si vel adversus tuos datam.* Tom. II. a pag. 583. ad pag. 674.

XXXIII. pag. 42. b. Sancti Hieronymi ad Pammachium & Marcellam, se contra Rufinum defendentis Libri II. Primus inc. *Et vestris, & multorum litteris didici.* Secundus des. *sub amici nomine sustinere.* Ibid. a p. 457. ad pag. 530.

XXXIV. pag. 47. b. Eiusdem Epistola de honorandis parentibus. Inc. *Parentum meritis subiungas filios &c.* Tom. XI. a p. 112. ad pag. 113.

XXXV. pag. 48. Eiusdem Epistola ad Narbonensem Episcopum. Inc. *Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legis septem Angeli Ecclesiarum &c.* Des. *ut non solus sacerdos in templo Dei totum agere & adimplere videatur.* Est excerptum ex Opusculo *de septem Ordinibus Ecclesiae*, quod habetur Tom. cit. pag. 114. seq. Prima autem verba incidunt in pag. 118. prope finem, ultima vero p. 119. vers. 40.

XXXVI. pag. ead. b. Eiusdem ad Oceanum de tentationibus, & opprobriis perferendis. Inc. *Diversorum opprobria, tribulationes multiplices &c.* Des. *qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum, cui cum Patre &c.* Ibid. a pag. 264. ad pag. 269.

XXXVII. pag. 50. b. Eiusdem ad quemdam suum amicum de homine perfecto. Inc. *Ecce iterum ad te scribo.* Des. *in quo diligeris a nobis. Amen.* Ibid. a pag. 52. ad pag. 77.

XXXVIII. pag. 60. b. Eiusdem ad Eustochium, reliquasque virgines de regula monasticae vitae. Inc. *Tepescens in membris proclivium corpus ad terram.* Des. *sanctis vestris iuvate orationibus.* Ibid. a pag. 433. ad pag. 464.

XXXIX. pag. 71. Eiusdem beati Hieronymi Expositio Symboli ad Laurentium. Inc. *Mihi quidem, fidelissime Papa Laurenti, ad scribendum animus tam non est cupidus, quam nec idoneus, scienti non esse absque periculo, multorum iudiciis ingenium tenue & exile committere. Sed quoniam, ut cum venia tua dixerim, temere in epistola tua per Christi me sacramenta, quae a nobis maxima cum reverentia suscipiuntur, adstringis, ut aliquid tibi de Fide, secundum Symboli traditionem, rationemque componam, quamvis supra vires nostras sit pondus praecepti; non enim me latet sententia illa sapientum, quae proprie admodum dicit: quia de Deo etiam vera dicere periculosum est; tamen si expetitionis a te impositae necessitatem orationibus iuves, dicere aliqua obedientiae magis reverentia, quam ingenii praesumptione tentabimus, quae quidem non tam perfectorum exercitiis digna videantur, quam ad parvulorum in Christo, & incipientium librentur auditum. Te quidem comperi, nonnullos illustrium tractatorum aliqua de his pie & breviter edidisse; Fotinum vero haereticum scio eatenus conscripsisse, non ut rationem dictorum audientibus explanaret, sed ut simpliciter, & fideliter dicta ad argu-*

Digitized by Google

argumentum sui dogmatis traheret, quum in iis verbis sanctus Spiritus providerit nihil ambiguum, nihil obscurum, nihil a reliquis dissonans poni, quia in iis vere completur prophetia, quae dicit: Verbum enim consumans & brevians in aequitatem, quia verbum breviatum faciet Dominus super terram. Nos ergo vel simplicitatem suam verbis Apostolicis reddere & signare tentabimus, vel quae omissa videntur a prioribus, adimplere. Sed ut manifestius fiat argumentum verbi huius, ut diximus, breviati, caussam, qua haec traditio Ecclesiis data est, ab origine repetimus.

Tradunt maiores nostri, quod post adscensionem Domini, quum per adventum sancti Spiritus supra singulos quosque Apostolos igneae linguae sedissent, ut loquelis diversis, variisque loquerentur, per quod eis nulla gens extera, nulla linguae barbaries inaccessa videretur, & invia, praeceptum eis a Domino datum hoc praedicandum Dei verbum ad singulas quasque proficisci nationes. Discessuri itaque ab invicem, normam prius futurae sibi praedicationis in commune constituunt, ne forte alii alio abducti, diversum aliquid his, qui ad fidem Christi invitabantur, exponerent. Omnes igitur in uno positi, & Spiritu sancto repleti breve istud futurae sibi, ut diximus, praedicationis indicium, conferendo in unum, quod sentiebat unusquisque, componunt, atque hanc credentibus dandam esse regulam statuunt. Symbolum autem hoc multis & iustissimis ex caussis appellari voluerunt. Symbolum enim graece, & indicium dici potest, & collatio, hoc est, quod plures in unum conferunt. Id enim fecerunt Apostoli in his sermonibus, in unum conferendo unusquisque quod sensit. Indicium autem, vel signum idcirco dicitur, quia illo tempore, sicut S. Paullus Apostolus dicit, & in Actibus Apostolorum refertur, multi ex circumcisis Iudaeis simulabant se esse Apostolos Christi, & lucri alicuius, vel ventris gratia, ad praedicandum proficiscebantur, nominantes quidem Christum, sed non integris traditionum lineis nuntiantes. Idcirco igitur istud indicium posuere, per quod agnosceretur is, qui Christum vere, secundum Apostolicas regulas praedicaret. Des. *si, inquam, haec secundum traditionis supra expositae regulam consequenter advertimus, deprecamur, ut nobis, & omnibus, qui haec audiunt concedat Dominus, fide, quam suscepimus custodita, cursu consummato, exspectare iustitiae repositam coronam, & inveniri inter eos, qui resurgunt in vitam aeternam; liberari vero a confusione & opprobrio aeterno per Christum Dominum nostrum, per quem est Deo Patri omnipotenti cum Spiritu Sancto gloria & imperium in saecula saeculorum. Amen. Explicit Expositio Symboli beati Hieronymi ad Laurentium.* Non invenimus inter Opera S. Hier. cit. edit. Veron. neque memoratur inter deperdita in Praefatione praemissa.

Biblioth. Leopold. T. II.

(1) In edit. *Numquam aeque quisquam.*

XL. pag. 80. Tractatus Fidei, & credulitatis, & conversationis vitae Christianorum editus a sancto Hieronymo. Inc. *David gloriosus in Psalmo sic dicit: In universa terra exivit sonus eorum, & ad terminos orbis terrae verba eorum. Ex hoc igitur intelligi datur sono ante praeparato.* Des. *& credentibus profuisse. Amen.* Non invenimus.

XLI. pag. 85. b. Eiusdem Epistola consolatoria ad Marcellam. Inc. *Magnam humilitati nostrae fiduciam.* Des. *nocte & die permane.* Tom. XI. a pag. 31. ad p. 34.

XLII. pag. 86. b. Eiusdem ad Celantiam de recte (*sic*) modo vivendi. Inc. *Vetus Scripturae celebrata sententia est &c.* Epist. CXLVIII.

XLIII. pag. 91. Eiusdem translatio Homiliarum duarum Origenis in Epithalamicis, praevia Epistola ad Damasum Papam, quae inc. *Origenes quum in ceteris libris &c.* Homilia prima inc. *Quomodo didicimus per Moysen.* Homilia secunda des. *ut digni efficiamur sponsi sermone, & sapientia Iesu Christi, cui est honor &c* Tom. III. a pag. 499. ad pag. 532.

XLIV. pag. 97. b. Eiusdem Epistola ad Tranquillinum, quomodo Origenem legere debeat. Inc. *Maiora spiritus vincula esse, quam corporum &c.* Epist. LXII.

XLV. pag. 98. Eiusdem ad Damasum de Seraphim & calculo. Inc. *Septuaginta. Et missus est ad me unus de Seraphim &c.* Des. *quum Silvanum in Apostolorum Actibus non legeremus.* Est fragmentum Epistolae XVIII. incipiens a §. XVII. edit. cit. pag. 57. & progrediens usque ad finem.

XLVI. pag. ead. b. Augustini Epistola ad Hieronymum, expostulantis, & excusantis. Inc. *Audivi pervenisse in manus tuas &c.* Epist. CI.

XLVII. pag. 99. Hieronymi ad Augustinum, ut certius scribat, hortantis. Inc. *In ipso profectionis articulo &c.* Epist. CII.

XLVIII. pag. ead. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Anno praeterito per fratrem meum Asterium &c.* Epist. CIII.

XLIX. pag. ead. b. Augustini ad Praesidium, ut destinatas sancto Hieronymo litteras mittere non gravetur. Inc. *Sicut praesens rogavi &c.* Epist. CXI.

L. pag. ead. Eiusdem ad Hieronymum, excusantis, & calumniam propellentis. Inc. *Cur itaque conor contra tractum fluminis &c.* Pars Epistolae CX. cuius prima verba, quae retulimus, incidunt in pag. 724. paullo post initium §. III.

LI. pag. 100. b. Eiusdem ad eumdem pro LXX. Interpretum sugillatione. Inc. *Numquam me tam* (1) *facile quisquam &c.* Epist. LVI.

LII. p. 101. b. Hieronymi ad Augustinum super missa epistola arguentis. Inc. *Crebras ad me epistolas dirigis &c.* Ep. CV.

LIII. pag. 102. b. Augustini ad Hieronymum,

Digitized by Google

nymum, gratias pro missa Epistola agentis, & eum de quodam Capitulo Epistolae ad Galatas redarguentis. Inc. *Habeo gratiam, quod pro subscripta salutatione*. Ep. LXVII. In editione tamen quatuor versus longior est in fine.

LIV. pag. 103. b. Eiusdem ad eumdem de interpretatione ipsius, & LXX. Inc. *Ex quo caepi ad te scribere &c.* Epist. CIV.

LV. pag. 104. Hieronymi ad Augustinum, tribus Epistolis unam rependit. Inc. *Tres simul Epistolas, immo libellos per Diaconum Cyprianum tuae dignationis accepi*. Epist. CXII.

LVI. pag. 108. b. Eiusdem ad Marcellinum, & Anapsychiam Opusculorum suorum in Ezechielem Prophetam, memoriam facientis. Inc. *Tandem ex Africa vestrae litteras unanimitatis accepi &c.* Epist. CXXVI.

LVII. pag. ead. Augustini ad Hieronymum de Animae origine sciscitantis. Inc. *Deum nostrum, qui nos vocavit in suum regnum &c.* Epist. CXXXI.

LVIII. pag. 113. Eiusdem ad eumdem de eo quod scriptum est: *Qui totam legem observaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*. Inc. *Quod ad te scripsi, honorande mihi in Christo frater Hieronyme &c.* Epist. CXXXII.

LIX. pag. 115. b. Hieronymi ad Augustinum, eum pro duobus destinatis libellis praecipue laudantis. Inc. *Virum venerabilem, fratrem meum &c.* Epist. CXXXIV.

LX. pag. 116. Eiusdem ad eumdem de Haereticis, qui eo tempore emerserant. Inc. *Omni quidem tempore beatitudinem tuam &c.* Epit. CXLI.

LXI. pag. ead. Eiusdem ad eumdem de Haereticis. Inc. *Multi utroque claudicant pede &c.* Epist. CXLII.

LXII. pag. ead. Eiusdem Alypio & Augustino de haeresi Caelestina, & de Libris Aniani Pseudodiaconi. Inc. *Sanctus Innocentius Presbyter, qui huius sermonis est portitor*. Epist. CXLIII.

LXIII. pag. ead. b. Eiusdem ad Amandum Presbyterum epistolaris responsio. Inc. *Propositio tua fuit de eadem Apostoli Epistola &c.* Est pars Epistolae LV. incipiens a §. V. & progrediens usque ad finem.

LXIV. pag. ead. Epiphanii Cyprii Epistola missa Ioanni Chrysostomo Episcopo, a sancto Hieronymo translata. Inc. *Oportebat nos, dilectissime, Clericus* (1) *honore non abuti &c.* Des. *ad perversitatem sui inducat erroris*. Epist. LI.

LXV. pag. 119. b. Pammachii & Oceani Epistola ad Hieronymum, pro interpretatione Periarchon supplicantium. Inc. *Sanctus aliquis ex fratribus cedulas ad nos cuiusdam detulit &c.* Epist. LXXXIII.

LXVI. pag. ead. Hieronymi ad praedictos de Libris Origenis, & laude ipsius. Inc. *Cedulae* (2) *quas misistis*. Epist. LXXXIV.

LXVII. p. 122. Eiusdem ad eosdem. Inc. *Qui Aethiopem invitat ad balnea &c.* Des. *& iudicium aeternum magis timere, quam hominum.* Tom. XI. pag. 227.

LXVIII. pag. 123. Eiusdem ad Evangelium, qualiter Presbyter, & Diaconus differant. Inc. *Legimus in Isaia: Fatuus fatua loquetur*. Epist. CXLVII.

LXIX. pag. ead. b. Eiusdem ad Eustochium consolatoria super dormitione S. Paullae matris eius. Inc. *Si cuncta mei corporis membra verterentur in linguam &c.* Epist. CVIII.

LXX. pag. 130. b. Eiusdem ad Paullinum Presbyterum. Inc. *Voce me provocas ad scribendum &c.* Epist. LXXXV.

LXXI. pag. 131. Eiusdem ad Theophilum Alexandrinum Episcopum. Inc. *Meminit beatitudo tua &c.* Epist. LXIII.

LXXII. pag. ead. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Nuper beatitudinis tuae scripta percepi*. Epist. LXXXVI.

LXXIII. pag. ead. b. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Duplicem mihi gratiam &c.* Epist. LXXXVIII.

LXXIV. pag. ead. Eiusdem ad eumdem. Inc. *Ex eo tempore quo beatitudinis tuae &c.* Epist. XCIX.

LXXV. pag. 132. Eiusdem Epistola de Testamento Geronti. Inc. *Cuncti mei sensus affectu vobis vaco &c.* Tom. XI. pag. 27.

LXXVI. pag. 133. b. Altercatio Luciferiani, & cuiusdam orthodoxi, edita a Hieronymo. Inc. *Proxime accidit*. Des. *vinci posse, quam persuaderi*. Tom. II. a p. 171. ad pag. 202.

LXXVII. pag. 140. Eiusdem Epistola excusatoria apud fratres, quare non respondet quaerentibus. Inc. *Scripta iam ad Theosiphontem epistola &c.* Oper. Tom. II. p. 679. & praecedit Dialogum contra Haeresim Pelagianorum.

LXXVIII. pag. ead. b. Eiusdem Sermo de Vigiliis. Inc. *Dignum est, fratres, aptumque prorsus &c.* Des. *gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen*. Tom. XI. pag. 222.

LXXIX. pag. 142. Eiusdem Epistola de diversis generibus leprarum. Inc. *Admirabile divinae dispositionis examen &c.* Ibid. pag. 232.

LXXX. pag. 143. Eiusdem Epistola ad Marcellam de Tharsis. Inc. *Nuper quum Reticii Augustodunensis Episcopi &c.* Epist. XXXVII.

LXXXI. pag. ead. b. Disputatio Augustini, & Hieronymi de Anima. Inc. *Quum apud vos caelestis eloquentia purissimi fontis &c.* Des. *redundetis influentis Sanctorum*. Tom. XI. pag. 246.

LXXXII. pag. 146. b. Eiusdem Epistola ad Sunniam, & Fretelam in Psalterio, quae septuaginta Interpretum editione corrupta sunt. Inc. *Vere in vobis Apostolicus, & Prophe-*

(1) Sic in Codice, sed in edit. *Clericatus*.

(2) In edit. *Schedulae*.

Digitized by Google

pheticus sermo completus est &c. Epist. CVI. In hac Epistola relictae sunt in lacuna omnes voces graecae.

LXXXIII. pag. 153. Eiusdem Sententia de essentia Divinitatis, sive de membris Dei. Inc. *Omnipotens Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus &c.* Des. *se manifestissime demonstrando. Amen.* Tom. XI. pag. 138.

LXXXIV. pag. 155. b. Eiusdem Epistola ad Dardanum. Inc. *Cogor a te &c.* Des. *& est minima sapientia legis veteris in manu Iudaeorum.* Ibid. pag. 202. ubi tamen octo circiter versus in fine longior est.

LXXXV. pag. 156. Eiusdem Libellus ad Damasum Papam de septem gradibus Ecclesiastici Ordinis. Inc. *Sufficere quidem fidei tuae arbitror.* Des. *scripta non retinent.* Ibid. pag. 114.

LXXXVI. pag. 161. b. Planctus, seu Lamentum Origenis, translatus a beato Hieronymo. Inc. *In afflictione, & dolore animi &c.* Des. *quia tibi est gloria cum Patre &c.* Recurrit in Cod. X. Plut. XIX. Biblioth. Laur. Vid. Catal. Codd. Lat. Tom. I. pag. 525. §. XVII.

LXXXVII. pag. 163. Hieronymi Epistola ad Paullam & Eustochium, qui Psalmi, vel quando psalli, vel legi debeant. Inc. *Quia me, dulcissimae filiae meae &c.* Tom. XI. pag. 287.

LXXXVIII. pag. ead. b. Eiusdem Sermo in diebus Quadragesimae. Inc. *Apostolica, dilectissimi, doctrina nos admonet &c.* ut in Codice CXLIII. Biblioth. Aedilium Ecclesiae Florent. Catalogi Tomo superiore p. 426. §. CIII. sub nomine S. Leonis Papae.

LXXXIX. pag. 164. b. Eiusdem Sermo de die Dominico. Inc. *Non queo, fratres charissimi &c.* ut in Cod. CXLI. dictae Biblioth. loc. cit. pag. 389. §. IV.

XC. pag. 165. Eiusdem Epistola ad filiam Mauritii de excellentia virginitatis, & quod sola virginitas non prodest, sine aliis virtutibus. Inc. *Quantam in caelestibus beatitudinem virginitas sancta possideat &c.* Tom. XI. pag. 127.

XCI. pag. 169. Eiusdem Sermo de Natali Domini, vel de Epiphania. Inc. *Hodie verus sol ortus est mundo &c.* Des. *calcemus super aspidem & basiliscum. Per D. N. I. C. &c.* Ibid. pag. 208.

XCII. pag. ead. Eiusdem Sermo de Epiphania Domini. Inc. *Dies Epiphaniorum graeco nomine sic vocatur.* Des. *super aquam refectionis educavit me. Cui est honor &c.* Ibid. pag. 209.

XCIII. pag. ead. b. Eiusdem Sermo de mysterio agni in vigilia Paschae. Inc. *Hodie, fratres charissimi, populus Israël, & vere homo, videns Deum &c.* Des. *qui sequuntur agnum quocumque vadit, Iesum Christum, cui est honor &c.* Ibid. pag. 212,

XCIV. pag. 170. b. Eiusdem Sermo de Quadragesima. Inc. *Quomodo miles semper exercetur ad praelium &c.* Des. *& carnibus, & sanguine agni Iesu Christi. Amen.* Ibid. pag. 210.

XCV. pag. 171. Eiusdem Epistola ad Rufinum de dissuasione uxoris. Inc. *Loqui prohibeor, & tacere non possum &c.* Ibid. pag. 240.

XCVI. pag. 173. b. Chromatii & Heliodori de Martyrologio Inquisitio ad Hieronymum, Inc. *Quum religiosissimus Augustus Theodosius &c.* Ibid. pag. 473.

XCVII. pag. ead. Hieronymi Responsio ad eosdem. Inc. *Constat Dominum Iesum Christum omni die &c.* Ibid.

XCVIII. pag. 174. Eiusdem ad Paullam, & Eustochium de Assumptione beatae Mariae Virginis. Inc. *Cogitis me &c.* Ibid. pag. 92.

IC. pag. 180. b. Eiusdem Increpatio ad Monachos. Inc. *Fratres charissimi, mundus in periculo positus est.* Des. *& vos ab omnibus insidiis Diaboli tutos praestare, cui est gloria &c.* Exstat hoc Opusculum Scriptoris cuiusdam, qui sub Hieronymi nomine latens, Monachorum vitia redarguit, in Cod. DCCLXXXI. fol. 134. Biblioth. Taurinensis. Vid. eiusdem Biblioth. Catal. Iosephi Pasinii, Taurini MDCCXLIX. fol. pag. 256.

C. pag. 181. b. Eiusdem de Monacho captivo. Inc. *Qui navali praelio dimicaturi sunt.* Des. *non posse superari.* Tom. II. p. 41.

* CI. pag. 183. Eiusdem Admonitio contra carnis superbiam. Inc. *Ad te manum meam extendo, quem sentio in timore Dei tenere vexillum; ad te me converto, quem perspicio semper in victoria perdurare; ad te mihi cura est, cuius mentem intelligo semper esse sinceram; tibi demonstro carnis superbiam esse conterendam.* Des. *& animam humilem exaltavit Deus, cui gloria &c.* Non occurrit in editis.

* CII. pag. ead. b. Sententiae Theodoti ab Hieronymo translatae. Inc. *Perfectus homo est, qui seipsum cognoverit, idest, qui vere se cognoverit, cognoscitur ab eo, qui fecit eum. Homo imago Dei est. Quod Deo simile est, sanctum est. Qui metiri vult, quantum sit inter caelum & terram, intelligat quid sua possit oratio.* Des. *Vnum vos precor, qui legistis hos beatissimos flores, estote similes apum, quae non solum mella, sed & ceram, & filios producunt; sic vos, quum orationum vestrarum flores profertis, mei memores semper estote.* Non invenimus.

CIII. pag. 184. Solutio Hieronymi, vel Ambrosii in quodam aenigmate Salomonis, ubi tria impossibilia esse dicit, quae scire non possit, & quartum quod ignorat. Inc. *Mirum satis est &c.* Occurrit etiam in Codice XXIII. supra p. 656. §. IX. sub titulo: *Liber de sapientissimo Salomone Rege.*

CIV. pag. 186. Eiusdem Epistola de decem tentationibus Hebraici populi. Inc. *Haec sunt verba, quae loquutus est Moyses ad omnem Israël &c.* Des. *ad terram considerandam.* Tom. III. pag. 741.

Digitized by Google

CV. pag. ead. b. Consanguinitas beatae Mariae secundum Hieronymum. Inc. *Anna, & Exmeria fuerunt sorores &c.* Des. *tres igitur viros Anna habuit, Ioachim, Cleopha, Salome.* Exstat in Codice Veneto XLVIII. Vid. Catal. pag. 25.

CVI. pag. 187. Epilogus quorumdam Operum S. Hieronymi. Inc. *Hieronymus, patre Eusebio, natus oppido Stridonis &c.* Des. *& ad Pammachium Apologeticum, & Epitaphium.* Est Caput CXXXV. Libri de Viris Illustribus, quod habetur Tom. II. a pag. 939. ad pag. 942.

CVII. pag. ead. Dialogus contra haeresim Pelagianorum divinae gratiae impugnatorum, in quo Hieronymus disputat de multis sub nomine Attici, & Critoboli, in tres Partes divisus. Pars prima inc. *Atticus. Dic mihi, Critobole, verum est, quod a te scriptum audio &c.* Pars tertia des. *etiam in hac parte errorem sequamini.* Tom. II. a pag. 683. ad pag. 792.

CVIII. pag. 212. Vita Paulli primi Eremitae. Inc. *Inter multos &c.* Ibid. a pag. 1. ad pag. 12.

CIX. pag. 214. Vita, & obitus beati Hieronymi. Inc. *Hieronymus Eusebii viri nobilis filius, ab oppido Stridonis &c.* Des. *quatenus a populo reliquiae sanctissimae viderentur.* Est longissima, & ab iis, quae hactenus in Codicibus SS. Patrum Vitas continentibus occurrerunt diversa, necnon ab editis Tom. XI. cit. eius Operum edit. pag. 241. & seqq. in eaque multa anecdota, observatione digna, inseruntur, pro nova editione adornanda sedulo perpendenda.

CX. pag. 238. b. Hieronymi Liber ad Pammachium contra Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, & Rufinum Presbyterum, Origenis assertorem. Inc. *Si iuxta Apostolum Paullum, quod sentimus orare non possumus &c.* Des. *totumque nostrae parvitatis teste est Monasterium.* Tom. II. a pag. 407. ad pag. 454.

CXI. pag. 249. b. Vita sancti Hilarionis cum Praefatione, quae inc. *Scripturus vitam &c.* Vita inc. *Hilarion ortus &c.* Ibid. a pag. 13. ad pag. 40.

CXII. pag. 256. Liber sancti Didymi Graeci, Monachi Alexandrini, de Spiritu Sancto, a beato Hieronymo translatus, praevia Praefatione, quae inc. *Quum in Babylone versarer &c.* Des. *quam simplicitate verborum.* Liber inc. *Omnibus quidem, quae divina sunt, cum reverentia, & vehementi cura oportet intendere.* Des. *nostri non ignorare sermonis.* Ibid. a pag. 105. ad pag. 168.

Codex membranaceus MS. in fol. max. Saec XV. binis columnis, elegantissimo charactere exaratus, iisdemque ornatibus instructus, ut superiores, itemque cum stemmate gentilitio familiae Mediceae, & testimonio Cosmianae munificentiae, ut in Codice VIII. Constat fol. scriptis 268.

D. HIERONYMI EPISTOLAE &c.

Cod. XXVIII.

CContinet hic ornatissimus Codex D. Hieronymi Epistolas ad diversos, & aliorum ad ipsum, quarum de more praecedit in primis duobus foliis accuratissimus index, singularum inscriptiones, & initia sub oculos sistens. Hae autem collatae cum editis in Tom. I. citatae editionis, hoc ordine progrediuntur.

Ord. Cod.		*Ord. Edit.*
I.	pag. 1. Epistola Damasi Papae ad beatum Hieronymum Presbyterum. Inc. *Dormientem te &c.*	XXXV.
II.	pag. ead. b. Beati Hieronymi ad Damasum Papam.	XXXVI.
III.	pag. 5. b. Eiusdem ad Marcellam de quinque quaestionibus novi Testamenti.	LIX.
IV.	pag. 6. b. Octava quaestio de Libro ad Algasium (1). Inc. *Quid sibi velit, quod ad Romanos scribit Apostolus &c.* Des. *& multa erunt scribunda* (sic) *volumina.* Est pars Epistolae CXXI. ad Algasiam a pag. 864. vers. 4. usque ad pag. 870. vers. 25.	
V.	pag. 9. Admonitio de vera poenitentia. Inc. *Ad te suspiro* (2), *o homo, quem scio esse fidelem.* Des. *percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Tom. XI. pag. 230. sub titulo: *Ad quemdam, qui in saeculo poenitebat.* sed in Codice multo contractior, quam in editione.	
VI.	pag. ead. b. Eiusdem Epistola ad Chrysocomam Monachum (3)	IX.
VII.	pag. 10. Eiusdem ad Rusticum Monachum de vita Monachi.	CXXV.
VIII.	pag. 15. b. Eiusdem Epistola ad Ageruchiam de Monogamia.	CXXIII.
IX.	pag. 21. b. Eiusdem Epistola prima ad Paullinum Presbyterum.	LIII.
X.	pag. 26. Eiusdem Epistola secunda ad eumdem de institutione Monachorum, vel Clericorum.	LVIII.
XI.	pag. 29. Epitaphium Nepotiani Presbyteri ad Heliodorum Episcopum.	LX.
XII.	pag. 35. Eiusdem ad Nepo-	

(1) Inter titulum, & initium scriptum est in rubrica hoc monitum: *Haec est octava quaestio Libri Quaestionum Simmichon ad Algasiam, quae non debet hic legi; in ultimo vide eam cum Libro suo.*

(2) In edit. legitur *surgo*.

(3) In edit. *Chrysogonum Monachum Aquileiae.*

Digitized by Google

Ord. Cod.	Ord. Edit.
potianum Presbyterum de vita Clericorum.	LII.
XIII. pag. 40. b. Eiusdem ad Oceanum, qualiter Clerici vivere debeant. Inc. *Deprecatus es, ut tibi breviter exponerem &c.* Des. *ut bonorum operum testificatio casto confirmetur affectu*. Tom. XI. pag. 270.	
XIV. pag. 42. b. Eiusdem ad Desiderium de XII. Lectoribus. Inc. *Vis nunc acriter, mi frater Desideri, ut tibi, quasi de luminaribus &c.* Des. *ante hoc ferme triennium sub Theodosio Principe*. Inter reiectas. Habetur etiam in Codice Ducali Veneto XLVIII. Catalogi pag. 28.	
XV. pag. 43. b. Eiusdem Epistola ad Eustochium virginem de virginitate servanda.	XXII.
XVI. pag. 57. b. Eiusdem Epistola ad eamdem de transmissis muneribus.	XXXI.
XVII. pag. 58. Eiusdem Obiurgatio pro lapsu Susannae virginis ad eamdem. Inc. *Quid taces, o anima Susannae, quid cogitationibus aestuas?* Des. *quae enim proprie in Dominum peccasti, ab ipso solo te convenit in die iudicii exspectare remedium*. Tom. XI. a p. 180. usque ad pag. 189. Deest autem in Codice prima periodus huius Opusculi, & postrema verba, quae retulimus, incidunt in fine §. 38. aliquantum tamen ab editis diversa.	
XVIII. pag. 61. b. Eiusdem ad Marcellam, exhortans eam, ab Vrbe esse cedendum.	XLIII.
XIX. pag. 62. b. Eiusdem ad eamdem de inremissibili blasphemia in Spiritum Sanctum.	XLII.
XX. pag. 63. Eiusdem ad eamdem, ne contristetur de aegrotatione Blesillae.	XXVIII.
XXI. pag. 64. Eiusdem ad Paullam, in qua consolatur eam super dormitionem Blesillae filiae suae.	XXXIX.
XXII. pag. 68. Eiusdem Liber Apologeticus ad Pammachium.	XLVIII.
XXIII. pag. 76. b. Eiusdem ad Thesiphontem.	CXXXIII.
XXIV. pag. 82. b. Eiusdem Epistola anepigrapha. Inc. *Praesumptionem meam excusare conarer &c.* Des. *ex quo commortui vivimus, ex eo virtutibus consurreximus in Christo*. Tom. XI. a pag. 77. ad pag. 87. sub titulo: *Instituit amicum in scientia divinae legis*.	
XXV. pag. 89. Eiusdem Epistola ad Dardanum de terra repromissionis.	CXXIX.
XXVI. pag. 92. Eiusdem ad Lucinum Baeticum.	LXXI.
XXVII. pag. 49. Eiusdem ad Desiderium.	XLVII.
XXVIII. pag. ead. b. Eiusdem ad Exsuperantium.	CXLV.
XXIX. pag. 95. Eiusdem ad Fabiolam de veste sacerdotali, & vocat eam Hieronymus Librum in plerisque locis.	LXIV.
XXX. pag. 101. b. Eiusdem Epistola prima ad Demetriadem virginem.	CXXX.
XXXI. pag. 109. b. Eiusdem ad Aletam (1) de institutione filiae suae.	CVII.
XXXII. pag. 113. b. Eiusdem ad Demetriadem virginem. Inc. *Si summo ingenio, parique fretus scientia officium scribendi facile me implere posse crederem.* Des. *quo gloria aeternitatis adquiritur* (2). Tom. XI. a pag. 1. ad pag. 26. ubi inscribitur: *Pelagii ad Demetriadem Epistola*.	
II. pag. 49. Sequuntur Sermones XI. anepigraphi, qui tamen sunt eiusdem sancti Ioannis Chrysostomi de Poenitentia, ex versione latina eiusdem Lilii Typhernatis, quorum primus inc. *Laeta nobis hodie festivitas &c.* Vltimus des. *cuius omnes nos participes fieri contingat, gratia, & clementia D. N. I. cui cum Patre &c.* Loc. cit. p. 448. §. III.

Codex membranaceus MS. in 8. maiori Saec. XV. charactere grandiori exaratus, cum littera initiali Praefationis Sermonum in Iob aurata, variisque coloribus depicta. Constat foliis scriptis 150.

EIVSDEM IN VITVPERATORES VITAE MONAST. LIB. III.

Cod. XLIII. COdex est anepigraphus, sed titulum ex subscriptione, quae habetur in calce Voluminis mutuati sumus, qui sequens est: *Ioannis Chrysostomi Constantinopolitani Episcopi adversus vituperatores vitae monasticae Libri III. per Ambrosium Monachum e graeco traducti*. Praemittitur Praefatio interpretis, quae ita inscribitur, & inc. *Domino amantissimo, ac merito venerabili Patri Matthaeo Ambrosius. Exegisti a me iure tuo, senex optime, atque suavissime, ut exercitii caussa, aliquid sacrarum litterarum ex graeco converterem*. Des. *ita tamen, ut pro hoc, qualicumque labore meo, amplissimum semper orationum tuarum munus abs te reposci intelligas*. Liber primus inc. *Quum templum illud pervetustum, & percelebre, quod Hierosolymis fuerat, multis annis eversum, atque solo adaequatum &c.* Tertius des. *tuncque ea, quae a nobis dicta sunt, laudabitis, quum ex eiusce laudibus nihil commodi consequi poteritis*. Tum subiicitur titulus supra relatus, ac praeterea scriptoris nomen hoc pacto: *Sinibaldus C... scripsit* MCCCCLXI. Memorat hanc versionem Fabricius Biblioth. Graec. Tom. VII. pag. 651.

Codex membranaceus MS. in 4. maiori Saec. XV. nitidus, optimeque servatus, cum initialibus litteris Librorum aureis & coloratis, & ornatu in prima pagina. Constat foliis scriptis 80.

S. BASILII, ET ALIOR. OPERA.

I. pag. 1. SAncti Basilii Caesariensis Episcopi Hexaëmeron ex graeco in latinum traductum per Rufinum Presbyterum Aquileiensem, sive in Hexaëmeron, vel Opus sex dierum Libri IX. Primus inc. *In principio fecit Deus caelum & terram. Conveniens exordium de mundi compositione narraturus assumpsit, decorationem gestorum operum, sui faciens sermonis initium*. Nonus des. *confundatur impius, erubescat Iudaeus, exsultet iustus, praedicationibus veritatis glorificetur Dominus nunc & semper &c.* De hac Rufini versione ne verbum quidem facit Fabricius Biblioth. Gr. Tom. VIII. pag. 69. neque Iulianus Garnier Tomo I. Oper. Basilii, Paris. apud Io. Bapt. Coignard MDCCXXI. fol. in Monito praevio ad hoc Opus. *Cod. XLIV.*

II. pag. 33. Sancti Gregorii Episcopi Nysseni ad fratrem suum Petrum Presbyterum de imagine, idest de hominis conditione, quae a fratre eorum sancto Basilio Episcopo in Hexaëmerum est omissa, Liber, in Capita XXXI. divisus, interprete Dionysio Exiguo, cuius praemittitur Prologus, ita inscriptus: *Domino sanctissimo, & a me plurimum venerando sacro Egipio* (seu Eugippio) *Presbytero Dionysius Exiguus*. Inc. *Sancto venerationis studio, pro meis viribus obsequutus, beati Gregorii Nysseni Episcopi Librum de conditione hominis ex graeca loquutione converti, triginta & uno ab eodem Capitulis explicatum*. Des. *tamen a patria non procul exsulare creditur, si semper patriam desiderio consequatur*. Sequitur deinde Prologus auctoris, cuius initium: *Si pecuniarum preciis eos oporteret honorare, qui virtutibus eminent &c.* Finis: *quo possis in brevi totius operis*

Digitized by Google

operis effectum per singula caeptorum nostrorum argumenta cognoscere. Huic succedunt Capitula, seu potius argumenta Capitum XXXI. quae Librum ipsum constituunt. Caput primum inscriptum: *Particularis quaedam ratiocinatio de Mundo, naturalisque disputatio, & clarior expositio de iis, quae prius in hominis formatione facta monstrantur*, inc. *Hic Liber, ait Scriptura, generationis caeli & terrae, quando perfecta sunt omnia, quae videntur, & ad proprium situm singula discreta cesserunt &c.* Vltimum, cui titulus: *Contemplatio quaedam medicinalis, potiusque de corporum constructione paucis absolvitur*, des. *sed revertamur rursus ad illam divinam gratiam, qua creavit in principio Deus hominem, qui dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; cui est gloria &c.* Vertit iam olim Dionysius Exiguus Romanus ante annum Christi DLVI. denatus, cuius interpretatio exstat in latina Operum Nysseni editione Basileensi an. MDLXII. fol. pag. 417. Sed in omnibus his editionibus deest versio Praefationis Nysseni, & Dionysii ipsius Epistola nuncupatoria ad Eugippium Presbyterum, eumdem sine dubio, quem una cum Dionysio celebrat Cassiodorus Divinar. Lection. Cap. XXIII. Vtramque dedit Io. Mabillonius in limine Tom. II. Analect. Paris. MDCLXXVII. 8. Vid. Fabric. Tom. VIII. Biblioth. Gr. cit. pag. 145.

III. p. 61. Sancti Basilii de Institutis Monachorum Libri V. praeviis unicuique Capitum tabulis, primo vero etiam Prologo Interpretis Rufini Presbyteri ad Vrsatium, cuius initium: *Satis libenter*. Finis: *vel observationibus vivant*. Liber primus inc. *Humanum genus diligens Deus, & docens hominem scientiam &c.* Liber quintus des. *sed sufficientia nostra ex Deo est*. Occurrunt in Cod. XXIII. Plutei XXIII. Biblioth. Laurent. Catal. Codd. Latin. Tom. I. pag. 734. §. VIII. sub unico tantum Libro comprehensi. Exstant autem in Cod. Regular. Lucae Holstenii, Romae per Vitalem Mascardum MDCLXI. T. I. a pag. 173. ad pag. 280.

IV. pag. 90. Eiusdem de vera integritate Virginitatis Liber ad Letoium Melitensem Episcopum, interprete Ambrosio Monacho, cuius praecedit Praefatio ita inscripta: *Domino venerabili atque omni charitatis officio suscipiendo Patri Gabrieli Ambrosius*. Inc. *Prolixum Librum sancti Basilii Caesariensis Episcopi, viri profecto gravissimi, de vera integritate Virginitatis inscriptum, ex graeco converti*. Des. *quietam ac tranquillam aevo longiore tueatur, Domine venerabilis, ac desiderabilis Pater*. Liber inc. *Quum plurimi ex iis, qui immortalem sponsum nostrum familiarius ambiunt &c.* Des. *immortalitatisque corona digni inveniamur, per Iesum Christum, per quem est Patri gloria &c.* Memorat hanc versionem Fabricius Tom. VIII. Biblioth. Gr. cit. pag. 77.

V. pag. 117. Eiusdem Doctrina ad Monachos. Inc. *Audi fili, & inclina aurem tuam ad verba oris mei. Commoda mihi Libenter auditum, & corde sedulo cuncta, quae dicuntur, ausculta*. Des. *Nec in cor hominis adscendit, quae praeparavit Deus diligentibus se*. Exstat in Appendice cit. Codicis Regular. Monast. Holstenii a pag. 30. usque ad pag. 53.

VI. pag. 122. b. Eiusdem de laudibus solitariae vitae Sermo. Inc. *Libet de singularis vitae meritis pauca perstringere*. Des. *ad aedificationem pervenit, domum non manufactam, aeternam in caelis*. Non Basilium auctorem habet, sed Petrum Damiani, petitum ex eius Opusculo XI. sive *Dominus vobiscum*, Cap. XIX. Tom. III. Oper. pag. 103. seq. edit. Paris. an. MDCXLII. fol.

VII. pag. 124. b. Eiusdem Sermo quidam anepigraphus. Inc. *Tempus est exclamare nos illud propheticum: Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lacrymarum*. Des. *simul, & Angelis, & hominibus cuncta revelanda sunt in Christo Domino nostro*. Operum Basilii cit. edit. Paris. apud Io. Bapt. Coignard., cura Io. Garnerii Tom. II. a pag. 740. ad p. 742.

VIII. pag. 127. Eiusdem de invidia Oratio, interprete Nicolao Perotto, praevio Prooemio ad Nicolaum V. Pontificem Maximum, cuius initium est: *Contemplanti mihi saepenumero, summe Pontifex, virtutes vitiaque mortalium &c.* Finis: *ceteris, qui hanc nostram lucubratiunculam lectitare voluerunt, prodesse volunt. Vale*. Oratio inc. *Bonus est Deus, & bonorum meritorum merentibus largitor*. Des. *donantes invicem, sicut & Deus donavit nobis*. Haec Nicolai Perotti, qui obiit an. MCCCCLXXX. XIII. Dec. versio lucem vidit ad calcem Censorini, ex Philippi Beroaldi recensione circa annum MD. 4.

IX. pag. 129. b. Eiusdem ad Nepotes de ordine & modo studendi Poëtis & Oratoribus Liber, conversus e graeco in latinum a Leonardo (Bruno) Arretino cum Prologo interpretis ad Coluccium Salutatum, cuius initium: *Ego tibi hunc Librum, Coluci, ex media (ut aiunt) Graecia delegi*. Finis: *in quo animadverte, quaeso, quanta gravitas sit*. Lib. inc. *Multa sunt, filii, quae hortantur me ad ea vobis consulenda, quae optima duco*. Des. *quod ut vos non patiamini, nunc recta consilia adspernantes*. Basilii Magni Liber ab Arretino in latinum translatus ad Iuvenes, quibus studiis opera danda est, prodiit Bononiae an. MCCCCXCVII. & Florentiae bis in officina Philippi Iuntae an. MDXVI. mense Augusti, & MDXXVI. mense Februar. 8. sed sine Epistola ad Coluccium nuncupatoria.

X. pag. 134. Eiusdem Epistola ad Amphilochium Episcopum, quia ignoret filius diem, & de Ieconia, & de baptismate, & de essentia, & hypostasi, & de mundi gubernatione. Inc. *Inquisitum iam a nobis Evangelicum dictum &c.* Occurrit in Codice XXXI. Plut. XVII. Biblioth. Laurent. T. I.

pag.

Digitized by Google

pag. 356. §. XIII. Tam huius, quam sequentium quatuor Epistolarum interpres est Rufinus Aquileiensis Presbyter.

XI. pag. 136. Eiusdem Epistola ad Terentium Comitem, quia non idipsum est essentia, & hypostasis. Inc. *Quando audivimus venerationem tuam &c.* Ibidem sub numero II.

XII. pag. 137. Eiusdem Epistola ad beatum Ambrosium Mediolanensem. Inc. *Magnae, & multae Domini nostri donationes &c.* Ibid. num. III.

XIII. pag. ead. Eiusdem Epistola ad Theodoram ancillam Dei. Inc. *Dignos nos efficit &c.* Ibid. num. IV.

XIV. pag. ead. b. Eiusdem Epistola ad Ancillas Dei. Inc. *Quantum exagitavit nos &c.* Ibid. num. V.

XV. pag. 139. Gregorii Nazianzeni Episcopi Apologeticus ex graeco in latinum translatus ab eodem Rufino, cuius praecedit Prooemium ad Apronianum, cuius initium est: *Proficiscenti mihi*. Finis: *magis probato*. Liber inc. *Victus sum, & fateor me esse superatum &c.* In dicto Codice XXXI. loc. cit. pag. 355. §. I.

XVI. pag. 154. Eiusdem de Natali Domini Sermo. Inc. *Christus nascitur*. Ibid. §. II.

XVII. pag. 158. Eiusdem de Luminibus, quod est de secundis Epiphaniis. Inc. *Iterum Iesus meus*. Ibid. §. III.

XVIII. pag. 163. Eiusdem Sermo, quum de agro revertitur. Inc. *Desiderabam vos, o filii*. Ibid. pag. 356. §. V.

XIX. pag. 167. b. Eiusdem Sermo de dictis Ieremiae Prophetae ante Imperatorem pro quodam periclitante. Inc. *Ventrem meum &c.* Ibid. §. VI.

XX. pag. 170. b. Eiusdem de Pentecoste, & de Spiritu Sancto dicta in Ecclesia Constantinopolitana. Inc. *De solemnitate huius diei &c.* Ibid. §. IV.

XXI. pag. 174. b. Eiusdem de reconciliatione, & unitate Monachorum Liber. Inc. *Linguam nostram &c.* Ibid. §. VII.

XXII. pag. 179. b. Eiusdem de grandinis vastatione, quum Pater Episcopus reticeret. Inc. *Quid laudabilem &c.* Ibid. §. VIII.

XXIII. pag. 184. Eiusdem Fides. Inc. *Fides conscripta apud Nicaeam recte credentibus Episcopis* CCCXVIII. *Credimus in unum Deum, Patrem Omnipotentem, visibilium factorem*. Des. *hunc enim tractatum scimus contra omnes haereses invicta veritate oppositum*. Circa medium huius Opusculi inter verba: *Quum ego hanc unitatem substantiae*, & verba: *non enim unum cum Patre se diceret &c.* relicta est in Codice pag. 187. b. lacuna unius paginae, adscripto in margine: *defectus iste in nullis Codicibus inveniri potuit*. Tom. I. Operum Paris. apud Claudium Morellium MDCIX. fol. Tom. I. a pag. 727. ad pag. 736.

XXIV. pag. 190. Eiusdem Liber contra Arrianos, quod non licet semper, & publice de Deo contendere. Inc. *Ad eos, qui in sermone callent, sermo nobis est, & de Scripturis incipiam. Ecce ego ad te, inquit, contumeliosa. Sunt etenim quidam auribus prurientes, & lingua, iam vero, ut video, etiam manu, qui profanis vocum novitatibus, & quaestionibus, atque obiectionibus falsae scientiae verborum pugnas ad nullam utilitatem movent*. Des. *arguamus Platonem, & opus fundendae per diversas corporum species animae opinionem, quam..... vocant, & circuitus quosdam per diversas vitas animarum nostrarum, & reminiscentias, & cetera his similia. Impugnemus Epicurum Deum non sentientem*. In cit. edit. est Oratio XXXIII. sub titulo: *Oratio I prima de Theologia, quae disputationis adversus Eunomianos est velut praeludium*, ex diversa tamen interpretatione, & in fine aliquanto longior; ultima enim Codicis verba, licet aliquantum diversa, in editione incidunt in pag. 535. vers. 41.

XXV. pag. 192. b. Sancti Basilii Episcopi Sermo de Psalmo I. scilicet *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum*. Inc. *Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum*. Des. *& vobis fructum ex his, quae audistis, per gratiam D. N. I. C. cui gloria &c.* S. Basilii Oper. curante Iuliano Garnier MDCCXXI. fol. Tom. I. a pag. 90. ad pag. 97. Et ex Rufini versione ibid. p. 713.

XXVI. pag. 196. b. Eiusdem de eo quod scriptum est: *Attende tibi, ne forte fiat in corde tuo sermo occultus iniquitas*. Inc. *Sermonis usum Deus nobis, qui nos creavit, indulsit pro eo, ut cordis occulta consilia invicem nobis verbi ministerio panderemus*. Des. *attende ergo tibi, ut possis attendere Deo*. Ibid. Tom. II. a pag. 16. ad pag. 24. & in calce ex Rufini interpretatione pag. 717.

XXVII. pag. 200. b. Eiusdem de eo quod scriptum est in Evangelio: *Hominis cuiusdam divitis fructus uberes ager attulit*, & reliqua. Inc. *Duplex est tentationum species*. Des. *& ad praeparata pergatis regna caelestia, per eum, qui vos vocavit, Christum Iesum Dominum nostrum, cui gloria &c.* Tom. II. a pag. 43. ad pag. 50. ubi inscribitur: *In illud dictum Evang. sec. Lucam: Destruam horrea mea, & maiora aedificabo, itemque de avaritia*. Prout autem legitur in Codice, ex interpretatione Rufini, adfertur ibid. pag. 722.

XXVIII. pag. 204. Eiusdem Sermo de invidia. Inc. *Bonus est Deus, & digne laudabuntur quae bona sunt*. Des. *sicut & Deus donavit nobis in Christo Iesu Domino nostro, cui est Deo Patri &c.* Tom. II. a pag. 91. ad pag. 97. & in calce huius Vol. pag. 726. Rufino interprete.

XXIX. pag. 207. b. Eiusdem Capitulum de Fide. Inc. *Dei quidem sine intermissione esse memorem, pium est*. Des. *& numquam nos derelinquere per gratiam D. N. I. C. cui est gloria &c.* Tom. II. a pag. 130. ad pag. 133. & Rufino interprete. In calce pag. 733.

XXX.

Digitized by Google

XXX. pag. 209. Eiusdem in principium Proverbiorum Salomonis, quae dixit, quum esset Presbyter, iubente Episcopo. Inc. *Magna est obedientiae merces.* Des. *usquequo restituaris ad illum quietissimum, & tranquillissimum portum divinae voluntatis, in Christo Iesu, cui gloria &c.* Ibid. a pag. 97. ad pag. 113. & prout exstat in Codice, ex versione Rufini in calce eiusdem Voluminis p. 730.

XXXI. pag. 216. b. Eiusdem de Psalmo LIX. Inc. *Consideranti mihi, & pervidenti intentos ad audiendum animos vestros.* Des. *confirmati, & conroborati in spe nostra, qui est Christus Dominus noster, cui est gloria &c.* Ibid. a pag. 742. ad pag. 744. ex Rufini interpretatione.

XXXII. pag. 218. b. Eiusdem Sermo de ieiunio. Inc. *Canite tuba in initio mensis, in die insignis solemnitatis nostrae, Propheta praecipiebat populo Israël. Nobis quoque super omnem buccinae sonum, & super omnem clangorem adventum ieiunii, & medicinales animae dies adesse per Propheticas & Evangelicas Scripturas Spiritus Sanctus increpuit &c.* Des. *ut mereamur post longa ieiunia percipere de ligno vitae, quod est Sapientia Dei, & Vnigenitus Filius eius Dominus noster Iesus Christus, cui est gloria &c.* Ibid. a pag. 1. ad pag. 10. & ex versione omnino diversa; in Codice autem nostro est multo brevior, quam in editione.

XXXIII. pag. 219. b. Eiusdem Sermo secundus de ieiunio. Inc. *Habeant fortasse aliquid difficultatis illa praecepta, in quibus vel adversum utilitatem corporis veniendum est, vel ipsis naturae affectibus renitendum &c.* Des. *& nos misericordiam consequamur a Christo Rege & Iudice Deo nostro, per quem est Deo Patri &c.* Differt omnino a Sermone secundo de Ieiunio, qui exstat ibid. pag. 10. seq. ubi multo est longior, quam in Codice.

XXXIV. pag. 221. Eiusdem sermo de inventione Capitis sancti Ioannis Baptistae. Inc. *Narrat Iosephus inventum fuisse Ioannem Baptistam in Castellum Macherunta.* Des. *non livorem praeferat, sed charitatem, ipso auxiliante, cuius regnum & imperium sine fine permanet in saecula saeculorum. Amen.* Tum repetitur titulus hoc pacto: *Gregorii Nazianzeni Episcopi Sermo de inventione Capitis sancti Ioannis Baptistae feliciter explicit.* Occurrit haec enarratio in Codice VII. Briblioth. Aedilium Eccles. Flor. Tom. superiore pag. 21. §. X. sine nomine auctoris, ubi adnotavimus reperiri apud Bollandum in Actis SS. Tom. IV. Iunii a pag. 757. ad pag. 759. edit. Venet.

XXXV. pag. 225. Sermo beati Gregorii Nazianzeni de Pascha. Inc. *Supra custodiam meam stabo &c.* ut in praedicto Codice XXXI. Plutei XVII. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. I. pag. 356. §. IX.

XXXVI. pag. 230. Eiusdem Tractatus de Sermonibus, & de Martyribus, & in Iulianum Peraequatorem. Inc. *Quae est haec tyrannis &c.* Ibid. §. X. Heic quoque pag. Codicis 232. alia unius columnae lacuna relicta est, inter verba: *propter eum, qui plasmavit,* & *cum Christo distribuis &c.* adposita in margine notula: *in nullis Codicibus reperitur.*

XXXVII. pag. 233. Eiusdem Epistola ad Cledonium prima. Inc. *Quoniam multi &c.* Ibid. §. XI.

XXXVIII. pag. 234. b. Eiusdem ad eumdem Epistola secunda. Inc. *Vellemus addiscere, quae sit haec nova erga Ecclesiam adinventio &c.* Des. *& per nostrum taedium, iniquum dogma & pascua, & virtutem accipiat.* Exstat in eius Operum editione Paris. anni MDCIX. fol. Graeco-lat. pag. 736. ex diversa tamen interpretatione.

XXXIX. pag. 237. Eiusdem Epistola ad Virginem. Inc. *Virgo sponsa Christi &c.* Vt in cit. Codice XXXI. §. XII.

XL. pag. 238. Beati Athanasii Archiepiscopi Alexandriae Libri II. contra impium Apollinarem de salutari Epiphania Christi. Primus inc. *Qui Dominum nostrum Iesum Christum non ex Deo & homine unum confitentur &c.* Secundus des. *& non ex transverso extendentes, effetare conamini veritatem.* In edit. Operum Paris. apud Io. Anisson MDCXCVIII. fol. Tom. I. Part. II. a pag. 940. ad pag. 955. ubi inscribuntur: *De Incarnatione D. N. I. C. contra Apollinarium Libri II.*

XLI. pag. 243. Eiusdem Liber de divina & consubstantiali Trinitate, & de inhumanatione Verbi contra Apollinarem. Inc. *Pius quidem modus sine labore est, dilectissime, taciturnitate colere universum.* Des. *& confessionem bonitatis eius, & spes salutis nostrae.* Ibid. a pag. 922. ad pag. 940. ex diversa interpretatione.

XLII. pag. 249. Eiusdem Liber de apparitione Dei Verbi in carne. Inc. *Qui versute divinas Scripturas intelligere volunt, humana verba paupertatis in Filium Dei transferre cupiunt, ad constabiliendam blasphemiam suam. Omnis autem integritas christianitatis in abiectis verbis, & rebus invenitur.* Des. *sed qui vidit me, vidit & Patrem; & non ex rapina habet, ut sit aequalis Patri; sed secundum naturam est aequalis, & consubstantialis Patri, quia ex paterna essentia natus est.* Ibid. pag. 871. seq. item ex diversa interpretatione, & multo longior, quam in Codice.

XLIII. pag. 255. Eiusdem Epistola ad Adelphium Episcopum & Confessorem. Inc. *Dilectissimo, & amantissimo Adelphio Episcopo, & Confessori Athanasius Archiepiscopus, & qui in Alexandria sunt fratres in Domino salutem. Inspicientes litteras, quae a tua veneratione scriptae sunt &c.* Des. *saluta diligentes Dominum nostrum Iesum Christum.* Ibid. a pag. 911. ad pag. 917, item ex diversa interpretatione.

XLIV. pag. 257. Eiusdem Epistola ad Maximum philosophum. Inc. *Inspiciens ea, quae a te modo scripta sunt, tuam quidem benivolentiam amplexus sum.* Des. *in Spiritu San-*

Digitized by Google

Sancto impie agentem. Ibid. a pag, 918. ad pag. 920. ex diversa pariter interpretatione.

XLV. pag. 258. Eiusdem de Incarnatione Dei Verbi. Inc *Confitemur Filium Dei, qui ante saecula sempiterna ex Patre natus est*. Des. *si quis vobis evangelizaverit praeter id, quod accepistis, anathema sit*.

XLVI. pag. ead. b. Eiusdem Epistola ad eos, qui Perside sunt, & qui in Persarum provincia habitant. Inscribitur, & inc. *Dilectissimo Papae, et ei, qui in ipso est Clero, & qui in Persarum provincia habitant, in fide Dei firmati sunt, Athanasius in Domino gaudere. Sancta & divinitus inspirata Scriptura antiquiorum nobis actus enarrat*. Des. *& sunt paria Epistolae Dionysii, quae contuli*. Tom. II. Oper. pag. 716.

XLVII. pag. 259. b. Eiusdem Dialogus Orthodoxi, & Apollinaristae de Christo. Inc. *Orthodoxus dixit: Corpus humanum habuit Christus, an non? Apollinarista respondit, non*. Des. *& quomodo ipsius anima est animae, sic & ipsius vox, vox animae*. Non occurrit inter Opera.

XLVIII. pag. 262. Dionysii Alexandriae Epistola ad Paullum Samosatenum. Inscribitur & inc. *Dilectissimo fratri Paullo Episcopo Antiochiae cum omni clero Dionysius Episcopus Alexandriae multum gaudere. Et primum, scribente te, scripsimus, attrahentes te, ut manifeste diceres, quod vis*. Des. *& dignissimis operibus contuli*. Exstat Tom. II. Oper. S. Athanasii pag. 717.

XLIX. pag. 263. b. Beati Gregorii Episcopi Nysseni Epistola ad Philippum Monachum de Arrianorum oppositionibus. Inc. *Malitia genimen est animae, & quicumque ad eam proclives se habent, omnium bonorum substinent despectionem*. Des. *ad eum, qui mala dissolvit, & Salvator est Christus, cui gloria &c.* Non est in cit. editione, neque inter Epistolas editas a Laur. Zachagnio in Collectaneis Monum. Vet. Romae typis Sacrae Congr. prop. fid. MDCXCVIII. 4. nec non ab Io. Bapt. Caracciolo, Florentiae apud Tartinum MDCCXXXI. 4.

L. pag. 264. b. Beati Athanasii Alexandrini Episcopi de unita Trinitate Deitatis Libri VIII. quorum primus inc. *Tu unus Deus, Pater, Fili, & Sancte Spiritus &c.* Octavus des. *& unitas Trinitatis*. Concordant mirifice cum iis, qui habentur in Codice XVI. Plutei XIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 57. §. I. ubi singulorum initium, & finem retulimus, & nonnulla de huius Operis auctore delibavimus. Habes autem inter Opera Tom. II. a pag. 604. ad pag. 623.

LI. pag. 281. b. Eiusdem Liber de Sancto Spiritu. Inc. *His, qui filium Dei creatum esse profitentur &c.* In dicto Codice XVI. Catal. Tom. cit. pag. 58. §. II.

LII. pag. 291. Eiusdem, Professio Arriana, & Confessio Catholica. Inc. *Arriani dicunt &c.* Ibid. §. III.

LIII. pag. 295. Eiusdem Fides. Inc. *Credere iubemur &c.* Ibid. §. IV.

LIV. pag. 299. Eiusdem Epistola ad Epictetum Corinthiorum. Inc. *Ego quidem putabam &c.* Ibid. §. V.

LV. pag. 301. b. Eiusdem Epistola ad Episcopos per Africam constitutos. Inc. *Sufficiunt quidem ea, quae scripta sunt &c.* Ibid. pag. 59. §. VI.

LVI. pag. 305. Epistola Synodica eiusdem, & omnium Aegyptiorum Pontificum de verae fidei regula, pro qua persequebatur, Liberio Papae directa. Inc. *Vestrae beatissimae paternitatis iura &c.* Ibid. §. VII.

LVII. pag. 306. Liberii Papae Epistola Athanasio, & universis Aegyptiorum Episcopis directa, ut in recta fide contra omnes persistant haereticos. Inc. *Olim, & ab initio &c.* Ibid. §. VIII.

LVIII. pag. 307. Epistola Athanasii Alexandrinorum Episcopi, & omnium Aegyptiorum Felici Papae, successori videlicet Liberii, directa, qua suam, suorumque sequacium intimatur (*sic*) pro fide oppressionem, postulantes eius summum, ut decet, suffragium. Inc. *Vestro sancto suggerimus Apostolatui &c.* Ibid. §. IX.

LIX. pag. 309. Eorumdem Epistola ad Marcum sanctae Romanae sedis Papam, qua postulant ab eo sibi mitti plenaria Nicaeni Concilii Exemplaria sub tuta stipulatione, & quod septuaginta sint Capitula Nicaeni Concilii. Inc. *Ad vos pervenisse non dubitamus &c.* Ibid. §. X.

LX. pag. ead. b. Marci Papae Epistola ad Athanasium Episcopum, & ceteros Episcopos Aegyptiorum. Inc. *Doleo fratres &c.* Ibid. §. XI.

LXI. pag. 310. b. Athanasii Alexandrini Episcopi contra Gentiles Libri II. traducti ex graeco in latinum per clarum virum Ambrosium Camaldulensem. Liber primus inc. *Verae, ac divinae religionis, pietatisque cognitio &c.* Secundus des. *qui virtutis sequuntur viam, diligentes Deum, & Patrem in Christo Iesu Domino nostro*. Occurrunt etiam in Codice XX. Plut. XIV. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 126. §. I. cum quo concordant etiam quoad titulum Libri secundi. Heic tantummodo coniungitur cum ipso Opere Praefatio, quae in illo seiuncta erat. Praemittuntur Volumini indices duo, primus valde contractus, cui adnectitur Cosmianae liberalitatis testimonium, ut in Codice VIII. alter uberior, utpote qui singulorum Operum titulos, & initia sub oculos ponit, ac foliis tribus comprehenditur.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis diligenter, nitideque exaratus, cum initialibus singulorum Operum pictis & coloratis, & titulis rubricatis, & cum ornatu marginali primae paginae, abscissa tamen illa marginis parte inferiore, ubi fortasse Mediceum stemma erat depictum. Constat foliis scriptis 344.

Digitized by Google

SANCTI CYRILLI ET ALIORVM OPERA VARIA.

Cod. XLV.

I. pag. 1. CYrilli Archiepiscopi Alexandrini Liber, qui appellatur *Thesaurus*, seu potius Libri XIV. adversus haereticos, quod Filius, & Spiritus Sanctus unus Deus cum Patre sunt, ad fratrem suum Nemesium petentem, conscripti; & a Georgio Trapezuntio traducti. Praecedit interpretis Praefatio ad inclytum Alphonsum Aragonum, & utriusque scilicet Siciliae Regem, cuius initium: *Beati Cyrilli Thesauros e graeco sermone in latinum, Serenitatis tuae iussu traduxi, Alphonse Rex inclyte, traductosque tuo nomini, atque tutelae dedicavi.* Finis: *sic ipse quoque, intercessione ad Deum sua, triumphum utrorumque hostium, corporis dico & spiritus, tibi sit adlaturus.* Liber primus inc. *Ad maximos labores tua charitas, frater Nemesine, hortatur &c.* Liber XIV. des. *si ipse Spiritus Sanctus, ut isti temere contendunt, Deus non est.* Tum subiicitur: *Explicit Liber beati Cyrilli Episcopi Alexandrini contra diversas haereses. Laus Deo. Amen.* Vide quae de hac Georgii Trapezuntii versione refert Fabricius Biblioth. Graec. Tom. VIII. pag. 163. & Christianus Frid. Boërnerus de doctis hominibus Graecis, litterar. Graecar. in Italia instauratoribus, Lipsiae MDCCL. 8. pag. 113.

II. pag. 85. Ioannis Chrysostomi Archiepiscopi contra Anomoeos, quod Deus incomprehensibilis sit, Sermones V. e graeco per Fratrem Ambrosium Ordinis Camaldulensis in latinum conversi. Primus inc. *Quid est hoc? Pastor non adest &c.* Quintus des. *& aeternis bonis perfruamur, gratia & misericordia D. N. I. C. cum quo est Patri gloria &c.* Occurrunt etiam in Cod. XIII. Plutei XXVI. Biblioth. Laurent. Catalogi Codd. Latin. Tom. I. pag. 765. §. VIII.

III. pag. 106. b. Ioannis Chrysostomi Vita ex Palladio habita, per Ambrosium Monachum de graeco in latinum traducta, cum Praefatione interpretis ad Eugenium Papam IV., quae inc. *Converti nuper ex graeco Vitam sanctissimi viri Ioannis Constantinopolitani Episcopi, cui a nitore orationis & copia, Chrysostomi cognomen est inditum, a Palladio venerabili Antistite, ipsiusque discipulo scriptam.* Des. *Dominus noster servare dignetur incolumem, Domine beatissime, atque indulgentissime Pater.* Vita inc. *Quum venisset aliquando Romam Palladius, Helenopolitanae Ecclesiae venerandus Antistes &c.* Des. *ipse nobis partem & hereditatem tribuat invenire cum illo in terribilis iustique iudicii die, cui est gloria &c.* Vt Eugenio IV. indulgeret Pontifici, Romae latine transtulit hanc Chrysostomi Vitam Ambrosius, quam in Vrbe graecam confecerat Palladius, Helenopolitanae Ecclesiae Episcopus, eamque Papae obtulit, eo consilio, ut hoc ingenii sui monumento emereretur pecunias in huiusmodi promotionibus solvi consuetas. Vid. Libr. XXIII. Epist. III. col. 957. Hunc eumdem Codicem memorat Cl. Mehus in Vita Ambrosii pag. cccic. quem vide.

IV. pag. 143. Vita eximii Theologi Gregorii Nazianzeni a Gregorio Presbytero conscripta, & per Ambrosium Monachum Camaldulensem ex graeco in latinum conversa, praeviis duabus Praefationibus, altera interpretis, ad singularem atque pissimum virum Iulianum (Caesarinum) Cardinalem sancti Angeli, amicissimum suum, altera Biographi. Illa inc. *Vetus consuetudo est &c.* Haec inc. *Invitat nos quidem &c.* Vitae initium est: *Patria illi secunda &c.* Finis: *quod illi iuxta vires offertur.* Exhibet hanc Vitam etiam Codex IV. Plutei LXVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tomo II. p. 816. §. I. cum quo concordat.

V. pag. 155. b. Vita sancti Athanasii Episcopi Alexandrini a Ioanne (Tortello) Arretino Clerico de graeco in latinum translata, cum Praefatione ad beatissimum Eugenium Papam quartum, cuius initium est: *Non ab re futurum arbitror, Eugeni Pater beatissime, si viri admirabilis Athanasii Alexandrini Episcopi Vitam ex graecorum Codicibus in nostrum sermonem conscribens, eamque tuae Beatitudini dedicaturus, caussas prius aperiam, & quid me potissimum ad hoc ipsum impulerit, aperiam.* Finis: *non dubito, quin & consolatio tibi, & amor ingens, atque devotio sanctissimo Athanasio augeatur.* Vita inc. *Quum post persequutionem Diocletiani, & Maximiani crudelissimorum Imperatorum, pax Christianis, & quies data fuisset, & foecunditas Ecclesiae fructus exhiberet amplissimos, atque Confessorum inclytis meritis congauderet &c.* Des. *qui sua virtute, & sapientia pacem Ecclesiis reddi procuravit, donante D. N. I. C. qui vivit &c.* Tum subiicitur in rubrica: *Explicit Vita sancti Athanasii Episcopi Alexandrini, qui scientia & sanctitate multos antecessit diebus suis, & alienis. Laus Deo. Amen.* Haec Vita, teste Fabricio Bibl. Med. Tom. IV. pag. 153. praefixa legitur Opusculis Athanasianis editis Parisiis apud Io. Parvum MDXX. & in Vitis SS. Lipomanni Tom. III. atque in Hagiologio Georgii Wicelii, Moguntiae MDXLI. fol.

VI. pag. 180. S. Ioannis Chrysostomi ad Stagirium Monachum Arreptitium de Providentia Dei Libri III. interprete Ambrosio Monacho Camaldulensi, cum Praefatione ad Infantem Petrum, Lusitaniae Principem, cuius initium: *Sunt quidem plurima &c.* Liber primus inc. *Oportuerat quidem &c.* Tertius des. *frangi, vel deiici poteris.* Occurrunt etiam in Codice XXV. Plutei XIX. Biblioth. Laurent. Catalogi Tomo I. pag. 565. §. II.

VII. pag. 211. b. Dialogus sancti Ioannis Chrysostomi Constantinopolitani Episcopi, & sancti Basilii Caesariensis Episcopi, collegae beati Gregorii Nazianzeni, qui intitulatur

Digitized by Google

tulatur de Dignitate Sacerdotali, Libris VI., praevio singulis, primo excepto, Capitum indice. Liber primus inc. *Mihi quidem multi fuerunt &c.* Liber sextus des. *ut nos quoque in die illo periclitantes, in aeternum tuum recipias habitaculum. Amen.* Ibid. §. I.

VIII. pag. 243. b. Gregorii Nysseni, fratris Magni Basilii, Liber de perfecta hominis vita, seu de vita Moysis, per Georgium Trapezuntium e greco in latinum traductus, praemissa interpretis Praefatione, cuius initium est: *Nuper, Reverendissime Pater, beati Gregorii Nysseni de vita Moysi, qua perfectam hominis vitam ostendere voluit, Opus profecto perutile, de graeco in latinum traduxi &c.* Finis: *quod tu ipse in hoc Opere legendo, si tamen prae occupationibus tuis licuerit, iudicabis. Sed iam ipsum latine loquentem, si placet, audiamus.* Liber inc. *Quemadmodum qui certamen equorum, non sine magna delectatione animi spectant &c.* Des. *qua sola, meo iudicio, vita hominis perficitur.* Tum repetitur titulus in rubrica hoc pacto: *Explicit Liber de vita Moysi, sive de perfecta vita hominis, a Gregorio Nysseno edita graeco sermone, quam Georgius Trapezuntius fecit latinam.* Innuit hanc versionem Fabricius Biblioth. Graecae Tom. VIII. pag. 146. seqq.

Praemittitur Volumini de more index accuratissimus, sub oculos ponens inscriptiones, & initia, tam Librorum, quam Capitum singulorum, in quae Libri ipsi dividuntur; necnon Cosmianae munificentiae testimonium, quale habetur in Codice V.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. eleganter, ut ceteri, nitideque conscriptus, cum initialibus Librorum litteris pictis & coloratis, & titulis eorumdem simul, & Capitum singulorum rubricatis, itemque ornatu marginali primae paginae, cui decorem addit primi Operis littera initialis inaurata, ac Mediceae familiae gentilitium stemma. Constat fol. scriptis 267.

LEONIS MAGNI SERMONES, ET EPISTOLAE.

Cod. XLVI.

I. pag. 1. S. Leonis Papae Sermones, qui collati cum editis inter eius Opera edit. Venetae anni MDCCXLVIII. fol. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 97. eodem ordine progrediuntur, quo habentur in Codice XI. Plutei XXI. Biblioth. Laurent. Catalogi Tomo I. pag. 684. §. I. In Codice vero nostro clauduntur hac subscriptione: *Expliciunt Sermones beati Leonis Papae. Deo gratias. Amen. Absolvit N. die nona Febr.* MCCCCLXI. *tunc aetatis annorum* LXX *duorum.* Et paullo inferius: *Iste fuit Leo I., cui Virgo Maria manum restituit, cuius festum celebratur in vigilia Apostolorum.*

II. pag. 145. b. Sequuntur eiusdem Epistolae numero XXVI. & quidem hoc ordine.

Ord. Cod.		*Ord. Edit.*
I.	p. ead. Ad Mauros Episcopos.	I.
II.	pag. 148. Corvulo Episcopo Astorigensi (1).	XV.
III.	pag. 153. b. Theodosio Augusto	XXI.
IV.	p. 154. Pulcheriae Augustae.	XXVII.
V.	pag. 156. Marciano Augusto.	LXXIV.
VI.	pag. ead. Pulcheriae Augustae per Theotistum Magistrianum.	LXXV.
VII.	pag. 157. Synodo apud Chalcedonem constitutae	LXXII.
VIII.	pag. ead. b. Ad Ravennium, Rusticum, & alios (2)	LXXVII.
IX.	pag. 159. Marciano Augusto per Lucinum Episcopum, & Basilium Diaconum de ambitu Anatolii.	LXXVIII.
X.	pag. 160. b. Pulcheriae Augustae de ambitu Anatolii.	LXXIX.
XI.	pag. 161. b. Iuliano Episcopo Coënsi de Aetio, & Andrea.	LXXXVI.
XII.	pag. 163. Marciano Augusto de Aetio, & Andrea.	LXXXIV.
XIII.	pag. 164. Pulcheriae Augustae de Aetio, & Andrea.	LXXXV.
XIV.	pag. ead. b. Iuliano Episcopo Coënsi.	XCI.
XV.	pag. 165. Marciano Augusto de Pascha.	XCIV.
XVI.	pag. 166. Eudociae Augustae de Palaestinis Monachis (3).	XCV.
XVII.	p. ead. b. Eudociae Augustae de Palaestinis Monachis.	XCVI.
XVIII.	pag. 167. Iuliano Episcopo per Comitem Rodanium.	XCVIII.
XIX.	pag. ead. b. Theodorito.	XCIII.
XX.	pag. 170. Epistola anepigrapha, sed est ad Iulianum Episcopum Coënsem (4).	C.
XXI.	pag. ead. b. Marciano Augusto.	CIV.

Huius Epistolae finis differt ab editione; ita enim desinit: *qui etiam clero, & plebi ipsius Civitatis cum praedictorum Episcoporum praedicationibus, eorum versutiam declarabunt:* quae verba paullo ante finem occurrunt.

XXII.	pag. 171. ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum de Incarnatione Domini.	XXIV.
XXIII.	pag. 175. b. Theodoro Episcopo Foroiuliensi.	LXXXIII.

(1) In edit. *Turribio Asturicensi Episcopo.*
(2) In edit. *Ad Episcopos Galliarum.*
(3) In edit. *Ad Iulianum Episcopum,*
(4) Sub initium huius Epistolae ita scriptor adnotavit: *Haec quae sequitur Epistola, credo ad Nestorianum Episcopum, licet in exemplo titulus abfuisset.*

Digitized by Google

Ord. Cod.	*Ord. edit.*
Haec Epistola dimidio ferme brevior est in Codice, quam in edit. cum qua concordat usque ad verba: *si autem aliquis eorum, pro quibus* (edit. pag. 187. vers. 6.) ac deinde prosequitur: *vestigium, nec vereamur hinc ianuam salutis aperire, quam numquam docetur ingressus &c.* quae pertinent ad Epistolam CXXXV. (edit. pag. 229. paullo ante finem) propter defectum fortasse Exemplaris, unde hoc transcriptum est, ab amanuense minime animadversum.	
XXIV. pag. 176. Vniversis Episcopis per Campaniam, Samnium, Picenum. ———	CXXXVI.
XXV. pag. ead. Septimo (1) Episcopo Altino. ———	VII.
XXVI. pag. 177. Septimo Episcopo (2). ———	VI.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. charactere grandiori, & perspicuo exaratus, cum titulis Sermonum, & Epistolarum, quarum praecedit index, rubricatis, & pictura, quae primae paginae totum implet marginem, & initiali littera primi Sermonis aurata. Constat foliis scriptis 178.

DIONYSII AREOPAGITAE OPERA.

Cod. XLVII. I. pag. 1. Dionysii Areopagitae, Atheniensis Episcopi, de Caelesti Hierarchia ad Timotheum Episcopum Ephesi Liber. Inc. *Omne datum optimum &c.* Des. *arcana caelestia silentio honoranda putavimus.* Exstat etiam in Codice XXII. Plutei XVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tomo I. pag. 344. §. I. ubi videnda sunt quae de hac latina versione fusius disseruimus.

II. pag. 50. b. Eiusdem de Ecclesiastica Hierarchia Liber ad eumdem. Inc. *Sacerdotii quidem nostri functionem &c.* Des. *excitandas, excudendasque scintillas.* Ibid. §. II.

III. pag. 87. Eiusdem de Divinis Nominibus Liber ad eumdem. Inc. *Nunc iam, vir Dei &c.* Des. *ad significativam Theologiam conscribemus* (corr. *conscribendam*). Ibid. pag. 345. §. III.

IV. pag. 136. Eiusdem ad eumdem Liber de Mystica Theologia. Inc. *Trinitas supersubstantialis.* Des. *& ultra omnia est.* Tum subiicitur in rubrica: *Absolvi Ambrosius peccator Dionysii Opuscula in Monasterio Fontisboni* XV. *Kal. Aprilis anno Dominicae Incarnationis* MCCCCXXXVI. *indictione* XV. *Emendavi, & cum graeco contuli in Eremo* III. *Idus Aprilis.* Ibid. §. IV.

V. pag. 139. b. Eiusdem Epistolae X. quarum prima ad Caium cultorem, inc. *Tenebrae luce vanescunt.* Vltima ad Ioannem Theologum, & Apostolum, & Evangelistam in Patmos Insula relegatum, des. *easque posteris trades.* Ibid. §. V.

Codex membranaceus MS. in 4. maiori, Saec. XV. nitidus, cum initialibus Librorum aureis, & coloratis, & titulis rubricatis, & ornatu, qui primae paginae totum ambit marginem, ubi initialis littera primi Operis repraesentat imaginem S. Dionysii Episcopi, adiecto in calce eiusdem paginae, familiae Mediceae stemmate gentilitio. Constat foliis scriptis 154.

IOANNIS CASSIANI, ET ALIORVM OPERA VARIA.

Cod. XLVIII. I. pag. 1. Ioannis Cassiani de Incarnatione Christi Dei contra Nestorium Libri VII. cum Praefatione, cuius initium: *Absolutis dudum &c.* Liber primus inc. *Tradunt fabulae poëtarum &c.* Liber septimus des. *factus est a se Deus.* Tum subiicitur: *Ioannis Cassiani viri eloquentissimi, & Doctoris egregii contra Nestorianos de Incarnatione Verbi Liber septimus & ultimus explicit. Deo gratias.* Exstant in Codice XXXII. Plutei XVI. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 279. §. I.

II. pag. 34. b. Emmanuelis Calecae super erroribus Graecorum Libri IV. e graeco in latinum conversi per Ambrosium Monachum Camaldulensem. Praecedit interpretis Praefatio ad beatissimum Papam Martinum, quae inc. *Parui praeceptis tuis, Domine beatissime, Opusque illud clari & eruditi viri Manuelis Calecae contra graecae levitatis errores, quod insignis Theologiae cultor Magister Antonius Massanus, zelo fidei succensus, ex urbe regia* (scilicet *Constantinopoli*) *secum advexit, commode atque utiliter, prompte certe atque obtemperanter ex graeco converti.* Des. *incolumem Sanctitatem tuam, ac prolixa aetate tranquillam & florentem Christus Deus noster omnipotens servare dignetur, Domine sancte, ac beatissime Pater &c.* Sequitur Praefatio auctoris, cuius initium: *Quoniam quidem fraternae dilectionis cura maxima habenda est &c.* Finis: *ex quo si prolixiores fortasse erimus, quam suscepta brevitatis ratio poscebat, necessitati indulgendum erit. Nunc autem initium sumemus.* Liber primus inscriptus *De processione Sancti Spiritus*, inc. *Quum Dominus noster Iesus Christus discipulis dixerit: Euntes in mundum universum docete omnes gentes &c.* Liber IV. des. *omnesque simul caelestem ingrediamur patriam, fruituri gaudio Domini nostri in laudem & gloriam unius Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, sanctae & beatae Trinitatis, uniusque & verae Deitatis. Amen.* De hac Ambrosii versione consule cl.

(1) In edit. *Septimio.*

(2) In edit. *Ad Aquileiensem Episcopum.*

Digitized by Google

cl. Laur. Mehus in Ambrosii Camaldulensis Vita pag. cccxc. seqq.

III. pag. 117. Annicii Manilii Severini, viri clari & illustris, Exconsulis ordinarii, Patricii Liber, Quomodo Trinitas unus Deus, ac non tres Dii, ad Quintum Aurelium Memmium Symmachum, Illust. Vir. Cla. Excons. Ordinarium, atque Patricium, Socerum. Prologus inc. *Investigatam diutissime quaestionem*. Des. *ac de proposita quaestione hic sumamus initium*. Liber inc. *Christianae Religionis reverentiam plures usurpant*. Des. *vota supplebunt*. Occurrit in Codice XV. Plut. XIV. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. I. pag. 118. §. I.

IV. pag. 119. b. Eiusdem ad Ioannem Diaconum, Vtrum Pater, & Filius, & Spiritus de Divinitate praedicentur substantialiter. Inc. *Quaero, an Pater &c.* Des. *& fidem, si poteris, rationemque coniunge*. Ibid. §. II.

V. pag. 120. Eiusdem ad eumdem, Quomodo substantiae in eo quod sunt, bona sunt, quum non sunt substantialia bona. Inc. *Postulas, ut ex hebdomadibus nostris*. Des. *sed de his hactenus; suo enim loco ponentur, sicut ordo necessarius postularit*. Ibid. §. III. ubi tamen finis huius Opusculi, & initium sequentis differunt, quia diversa fit ipsorum divisio.

VI. pag. 121. De Creatione Mundi. Inc. *Ergo divina ex aeterno natura, & in aeternum sine aliqua mutabilitate perdurans*. Des. *laus perpetua creatoris*. Tum subiicitur: *Explicit Boëcii adversus Nestorium, & Eutychen pro Persona, & Natura*. Ibid. §. IV. Haec tamen subscriptio, quae pro conclusione superioris Libelli videtur apposita, accipienda est pro titulo subsequentis.

VII. pag. 122. Eiusdem Liber Sanctae Trinitatis (1), qui ita inscribitur, & inc. *Domino sancto & venerabili Patri Ioanni Diacono Boëcius filius. Anxie te quidem diuque substinui*. Des. *atque omnium bonorum caussa praescribit*. Ibid. §. V.

VIII. pag. 128. Eiusdem Liber de Hebdomadibus, seu potius Gilberti Porretani, Episcopi Pictaviensis, Commentarii in praedicta quinque Boëthii Opuscula. Inc. *Omnium quae rebus percipiendis suppeditat rationum, aliae communes sunt multorum generum, aliae propriae, aliae propriae aliquorum. Et communes quidem sunt, ut quidquid inest alicui, ab eodem diversum esse necesse est: hoc in omni rerum genere verum est*. Des. *idest Deus, qui incommutabiliter bonus est, & omnium bonorum caussa, incommutabili proposito, suae voluntatis perscribit*. Tum subditur: *Explicit Commentum Boëcii de Hebdomadibus*. Exstant hi Commentarii in Boëthii Operum edit. Basil. ann. MDLXX. fol. pag. 1119. 1128. 1202. teste Fabricio Biblioth. Latin. med. & inf. aetat. Tom. III. pag. 58.

IX. pag. 185. Aeneae viri clarissimi Dialogus, qui *Theophrastus* inscribitur, interprete Ambrosio Monacho Camaldulensi. Huius colloquutores sunt Aegyptus Alexandrinus, Euxitheus Syrus, Theophrastus Atheniensis. Praecedit Ambrosii Epistola inscripta: *Domino amantissimo & praestantissimo viro Andreolo*, quae inc. *Opusculum Aeneae cuiusdam*. Des. *ut effugere gravissimum iudicium tuum nequaquam possit*. Dialogus inc. *Quo tu, Euxithee, vel unde?* Des. *satis oratum est, sed proficiscamur*. Occurrit etiam in Cod. XX. Plutei LIV. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. II. pag. 677.

X. pag. 198. Pamphili Martyris Apologeticus pro Origene, a Rufino Aquilegiensi in latinum versus. Praecedit testimonium de Pamphilo ex Libro Illustrium Virorum sancti Hieronymi desumptum, & interpretis Praefatio, seu Epistola ad Macarium, quae inc. *Cognoscendae veritatis amore permotus*. Des. *pax super illos, & Israël Dei. Amen*. Apologeticus inc. *Nihil mirum, fratres, videmini mihi esse perpessi*. Des. *ac faciliora peccata sunt*. Habes etiam in Codice IX. Plutei XXII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 712. §. II.

XI. pag. 212. b. Tractatus Rufini. Inc. *In his, quae in superiori Libro &c.* Des. *qui tales sunt, declinamus*. Ibid. §. III. sub titulo: *Additio Rufini Presbyteri ad Apologeticum Pamphili Martyris pro defensione Origenis*.

XII. pag. 216. Sancti Isidori Hispalensis Episcopi de summo bono, sive Sententiarum Libri III. praevia singulis Capitum tabula, primo vero etiam Epistola nuncupatoria, quae inscribitur, & inc. *Domino sancto meritisque beato Fratri Masoni Episcopo, Isidorus Episcopus. Veniente ad nos famulo vestro viro religioso, Nicaetio, litteras honorificentiae vestrae nobis detulit*. Des. *cuius, aut antiquior, aut potior exstat auctoritas. Data sub die pridie Kal. Martii anno III. regnante Domino nostro gloriosissimo Wicterigo Rege*. Liber primus inc. *Summum bonum Deus*. Liber tertius des. *non quos caelestis aula laetificando includit*. Occurrunt etiam in Codice XIV. Plutei XXIII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. cit. pag. 719. §. VI. Post repetitionem tituli, in nostro Codice sequuntur hi quatuor versiculi:

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine poenae.
Verbi principium, finemque circumspice verbi,
Vt melius possis praemeditata loqui.

XIII. pag. 260. Leonis Papae Epistolae LVI. quotquot exhibet Codex XI. Plut. XXI. Biblioth. Laurent. Catalog. Tom. cit. pag. 684. §. II. seqq. cum quo concordant, tum quoad titulum ipsis praemissum, tum quoad reliqua omnia, quae in ipsarum recensione identidem ibi adnotavimus, ita ut ab eodem exemplari profluxisse videantur. Clauduntur autem in nostro Codice hac subscriptione:

(1) Ita enim inscribitur in fine, ubi repetitur titulus,

Digitized by Google

ne: *Expliciunt Epistolae Leonis Papae contra Eutychen anno* LXIV. *Deo gratias*.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis exaratus, cum titulis singulorum Librorum, Epistolarum, & Capitum, quorum exactissimus index praecurrit, rubricatis, & initialibus litteris pictis & coloratis, cum stemmate Mediceae familiae in prima pagina, quam praeterea totius marginis ornatus, pulcherrimam reddit. Constat foliis scriptis 303.

S. CYPRIANI OPVSCVLA, ET EPISTOLAE.

Cod. XLIX. IN primis tribus Codicis foliis occurrit index, Opusculorum, & Epistolarum Cypriani titulos & initia exhibens, ac praeterea eiusdem Oratio ad Deum Patrem, quae inc. *Domine sancte Pater*. Des. *quod parasti iniquis, & impiis, per bonum & benedictum Iesum Christum filium tuum, per quem est tibi Domine honor, & virtus, & gloria in saecula saeculorum. Amen*. Habetur in Appendice ad eius Opera, edit. Parisiensis ann. MDCCXXVI. fol. pag. XXXIII. ubi inscribitur: *Oratio Cypriani Antiocheni, quam sub die passionis suae dixit*. His praemissis, sequuntur Opera ipsius Cypriani Episcopi Carthaginensis hoc ordine.

I. pag. 5. Caecilii (1) Cypriani Episcopi & Martyris de habitu Virginum Liber. Inc. *Disciplina custos spei*. Des. *quum incipiet in vobis virginitas honorari*. In cit. edit. a pag. 173. ad pag. 181.

II. pag. 10. b. Eiusdem de Lapsis Liber. Inc. *Pax ecce, dilectissimi fratres, Ecclesiae reddita est*. Des. *nec iam solam Dei veniam merebatur, sed & coronam*. Ibid. a pag. 181. ad pag. 193.

III. pag. 18. Eiusdem de Ecclesiae Catholicae Vnitate Liber. Inc. *Quum moneat Dominus*. Des. *Christo dominante regnabimus*. Ibid. a pag. 193. ad pag. 203.

IV. pag. 24. b. Eiusdem de Dominica Oratione. Inc. *Evangelica praecepta*. Des. *& gratias agere non desinamus*. Ibid. a pag. 204. ad pag. 216.

V. pag. 32. Eiusdem de Mortalitate inc. *Etsi apud plurimos vestrum, fratres dilectissimi*. Des. *desideria maiora*. Ibid. a pag. 229. ad pag. 236.

VI. pag. 37. b. Eiusdem de Eleemosynis. Inc. *Multa & magna sunt*. Des. *pro passione geminabit*. Ibid. a pag. 237. ad pag. 246.

VII. pag. 43. b. Eiusdem de Bono Patientiae. Inc. *De patientia loquuturus*. Des. *sed cum iustis, & Deum timentibus honoremur*. Ibid. a pag. 247. ad pag. 255.

VIII. pag. 49. Eiusdem de Zelo & Livore ad Demetrium. Inc. *Zelari quod bonum videris*. Des. *in hoc mundo ante placeamus*. Ibid. a pag. 255. ad pag. 261.

IX. pag. 52. Eiusdem de origine & generibus Idolorum. Inc. *Oblatrantem te, & adversus Deum, qui unus, & verus est, ore sacrilego, & verbis impiis obstrepentem*. Des. *factus est immortalitate securus*. Ibid. a pag. 216. ad 225. sub titulo: *Liber ad Demetrianum*.

X. pag. 58. Eiusdem de vero Deo. Inc. *Beatos non esse, quos colit vulgus, hinc notum est. Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam coli apud vos postmodum, & in morte caeperunt*. Des. *si Christum fuerimus imitati*. Ibid. a pag. 225. ad pag. 228. sub titulo: *Liber de Idolorum vanitate*, ubi in principio aliquantum differt.

XI. pag. 60. b. Eiusdem ad Donatum exhortatio. Inc. *Bene admones, Donate &c.* Exstat inter Epistolas sub num. I.

XII. pag. 65. Eiusdem de Sacramento Christi Libri II. praevia Epistola, seu Praefatione ad Quirinum, cuius initium: *Obtemperandum fuit*. Finis: *opto te, fili charissime, semper bene valere*. Liber primus inc. *Iudaeos in offensa Dei graviter deliquisse*. Liber secundus des. *iusti autem in vitam aeternam*. Ibid. a pag. 274. ad pag. 298. Praecedunt autem singulis Libris Capitula, sicut in editione.

XIII. pag. 78. Eiusdem de Disciplina Christiana, & de bono operis, & misericordiae Liber, praevia Epistola ad Quirinum, & Capitulorum indice. Epistola inc. *Pro fide ac devotione tua*. Des. *opto te, fili charissime, semper bene valere*. Liber inc. *Apud Esaiam: Exclama, inquit &c.* Des. *& discite a me, quia mitis sum, & humilis corde*. Ibid. a pag. 298. ad pag. 329. ubi per alios octo versus progreditur longius. Hic autem Liber una cum duobus superioribus de Sacramento Christi, inscribuntur in edit. *Testimoniorum adversus Iudaeos Libri III.*

XIV. pag. 95. Eiusdem ad Fortunatum de bono Martyrii Epistola. Inc. *Desiderasti, Fortunate charissime*. Des. *in pace conscientia coronatur*. Ibid. a pag. 261. ad pag. 274.

XV. pag. 103. Eiusdem Liber de Iudaeis, & Christianis, seu potius iidem Libri III. quos modo recensuimus in §. XII. & XIII. iterum a calligrapho per errorem repetiti. Heic autem diverse inscribuntur; primi enim titulus est: *De Iudaeis, & Christianis*; secundi: *De Sacramento Christi*; tertii: *Mandatorum Dei, & ad Christianae Religionis disciplinam pertinentium Liber*, qui quidem Liber ultimus des. *& in lege eius meditabitur die ac nocte*, ut in edit. Interim notandum, a manu recentiore adscriptum fuisse in principio horum trium Librorum: *Hoc Opus etiam supra scriptum est*.

XVI. pag. 135. Sequuntur eiusdem Epistolae, quae cum editis collatae, hoc ordine progrediuntur:

1. pag.

(1) In Codice tamen utplurimum *Caelicii*, raro *Caecilii* legitur.

Digitized by Google

Ord. Cod.	*Ord. Edit.*
I. pag. cit. Cypriani ad Caecilium de Sacramento Dominici Calicis.	LXIII.
II. pag. 139. Cleri, & Plebis Romanorum ad Cyprianum.	XXXI.
III. pag. 141. Cypriani ad Rogatianum, & ceteros Confessores.	LXXXI.
Heic desunt in fine verba: *Victor Diaconus, & qui mecum sunt, vos salutant.*	
IV. 142. b. Ad Rogatianum & ceteros de observanda disciplina.	VI.
Haec Epistola desinit ut in Cod. XXII. Plutei XVI. Biblioth. Laurent. Catal. Latinor. Codd. Tom. I. pag. 268. §. XV. num. IV.	
V. pag. 143. b. Moysi, & Maximo, & ceteris Confessoribus.	XXV.
VI. pag. 144. Eisdem.	XV.
VII. pag. 145. b. Ad Martyres & Confessores.	VIII.
VIII. pag. 146. b. Ad Clerum, deprecandum pro peccatis nostris.	VII.
Heic quoque desunt verba: *Opto vos, fratres charissimi &c.* in quibus desinit editio.	
IX. pag. 148. b. Ad Thebaritanos.	LVI.
X. pag. 151. b. Ad Maximum, & Nicostratum, qui consenserant in parte Novatis, & postea reversi sunt in unitate, ad Cornelium Papam.	XLIII.
XI. pag. 152. Ad Presbyteros, & Diaconos, ut, iis Confessoribus, qui in carcere sunt constituti, omnis humanitas praebeatur.	XXXVII.
Heic quoque desunt ut supra: *Opto vos fratres charissimi &c.* quod in posterum monere supersedebimus.	
XII. pag. ead. b Ad Martyres, & Confessores in metallo constitutos.	LXXVII.
XIII. pag. 154. b. Felicis ad Cyprianum.	LXXX.
XIV. pag. ead. Cypriani ad Lucium.	LXXIX.
In editione inscribitur: *Ad eumdem Lucii, & ceterorum Martyrum responsum.*	
XV. pag. 155. Rescripta Confessorum ad eumdem.	LXXVIII.
XVI. pag. ead. b. Cypriani ad Presbyteros, & Diaconos.	XXXII.
XVII. pag. 156. Ad Presbyteros, & Diaconos Romae consistentes.	XIV.
XVIII. pag. ead. b. Ad Cornelium Papam de quinque Presbyteris.	LV.
XIX. pag. 163. b. Ad eumdem de Novatiano.	XLIX.
XX. pag. 164. b. Ad eumdem de Confessoribus a Novato & Novatiano seductis.	XLIII.
XXI. pag. ead. Ad eumdem de eisdem.	XLII.
XXII. pag. 166. Ad eumdem de Episcopatu eius, & schismate Novatiani.	XLI.
XXIII. pag. ead. b. Ad eumdem de Maximo, Vrbano, Sidonio, & Macario, qui ad Ecclesiam, deposito errore, regressi fuerant.	XLVII.
XXIV. pag. 167. Ad eumdem de Presbyteris ad Ecclesiam reversis.	LVII.
XXV. pag. 168. Ad eumdem de poenitentia lapsorum.	LIV.
XXVI. pag. 169. b. Ad Antonianum de Cornelio.	LII.
XXVII. pag. 176. Ad Clerum, & Plebem de Aurelio Confessore, Lectore ordinato.	XXXIII.
XXVIII. pag. ead. b. Ad Clerum, & Plebem de Celerino Confessore, Lectore ordinato.	XXXIV.
XXIX. pag. 178. Ad Clerum, & Plebem de Numidico Confessore, ordinato Lectore.	XXXV.
XXX. pag. ead. Ad Felicem Presbyterum, & Plebem Autruscorum de Martiale, & Basilica.	LXVIII.
XXXI. pag. 180. b. Ad Plebem de quinque Presbyteris ibi insidiantibus.	XL.
XXXII. pag. 182. b. Ad Epictetum in Plebem Ausuritanorum de Fortunato quondam Episcopo eorum.	LXIV.
XXXIII. pag. 184. Ad Iuvaianum de baptismo haereticorum.	LXXIII.
XXXIV. pag. 190. Ad Quintum de eorumdem baptismate.	LXXI.
XXXV. pag. 191. Ad Iuvaianum (1) de eodem.	LXX.
XXXVI. pag. 192. Epistola Sententiarum Episcoporum numero LXXXVII. de baptismo haereticorum. Inc. *Quum in unum Carthagine convenissemus.* Des. *& de Antichristis Christiani.* Inter Opuscula a pag. 329. ad pag. 338.	
XXXVII. pag. 197. b. Epistola ad Stephanum de rebaptizandis. Sententia Concilii.	LXXII.
XXXVIII. pag. 198. b. Ad Pompo-	

(1) In edit. *Ad Ianuarium, & ceteros Episcopos &c.*

Digitized by Google

Ord. Cod.	*Ord. Edit.*
ponium (1) contra Epistolam Stephani.	LXXIV.
XXXIX. pag. 201. b. Ad Magnum de his, qui ab haereticis baptizati sunt, rebaptizandis. - Haec tamen Epistola, quae in editione est unica, in Codice dividitur in duas, quarum secunda inscripta: *Eiusdem Epistola ad Magnum de baptismo infirmorum*, incipit a verbis: *Quaesisti etiam, fili charissime &c.* quae incidunt in edit. pag. 156. vers. 3.	LXXVI.
XL. pag. 206. Ad Fidum de infantibus baptizandis.	LIX.
XLI. pag. 207. b. Ad Evatianum (2) de histrione.	LXI.
XLII. pag. 208. Ad Clerum, & Plebem de Victore, qui Faustinum Plebanum testamento sui tutorem reliquit (3)	LXVI.
XLIII. pag. ead. b. Ad Lucium de exsilio reversorum.	LVIII.
XLIV. pag. 209. b. Ad Maximum, Vrbanum, Sidonium, & Macarium de regressione eorum ad Ecclesiam.	LI.
XLV. pag. 210. b. Ad Florentium, quem & Pupianum (*sic*).	LXIX.
XLVI. pag. 212. b. Ad Rogatianum de Diacono.	LXV.
Tum subiicitur: *Caecilii Cypriani Episcopi & Martyris inclyti Librorum & Epistolarum volumen finit.*	

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. cum initialibus litteris Opusculorum aureis & coloratis, ac titulis etiam Epistolarum rubricatis, & ornatu marginali primae paginae, in qua etiam videre est Mediceae familiae stemma gentilitium rudi calamo depictum, adiectis litteris *P. P. P.* Constat foliis scriptis 213.

S. ISIDORI ETYMOLOGIAE.

Cod. L. S. Isidori Hispalensis Episcopi Etymologiarum Libri XX. praevia Epistola ad Braculionem (*sic*) Episcopum, cuius inscriptio & initium est: *Domino meo, & Dei servo Braculioni Episcopo Isidorus. Tuae sanctitatis Epistolae me in urbe Colectana* (sic) *invenerunt.* Finis: *item manu sua. Ora pro nobis, beatissime Domine frater.* Liber primus inc. *Disciplina a discendo nomen accepit.* Liber ultimus des. *quod interdum pro signo, interdum pro caussa adhibetur, ut vis morbi, ignis ardore siccetur.* Concordant hi Libri, quoad initium & finem, cum edit. Matritensi an. MDXCIX. fol. a pag. 1. ad pag. 407. paucis exceptis, quae mox adnotabimus.

Liber IV. & V. transponuntur in Codice. Praeterea finis Libri IV. (in editione V.) est aliquanto longior; post enim verba: *Deo soli est cognitum* (edit. pag. 98.) ita prosequitur Codex: *colligitur omne tempus ab exordio mundi, usque in praesentem gloriosissimi Recesvinthi Principis annos* (sic) *qui est aera* D. C. LXLVI. *an.* V. D. CCC. LVII. *Explicit Liber IV.* Tum inter verba *redolens*, & *ungenta autem*, Capitis XII. Libri IV. (edit. pag. 78.) inseritur in Cod. pag. 43. b. totum Caput XIII. *de initio Medicinae.* Tandem ex Libris XI. & XII. unus fit in Codice.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XII. binis columnis exaratus, cum titulis Librorum rubricatis, in cuius calce legitur: *Iste Isidorus completus est ab Amatulo sub anno Mill. cent. septuag.* IIII. cuius quidem Codicis collatio ad novam aliquam moliendam editionem magno usui esse posset, quum in eo recensendo variantes non paucas, & quidem magni momenti, obiter observaverim. Constat foliis scriptis 192.

S. HILARII OPERA VARIA.

Cod. LI. I. pag. 1. Beati Hilarii Pictaviensis Episcopi de Sancta Trinitate Libri XII. contra Arrianos, cum Prooemio, cuius initium: *Pergimus itaque de Deo loquuturi, Dei verbis; sensum tamen nostrum, rerum nostrarum specie imbuentes, ac primum ita totius Operis modum temperavimus &c.* Finis; *non quodcumque peccatum, sed contempta etiam, vel oppugnata ipsa remissio peccatorum.* Liber primus inc. *Circumspicienti mihi proprium vitae humanae, ac religiosum officium &c.* Liber XII. des. *quia mihi idoneus ad fidem testis est, dicens: Pater, omnia mea, tua sunt, & tua mea. Dominus meus Iesus Christus, manens in te, & ex te, & apud te, semper Deus, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.* Tum subscriptio: *Ad laudem Dei, beati Hilarii Pictaviensis Episcopi de Trinitate Libri duodecim hic finiuntur feliciter.* Habes etiam in Codice X. Plutei XIV. partis dextrae Biblioth. Sanctae Crucis, Catal. Tom. IV. pag. 457. §. I. ubi tamen deest Prooemium.

II. pag. 106. Eiusdem Commentaria super Matthaeum, in varias sectiones divisa, pro diversis anni temporibus legendas. Inc. *Gradum, quem Matthaeus in ordine regiae successionis ediderat, Lucas in Sacerdotali origine computat.* Des. *honore scilicet saeculi, & cupiditate, quia in pecunia honor eius est, Christi gloria denegatur*, ut in eius Operum edit.

(1) In edit. *Ad Pompeium.*
(2) In edit. *Ad Eucratium.*
(3) Hic titulus appositus est in margine ab eodem scriptore, quum antea in contextu scripsisset: *Ad Everatium de histrione.*

Digitized by Google

edit. Veronensi an. MDCCXXX. fol. Tom. I. a pag. 668. ad pag. 811. ubi tamen divisio sectionum, sive Capitum diversa est. Clauditur autem in Codice Epigrammate anepigrapho, quod tamen est Epitaphium L. Annaei Senecae, prout legitur inter Epigrammata Vet. Lugduni apud Iacob. Chovët MDXCVI. 8. pag. 80. Inc.

Cura, labor, meritum, sumpti pro munere honores &c.

III. pag. 148. Sequuntur Epistolae quaedam anepigraphae, praeter secundam, quae est Senecae ad Lucilium, quarum haec sunt initia:

I. pag. ead. *Omne peccatum est actio, actio autem omnis, voluntaria est &c.*

II. pag. 149. b. Seneca Lucio salutem. *Ita fac, mi Lucili, vindica te tibi &c.* Inter editas Senecae Epist. I.

III. pag. 150. *Persevera ut caepisti, & quantum potes, propera.* Ibid. Ep. IV.

IV. pag. ead. b. *Quod pertinaciter studes, & omnibus omissis, hoc unum agis &c.* Ibid. Ep. V.

V. pag. 151. *Intelligo, Lucili, non emendari me tantum &c.* Ibid. VI.

VI. pag. 152. *Sic est, non muto sententiam, fuge multitudinem &c.* Ibid. X.

VII. pag. ead. b. *Quaeris quomodo amicum cito facturus sis &c.* Ibid. Epistolae nonae pars.

VIII. p. ead. *Sapiens se contentus est &c.* Est excerptum ex eadem Epist. quod sequitur haec subscriptio: *Et sic est finis Explanationum beati Hilarii Pictaviensis Episcopi super Evangeliis secundum Matthaeum, cum quadam Epistola ad Lucilum* (sic) *feliciter.*

IV. pag. 153. b. Eiusdem S. Hilarii Liber de Synodis, qui ita inscribitur: *Dilectissimis & beatissimis fratribus Episcopis Germaniae primae, in qua prima est magnificentia* (1), *in qua prima est Agrippina, quae nunc dicitur Colonia, in qua prima est Treveris, & Germaniae secundae, & primae Belgicae, in qua prima est Remis, in qua prima est Lugdunum, & Belgicae secundae, & Lugdunensis primae, in qua prima est Rotomagum, in qua prima est, & Lugdunensis secundae, & provinciae Notolosa, in qua prima est Narbona, nomen Populane* (2), *& Narbonensi plebi, & Clericis Tolosanis, & provinciarum Britaniarum Episcopis Hilarius servus Christi in Deo Domino aeternam salutem* (3). Liber inc. *Constitutum mecum habebam, fratres charissimi, in tanto silentii tempore, nullas ad vos Ecclesiastici sermonis litteras mittere.* Des. *Deus, & Dominus noster incontaminatos vos, & illaesos in diem revelationis reservet opto, fratres. Homousion Graecum est: interpretatio homousion unius substantiae, & homoeousion similis substantiae, sed per homousion oportet intelligi.* Exstat in cit. edit. Tom. II. a pag. 457. ad pag. 520.

V. pag. 169. b. Eiusdem super quosdam Psalmos Explanationes, & primo super Psalmo quinquagesimoprimo feriae tertiae. Inc. *Superscriptio Psalmi sollicitam expetendae intelligentiae postulat diligentiam &c.* Vt in edit. cit. Tom. I. pag. 78. Progrediuntur autem ordine, quo occurrunt ibidem a dicta pagina usque ad pag. 264. qui sunt Psalmi XIX. quorum ultimus desinit in verbis: *dum liberari in se susceptae carnis infirmitatem maturatae resurrectionis virtute festinant.* Sequuntur deinde pag. 222. b. Explanationes in quindecim Psalmos Graduales, praemisso Prologo, cuius initium est: *Psalmorum tituli, ut in plurimis ostendimus, habent propriam suae significationis rationem.* Finis: *moderata licet verborum electione, servavit. Caepit enim ita.* Expositio in Psalmum: *Ad te Domine, quum tribularer, clamavi &c.* inc. *De consuetudine enim forte, & pro humani sensus affectione clamor hic &c.* In Psalmum: *Ecce nunc benedicite Domino,* des. *eum scilicet Ecclesiarum Deum esse demonstrans, qui caelum fecisset, & terram. Per Dominum nostrum Iesum Christum &c.* Ibid. a pag. 414. usque ad pag. 525. Tandem pag. 294. succedunt Explanationes in Psalmum: *Laudate nomen Domini &c.* Inc. *Psalmus, secundum simplicitatem audientium, absolutus videtur &c.* In Psalmum: *Laudate Dominum de caelis &c.* des. *quia digni regni erimus, & Filii, proximi tamen Patris regno, quum Filii erimus regnum; qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.* Ibid. a pag. 526. ad pag. 648. Clauduntur autem in Codice hac subscriptione: *Et sic est finis Explanationum beati Hilarii Pictaviensis Episcopi desuper Psalmis feliciter.*

VI. pag. 295. Eiusdem contra Constantium Augustum Liber. Inc. *Tempus est loquendi.* Des. *insolenter in Dei rebus ignarus.* Tom. II. a pag. 561. ad pag. 586.

VII. pag. 300. Eiusdem ad eumdem Constantium Augustum Liber. Inc. *Benefica natura tua.* Des. *ab ea iuxta ista non dissonans.* Ibid. a pag. 543. ad pag. 550.

VIII. pag. 303. b. Eiusdem adversus Arianum Auxentium Mediolanensem Episcopum Liber. Post inscriptionem: *Dilectissimis fratribus in fide paterna manentibus &c.* inc. *Speciosum quidem nomen est pacis.* Des. *Christum Deum verum praedicabunt.* Ibid. a pag. 593. ad pag. 602. Praecedit autem huic Libro *Exemplum Blasphemiae Auxentii*, quod in edit. subsequitur.

IX. pag. 306. Eiusdem desuper Psalmo cen-

(1) Ita est in Cod. sed legendum *Maguntia*.

(2) Ita pariter in Codice, sed legendum *Novempopulanae*.

(3) Hanc Inscriptionem ideo integram retulimus, quia in cit. edit. pag. 457. varias plurium Codicum lectiones adfert editor. Est autem in nostro Codice ita corrupta, propterea quod, quum scriptor spatia vacua reliquisset, ut in iis postea Provinciarum nomina rubro charactere describeret, factum est, eius incuria, ut ea, non suis quaeque locis apposuerit, sed ordinem prorsus inverterit.

Digitized by Google

centesimo decimo octavo Tractatus. Praecedit Prologus, cuius initium: *Qui ad doctrinam rationabilis & perfectae prudentiae praeparantur*. Finis: *primae igitur litterae hi versus sunt*. Tractatus post verba *Beati immaculati in via &c.* inc. *Dictorum ordo non negligendus est*. Des. *missus ad oves perditas domus Israël, Dominus Iesus Christus, qui est benedictus &c.* Tom. I. a pag. 272. ad pag. 413. Clauditur autem in Codice hac subscriptione:

Me scripsit Iacobus Gossardi Vltramontanus,
Mille quadringentis addendo terque viginti,
Quatuor adiunctis, tunc temporis me quoque clausit.
Presbyter is erat, per cuncta saecula vivat.
Amen nunc dicere tenetur concio nostra.

X. pag. 345. Sequuntur eiusdem Explanationes in primos duos Psalmos, nimirum: *Beatus vir*, & *Quare fremuerunt gentes*, cum longissimo Prologo, qui inc. *Varias esse plurimorum de Psalmorum Libro opiniones &c.* ut Tom. cit. a pag. 1. ad pag. 59.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori Saec. XV. binis columnis, eleganter & nitide, sed parum correcte exaratus, cum initialibus singulorum Librorum, & Psalmorum litteris pictis, & coloratis, ac titulis rubricatis, indice exactissimo Operum in primis tribus foliis, & Cosmianae liberalitatis testimonio, ut in Cod. V. Nec deest pictura elegantissima, primae paginae marginem totum ambiens, adiecto etiam familiae Mediceae gentilitio stemmate. Constat foliis scriptis 360.

S. IOANNIS DAMASCENI, ET ALIORVM OPERA VARIA.

Cod. LII.

I. pag. 1. POst uberrimum indicem eorum, quae in Volumine continentur, exhibentem titulos, & initia singulorum Librorum, & Capitum, sex integris foliis comprehensum, primum Opus est S. Ioannis Damasceni Traditio certa Orthodoxae Fidei in quatuor Libros divisa. Libro primo praecurrit sequens titulus rubrica conscriptus: *Ioannis Presbyteri Damasceni, qui Mansio, Liber incipit, in quo est traditio certa Orthodoxae Fidei C. divisa C.* (1) *a Burgundione Iudice Pisano de graeco in latinum, Domino tertio Eugenio beatae memoriae Papa, translatus. Quoniam incomprehensibilis est Deus, & quoniam non oportet quaerere, & certum scrutari, quae non sint tradita nobis a sanctis Prophetis, & Apostolis, & Evangelistis*. Caput primum Libri primi inc. *Deum nemo vidit umquam*. Caput ultimum Libri quarti, quod est *de resurrectione mortuorum*, des. *& nisi indeficiens id, quod ab ipso est, gaudium fructificantes*. Vt in edit. Lequien, Tom. I. a pag. 123. ad pag. 304. ex elegantiori tamen interpretatione. Librorum autem in Codice divisio sequens est: Liber primus Capita continet XIX. secundus XXXI. tertius XXXVII. quartus XIX.

(1) Idest *centum divisa Capitibus*.

II. pag. 50. Richardi de Contemplatione, scilicet de prole Iacob Liber, in Capita divisus LXXXVII. Inc. *Beniamin adolescentulus in mentis excessu*. Des. *divinae revelationi humana ratio applaudit*. Occurrit in Codice V. Plut. XXII. partis dextrae Biblioth. Sanctae Crucis Catal. Tom. IV. pag. 608. §. II.

III. pag. 73. Eiusdem Liber de mystico exitu Israël de Aegypto, Capitibus constans LII. Inc. *Quid est tibi mare, quod fugisti?* Des. *ad maiora obtinenda promoveri non meretur*. Ibid. §. III.

IV. pag. 88. Eiusdem de Arca mystica Libri V. Primus inc. *Mysticam illam Moysi Arcam*. Liber quintus des. *otiosi, otiosis loquuti sumus*. Tom. cit. pag. 596. §. XVIII.

V. pag. 135. b. Eiusdem de statu interioris hominis post lapsum Liber cum Prologo, cuius initium: *Sero quidem misi*. Finis: *sed petenti amico satisfacere volui*. Liber inc. *Omne caput languidum*. Des. *neque fota oleo*. Ibid. pag. 608. §. V.

VI. pag. 151. Beati Anselmi Cantuariae Archiepiscopi Monologion, sive, ut inscribitur in titulis paginarum, de Divinitatis essentia Liber, praevio Prologo, & Capitum tabula. Prologus inc. *Quidam fratres mei saepe, studioseque precati sunt*. Des. *si quid contra suam opinionem prolatum venerit*. Liber inc. *Si quis unam naturam, summam omnium, quae sunt &c.* Des. *vere igitur hic est, non solum Deus, sed solus Deus, & ineffabiliter trinus & unus*. Exstat in eius Operum edit. Veneta apud Ioseph. Coronam an. MDCCXLIV. fol. Tom. I. a pag. 3. ad pag. 40.

VII. pag. 168. Eiusdem Liber de Contemplatione, praevio Prologo, & Capitum tabula. Prologus inc. *Postquam Opusculum quoddam*. Des. *adloquium nominavi*. Liber inc. *Eia nunc homuncio, fuge paullulum &c.* Des. *donec intrem in gaudium Domini mei, qui est trinus, & unus Deus, benedictus in saecula saeculorum. Amen*. Ibid. a pag. 41. ad pag. 49.

VIII. pag. 173. Eiusdem de Conceptu Virginali, & Peccato Originali Liber, praevio Capitum elencho. Inc. *Quum in omnibus religiosae tuae voluntati velim, si possim, obsequi*. Des. *si vera probari poterit*. Ibid. a pag. 143. ad pag. 158.

IX. pag. 180. b. Eiusdem Tractatus de Libero Arbitrio. Inc. *Quoniam liberum arbitrium videtur repugnare gratiae &c.* Des. *ut nihil queam invenire, quod mihi necesse sit interrogare de illis*. Ibid. a pag. 174. ad pag. 182.

X. pag. 184. b. Eiusdem de Concordia Praescientiae, & Praedestinationis, & Gratiae, cum Libero Arbitrio, & primo de Praescientia, & Libero Arbitrio, praevio Pro-

Digitized by Google

Prologo, cuius initium est: *Ex tribus illis quaestionibus*. Finis: *scribendo ostendere*. Liber inc. *Videntur quidem &c.* Des. *quod gratis accepi, gratis volui petentibus impendere*. Ibid. a pag. 183. ad pag. 199.

XI. pag. 193. b. Eiusdem de Incarnatione Verbi Liber ad Vrbanum Papam. Post inscriptionem: *Domino, atque Patri universae Ecclesiae in terra peregrinantis Summo Pontifici Vrbano &c.* inc. *Quoniam divina providentia vestram elegit sanctitatem*. Des. *in eodem Libro aperte inveniet*. Ibid. a pag. 59. ad pag. 70.

XII. pag. 199. b. Eiusdem Tractatus de Veritate, cui praeest Prologus, & Capitum elenchus. Prologi initium est: *Tres Tractatus pertinentes ad studium sacrae Scripturae*. Finis: *attamen eos, ut hic posui, volo eos ordinari* (sic). Tractatus inc. *Quoniam Deum veritatem esse credimus*. Des. *tunc eius dicitur veritas, vel rectitudo*. Ibid. a pag. 162. ad pag. 171.

XIII. pag. 205. Eiusdem Tractatus de casu Diaboli, per interrogationem, & responsionem. Post Capitum tabulam, inc. *Illud Apostoli, quid habes, quod non accepisti &c.* Des. *sicut idem est loqui, & uti potestate loquendi*. Ibid. a pag. 91. ad pag. 107.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis, item ut alii eiusdem aetatis, nitide eleganterque exaratus, initiales pariter praeferens Librorum litteras, variis coloribus depictas, titulosque Capitum singulorum, quibus constant, rubricatos, insigni pictura decoratus in prima pagina, cui splendorem addit Mediceum stemma gentilitium. Constat fol. scriptis 213.

ORIGENIS OPERA VARIA.

Cod. LIII. I. pag. 1. ORigenis super Genesim Homiliae XVI. ex interpretatione Rufini Presbyteri, praevio Prologo sancti Hieronymi Presbyteri, cuius initium: *Vt verbis tibi, frater, beati Martyris loquar &c.* Finis: *in profectu legentium ponat* (1). Homilia prima inc. *In principio fecit Deus caelum, & terram. Quod est omnium principium, nisi Dominus noster &c.* Homilia decimasexta des. *& Deus semper erit nobiscum per Iesum Chistum Dominum nostrum &c.* Concordant quoad initium & finem cum alio exemplari Biblioth. Laurent. Plut. XXII. Cod. X. Catalogi Codd. Lat. Tom. I. pag. 712. §. I. quem consule. Occurrunt autem in editione Origenis Operum Paris. an. MDCCXXXIII. curante Car. Dela Rue fol. Tom. II. a pag. 52. ad pag. 105. sed sine Prologo.

II. pag. 28. b. Eiusdem super Exodum Homiliae XIII. quarum praecedunt argumenta, eodem Rufino interprete. Prima inc. *Videtur mihi, quod unusquisque sermo Scripturae divinae &c.* Vltima des. *atque ex iis adornare tabernaculum Deo Iacob, per Christum Dominum nostrum, cui est gloria &c.* In cit. Cod. X. §. II.

III. pag. 57. Eiusdem super Leviticum Homiliae XVI. praevio item uniuscuiusque argumentorum elencho, eodemque pariter Rufino interprete. Prima inc. *Sicut in novissimis diebus &c.* Vltima des. *ac totius sanctitatis imposuit. Ipsi gloria &c.* In cit. Catalogi Tomo pag. 713. §. III.

IV. pag. 107. Eiusdem Expositio in Libro Numerorum Homiliis XXVIII. ut ex ipsarum indice praemisso apparet. Prima inc. *Divinis numeris non omnes digni sunt, sed certis quibusque praerogativis designantur*. Vltima des. *immo ipsi sunt, quorum etiam capilli capitis numerati sunt, per Christum Dominum nostrum, cui est gloria &c.* In cit. Tom. II. Oper. a pag. 275. ad pag. 386. praevio Prologo supra memorato.

V. pag. 168. Eiusdem in Iesum Nave Homiliae XXVI. quarum praecedunt argumenta, ex interpretatione pariter Rufini Presbyteri, cum Prologo, cuius initium: *In divinis Voluminibus refertur*. Finis: *qui opus, quod eruditis deberet iniungi; expetis ab indoctis*. Homilia prima inc. *Donavit Deus nomen, quod est super omne nomen &c.* Vltima des. *& ubi est verus Israël, in Christo Iesu Domino nostro, cui est gloria &c.* Habes etiam in Codice V. Plut. XIX. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. cit. pag. 506. §. IV. quem consule; & in cit. Oper. Tomo a pag. 396. ad pag. 457.

VI. pag. 203. Eiusdem in Libro Iudicum Homiliae IX. praeviis uniuscuiusque argumentis. Prima inc. *Lector quidam praesentis lectionis ita legebat: & timuit populus Dominum omnibus diebus Iesu*. Vltima des. *ut ab ipso victoriam consequi mereamur in Christo Iesu Domino nostro, cui est gloria &c.* Tom. cit. a pag. 458. ad pag. 478. ubi sunt numero IX. propterea quod ea, quae in Codice est octava, in editione in duas dividitur.

VII. pag. 213. Eiusdem Homilia unica in Libro Regum. Inc. *Non tunc tantummodo Deus plantavit paradisum*. Des. *ut in novitate vitae ambulemus, in Christo Iesu Domino nostro, cui est gloria &c.* Tom. cit. a pag. 481. ad pag. 489.

VIII. pag. 218. Eiusdem in Canticum Canticorum Homiliae II. quarum prima inc. *Quomodo didicimus per Moysen &c.* Secunda des. *ut digni efficiamur sponsi sermone, & sapientia Iesu, cui est gloria &c.* Tom. cit. Catal. Codd. Latinor. pag. 513. §. XV. ubi praemittitur interpretis (scilicet sancti Hieronymi) Praefatio ad Damasum. Vid. Tom. III. Operum S. Hieron. edit. Veron. anno MDCCXXXV. fol. a pag. 499. ad pag. 532.

IX. pag. 224. b. Eiusdem in Isaiam Prophe-

(1) Hic Prologus ad Vrsacium, in editione praemittitur sub nomine Rufini Homiliis in Numeros.

Digitized by Google

phetam Homiliae IX. praemissis ipsarum argumentis. Prima inc. *Quamdiu Ozias Rex vixit, videre non potuit Isaias visionem*. Vltima des. *& efficieris Filius Dei in Christo Iesu, cui est gloria*. T. III. a pag. 106. ad pag. 124.

X. pag. 235. Eiusdem in Ieremiam Prophetam Homiliae XIV. praeviis singularum argumentis. Prima inc. *Deus ad benefaciendum promptus est*. Vltima des. *magnificare omnipotentem Deum, cum Christo Iesu, cui est gloria &c.* Ibid. a pag. 125. ad pag. 286.

XI. pag. 260. b. Eiusdem in Ezechielem Prophetam Homiliae II. quibus praemittitur Prologus Divi Hieronymi, cuius initium est: *Magnum est quidem, amice, quod postulas, ut Origenem faciam latinum*. Finis: *ut ego vocem praebeam, tu Notarium*. Prima inc. *Non omnis, qui captivus est propter peccata sustinet captivitatem*. Secunda des. *& dicunt, haec dicit Dominus, & Dominus non misit eos, & caeperunt suscitare*. Ibid. a pag. 353. ad pag. 364. col. 2. vers. 12. mutila est enim in Codice huiusmodi Expositio, quae in editione Homiliis constat XIV.

XII. pag. 266. Eiusdem Exspositio super Cantica Canticorum Homiliis IV. praevio brevi Prologo, qui inc. *Origenes quum in ceteris Libris omnes vicerit, in Cantico Canticorum ipse se vicit*, Des. *quum sic possint placere, quae parva sunt*. Homilia prima inc. *Epithalamium Libellus hic, idest nuptiale carmen*. Quarta des. *tunc proficiet in virtutibus, & florebit in fide per gratiam Domini nostri Iesu Christi. Ipsi gloria &c.* Ibid. a pag. 26. ad pag. 94. ubi non Homiliae, sed Libri inscribuntur.

XIII. pag. 300. Decem praecepta Legis. Inc. *Primum praeceptum de colendo uno Deo: Non erunt tibi Dii alieni, praeter me. Prima plaga, aqua in sanguinem versa &c.* Des. *servis enim, non charitate, sed fraude, velut amans eum, quem mori desideras, ut succedas*. Est explanatio decem praeceptorum Decalogi, quibus respondent plagae decem, quas in Aegyptiorum populum immisit Deus. Clauditur tandem Volumen hac subscriptione: *Homeliae per egregium ac gloriosissimum Dominum Origenem super Bibliae Libros editae expliciunt*.

Codex membranaceus MS. in fol. maiori Saec. XV. binis columnis, eleganter exaratus, cum titulis Homiliarum rubricatis, & initialibus litteris depictis & coloratis, ornatuque marginali primae paginae, ubi, praeter initiales duas litteras inauratas, videre est etiam depictam auctoris imaginem: huius autem primae paginae inferior margo, Mediceo fortasse stemmate insignitus, recisus fuit. Praeterea huic quoque, quaemadmodum & superioribus, praecurrit index, titulos, & initia singularum Homiliarum sub oculos ponens, necnon Cosmianae munificentiae monumentum, ut in Codice V. Constat foliis scriptis 300.

ORIGENIS OPERA VARIA.

Cod. LIV.

I. pag. 1. EXplanationum Domini Origenis super Epistolam beati Pauli ad Romanos Libri X. ex interpretatione Rufini Presbyteri. Praecedit primo Epistola Divi Hieronymi ad Tranquillinum, quomodo legere debeat Origenem, quae inc. *Maiora Spiritus Sancti vincula esse, quam corporum &c.* (1). Secundo Prologus Rufini super Tractatum Origenis in eamdem Epistolam, cuius initium: *Volentem me parvo subvectum navigio*. Finis: *qualiter Praefationem suscepti Operis dirigat, audiamus*. Tertio Praefatio ipsius Origenis, quae inc. *Quod ceteris Apostoli Pauli Epistolis difficilior putatur ad intelligendum haec, quae ad Romanos scripta est &c.* Des. *nunc iam, prout viam nobis Dominus aperire dignatur, ad explanationem ipsius properemus*. Liber primus inc. *Prima nobis quaestio de nomine ipsius Pauli videtur exsurgere*. Liber decimus des. *per quod vernaculo Hebraeorum sermone, vera & fidelia esse, quae sunt scripta, signaret*. Tum subiicitur: *Commendatio finiti Operis*, sine nomine auctoris, quae tamen est Rufini Presb. ad Heraclium. Inc. *Hactenus nobis in Epistola ad Romanos, prout potuimus, dictantibus &c.* Des. *hoc enim solum nobis de Heptateucho, idest de reliquis Apostoli Pauli Epistolis, quae possumus, diligenter dictemus*. Tom. IV. Oper. edition. Paris. curante Carolo Dela Rue apud Io. de Bure MDCCLIX. fol. a pag. 458. ad pag. 689. Animadvertendum tamen est, initium Libri primi, quod in Codice sit a verbis: *Prima nobis quaestio de nomine &c.* in edit. partem esse Praefationis, & incidere in pag. 460. col. 1. vers. 19. Vid. Fabric. Biblioth. Graec. Tom. V. pag. 228.

II. pag. 125. Eiusdem Homiliae XXXIX. super Evangelium Lucae, Hieronymo interprete. Praefatio interpretis inc. *Ante paucos dies quorumdam in Matthaeum, & Lucam Commentarios vos legisse dixistis*. Des. *sanctarum Scripturarum quondam studium fuit*. Homilia prima inc. *Sicut olim in populo Iudaeorum, multi Prophetiam pollicebantur &c.* Vltima des. *& pro terrenis caelestia largiatur, in Christo Iesu, cui est gloria &c.* Tom. III. cit. edit. a pag. 932. ad pag. 979.

III. pag. 153. Eiusdem Tractatus in Psalmum: *Noli aemulari in malignantibus &c.* in tres Homilias divisus, ex interpretatione Rufini Presbyteri, cuius praecedit Prologus, qui inc. *Quoniam XXXVI. & XXXVII. & XXXVIII. Psalmi Expositio tota moralis est*. Des. *vel mollitiem carnis intexuisset, vel blandimenta pinguedinis*. Homilia prima inc. *Multifarie, multisque modis Deus loquutus est in Patribus, & Prophetis; aliquando quidem ineffabilia Sacramenta nos edocet in iis, quae loquitur &c.* Tertia des. *& quicumque in-*

(1) Exstat inter Epistolas S. Hier. edit. Veron. cit. sub num. LXII.

Digitized by Google

iustus & praedicator, loquitur Verbum Dei ad salutem hominum. Ibid. Tom. II. a pag. 654. ad pag. 664. col. 2. vers. 21. mutila est enim in Codice haec Expositio.

IV. pag. 159. Eiusdem Expositio in Evangelium Matthaei, seu potius Homiliae XII. in varia loca Evangelii secundum Matthaeum, hoc ordine.

I. pag. cit. in verba: *Quum descendisset Iesus de monte &c.*, inc. *Descendente Iesu de monte, sequutae sunt eum turbae multae &c.* ut in Cod. XXXVIII. Plut. XVII. Catal. nostri Latin. Codd. Tomo I. pag. 398. §. XLV.

II. pag. 162. in verba: *In principio erat Verbum &c.*, inc. *Vox spiritualis aquilae auditum pulsat Ecclesiae &c.* Ibid. pag. 396. §. XXV.

III. pag. 166. b. in verba: *Adscendente Iesu in naviculam &c.*, inc. *Ingrediente Domino in naviculam sequuti sunt eum discipuli eius, non imbecilles, sed firmi &c.* Ibid. pag. 398. §. XLVI.

IV. pag. 168. in verba: *Quum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae &c.*, inc. *Superabundanter & digne Dominus noster &c.* ut in Cod. XLI. Plut. XVI. loc. cit. pag. 303. §. LXIII.

V. pag. 169. b. in verba: *Quum venerit Filius hominis in gloria sua*, inc. *Indiscussus quidem sermo videtur esse manifestus*. Ibid. pag. 304. §. LXXII.

VI. pag. 173. Post fragmentum Homiliae duabus columnis comprehensum, quod tamquam alienum ab hoc loco scriptor respuit, adscripta voce *vacat* utrique columnae, sequitur Homilia in verba: *Quum introiisset Dominus Iesus Capharnaum &c.* quae inc. *Non debemus iactantiae Dominum arguere &c.* ut in Cod. XLII. Plut. XVII. loc. cit. pag. 443. §. LV. ubi adscribitur D. Hieronymo.

VII. pag. ead. b. in verba: *Audistis, quia dictum est antiquis &c.*, inc. *Sicut illa alia praecepta data eis fuerant in lege &c.* ut in Cod. XLI. Plut. XVI. loc. cit. pag. 303. §. LXVI.

VIII. pag. 76. in verba: *Egressus Iesus secessit in partes Tyri &c.*, inc. *Mira res, o Evangelista. Ecce mulier caput peccati*, ut in Cod. XL. Plut. XVII. loc. cit. pag. 421. §. LXXXV. ubi initium est aliquantum diversum.

IX. pag. 178. in verba: *Attendite a falsis Prophetis &c.*, inc. *Quod paullo superius spatiosam, & latam viam nominavit &c.* ut in Cod. XLII. Plut. XVI. loc. cit. pag. 316. §. XLI.

X. pag. 180. in verba: *Sicut fulgur exit ab Oriente &c.*, inc. *Nomine quoque Orientis, & Occidentis totum orbem terrarum voluit significare &c.* Des. *qui somnium temporis, & ignaviae a se repellit*, ut in Cod. XL. Plut. XVII. loc. cit. pag. 414. §. IV. ubi Remigio tribuitur, & finis diversus est.

XI. pag. 183. in verba: *Quum esset desponsata Mater Iesu &c.*, inc. *Quae fuit necessitas, ut desponsata esset Maria Ioseph &c.* ut in Cod. XXXVIII. Plut. XVII. loc. cit. pag. 395. §. XVIII.

XII. pag. 184. b. in verba: *Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph &c.*, inc. *Qualis Angelus? ipse ille, qui & ad Mariam destinatus fuerat &c.* Ibid. pag. 396. §. XXIX. Tum scriptor incaute caeperat iterum describere ex Homiliis modo recensitis Homiliam primam, sed post unius columnae scripturam, errore cognito, destitit, subiunctis verbis: *Homilia ista habita est supra*.

V. pag. 187. b. Eiusdem in Evangelium Ioannis Homiliae II. quarum prima in verba: *In principio erat Verbum &c.*, inc. *Narrant alii Evangelistae Dominum, & Salvatorem nostrum ab Angelo nuntiatum &c.* ut in Cod. CXXXIII. Biblioth. Aedilium Flor. Eccles. Tomo superiore pag. 269. §. XIV. Altera (1) in verba: *Maria stabat ad monumentum &c.*, inc. *In praesenti solemnitate loquuturus auribus vestrae charitatis, dilectissimi, amor venit ad memoriam, quo beata Magdalena Dominum nostrum Iesum Christum super omnia diligendo &c.* Des. *nuntians aliis, quia vidi Dominum, & haec dixit mihi Iesus, cui est honor &c.*

VI. pag. 193. Eiusdem Periarchon, sive de Principiis Libri IV. interprete Rufino Presbytero. Praefatio Rufini inc. *Scio quoniam plurimos &c.* Liber primus inc. *Omnes qui credunt*. Quartus des. *propter quod & Propheta dicit, reminiscentur*. Inter eius Opera cit. edit. Tom. I. a pag. 45. usque ad pag. 194. col. 2. vers. 30. Tum subiicitur in Codice: *Periarchon Origenis clarissimi Doctoris Liber quartus explicit*.

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. binis columnis, eodem nitore & elegantia, & ab eadem fortasse manu, ac superior, exaratus, in quo pariter pars marginis primae paginae Mediceae gentis stemmate fortassis insignita, detruncata fuit. Constat foliis scriptis 255.

NILI MONACHI, ET IOANNIS CASSIANI VARIA.

I. pag. 1. INstituta Nili Monachi de octo vitiis generalibus. De Gastrimargia, inc. *Principium fructus, flos, & principium bonorum actuum, continentia*. De Superbia, des. *mercedem laborum suorum, veram percipientes laetitiam*. Occurrunt etiam in Codice XXVII. Plutei XVI. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. pag. 277. §. VI. *Cod. LV.*

II. pag. 6. b. Regulae Monachorum Aegyptiorum a Ioanne Cassiano Massiliensi Presbytero conscriptae, quae (*sic*) Eucherius Lug-

(1) In Catal. Bibl. Taur. Tom. II. pag. 241. adfirmatur, hanc Homiliam Origenis esse, atque extare in editione Oper. Basil. sub num. x.

Digitized by Google

Lugdunensis Episcopus brevi sermone conscripsit. Sunt autem Libri XII. quorum singulis index Capitum praemittitur. Praefatio inc. *Veteris instrumenti narrat Historia.* Des. *eadem observantiae perfectio est etiam in impari facultate.* Libri primi Caput primum *de habitu Monachorum*, inc. *De institutis, ac regulis Monachorum dicturi.* Libri duodecimi Caput ultimum inscriptum: *Remedia adversus morbum superbiae*, des. *eius esse muneris in veritate credamus.* Tum subiicitur: *Expliciunt feliciter Ioannis Cassiani Libri XII. de institutis Monachorum & octo principalium vitiorum remediis.* Concordant cum Codice XXVI. Plutei XVI. Biblioth. Laurent. loc. cit. pag. 274. §. I.

III. pag. 71. Eiusdem Cassiani decem Collationes Sanctorum Patrum Anachoretarum in Scythiae eremo commorantium ad Leontium Papam, & Helladium fratrem, cum Praefatione, quae inc. *Debitum, quod beatissimo Papae Castorio &c.* Des. *& instituta properemus.* Collatio prima inc. *Quum in eremo Scythii.* Vltima des. *versiculi huius meditatione servaverint.* Praecedunt autem singulis Collationibus Capitum argumenta. Concordant, quoad initium & finem, cum praedicto Codice loc. cit. pag. 274. a §. II. usque ad §. IX. inclusive.

IV. pag. 149. b. Eiusdem septem Collationes trium Seniorum in Aegypto commorantium, cum Praefatione ad beatos Episcopos Honoratum, & Eucherium, & Capitum elencho, unicuique Collationi praemisso. Praefatio inc. *Quum virtutem perfectionis vestrae.* Des. *desiderium, ut arbitror, vestri ardoris explebunt.* Collatio prima inc. *Quum in Coenobio Syriae consistens.* Vltima des. *nostrum vero scias esse, quod displicet.* Hae quoque, quoad initium & finem, concordant cum dicto Codice loc. cit. pag. 235. a §. X. usque ad §. XVII. inclusive.

V. pag. 197. b. Eiusdem aliae Collationes septem Sanctorum Patrum Scythioticae Provinciae cum Praefatione ad sanctos fratres Iovinianum, Minervium, Leontium, & Theodorum, cuius initium: *Emissis* (1), *iuvante gratia Christi, decem Collationibus Patrum.* Finis: *& longae experientiae instruxit industria.* Collatio prima inc. *Post conspectum, atque colloquium trium senum.* Vltima des. *nunc in tutissimo silentii portu orationum vestrarum tutela conservet.* Tum subiicitur: *Ioannis Cassiani in Sanctorum Patrum Collationibus XXIV. explicit feliciter.* Habes in dicto Codice loc. cit. pag. 276. a §. XVIII. usque ad §. XXV. inclusive, cum aliquibus tamen variantibus lectionibus. Heic quoque praecedunt unicuique Collationi Capitum argumenta.

In primo folio membranaceo, quod Codicis custodiae inservit, hoc legitur monumentum: *Has Sanctorum Patrum Collationes, quas Ioannes Cassianus luculentissime edidit, Magnificus Cosmus Medices viginti aureis emit, & huic Divi Bartholomaei Fesulani Monasterio, quod a fundamentis erexit, sua pietate dedit anno* MCCCCLXII. *Inter orandum, eius animae memores estote, Timotheus Veronensis.*

Codex membranaceus MS. in folio, Saec. XV. nitidissimus, cum initialibus singulorum Librorum, & Collationum litteris, auro, variisque coloribus depictis, ac titulis rubricatis, in quo ornatus inferioris marginis primae paginae, qui Mediceum fortasse stemma praeferebat, aeque ac in superiore Codice, recisus fuit. Constat foliis scriptis 248.

(1) In edit. *Emensis.*

EVSEBII PAMPHILI HISTORIA ECCLESIASTICA.

Cod. LVI.

ECclesiasticae Historiae Libri XI. conscripti ab Eusebio Caesariensi, quos Rufinus Aquilegiensis Episcopus (*sic*) de graeco transtulit in latinum. Praecedit interpretis Prologus, cuius initium: *Peritorum dicunt esse Medicorum.* Finis: *usque ad obitum Theodosii Augusti.* Liber primus inc. *Successionem sanctorum Apostolorum.* Liber undecimus des. *percepturus praemia meritorum.* Concordant, quoad initium & finem, cum Codice XII. Plut. LXVII. Biblioth. Laur. Catalogi Tom. II. pag. 823. §. I. In hoc autem singulis Libris argumenta Capitum praemittuntur.

Codex membranaceus MS. in folio, Saec. XV. charactere grandiori, & eleganti exaratus, cum initialibus Librorum litteris auratis, atque depictis, & titulis, tam eorumdem Librorum, quam uniuscuiusque Capitis rubricatis, & prima pagina mirifice picturis decorata, in cuius initio adscriptum legitur Cosmianae munificentiae testimonium, ut in Codice VIII. Constat foliis scriptis 185.

EVSEBII PAMPHILI PRAEPARATIO EVANGELICA.

Cod. LVII.

EVsebii Pamphili de Praeparatione Evangelica Libri XIV. a Georgio Trapezuntio de graeco in latinum traducti, praevia interpretis Epistola nuncupatoria ad Nicolaum V. Summum Pontificem, quae inc. *Eusebium Pamphili de Evangelica Praeparatione &c.* Des. *hac traductione obtulimus.* Liber primus inc. *Quum quid sit Christianismus nescientibus aperire statuerim.* Liber ultimus des. *magno risu omnium, explosi sunt.* Exstant etiam in Codice XXV. Plut. XVII. Biblioth. Laurent. Catalogi Tom. I. p. 347. Prodiit autem haec versio Venetiis anno MCCCCLXX. Vid. Niceron. Mem. des Hommes illustres Tom. XIV. pag. 327.

Co-

Digitized by Google

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. elegantissimae scripturae, cum initialibus Librorum litteris aureis, variisque coloribus exornatis, ac titulis singulorum Capitum, quorum praecedit exactissimus index, rubrica conscriptis, quibus accedit pulcherrima pictura in prima pagina, ubi videre est imaginem interpretis mira arte elaboratam. Constat foliis scriptis 193.

EVSEBII PAMPHILI CHRONICON.

Cod. LVIII. EVsebii Caesariensis Episcopi Chronicon, sive Opus de Temporibus e graeco in latinum conversum a D. Hieronymo, cum Epistola ad Vincentium & Galienum, & cum additionibus eiusdem Hieronymi, & Prosperi, necnon praevia exscriptoris obtestatione, ut in Cod. XI. Plut. LXVII. Biblioth. Laurent. Catal. Tom. II. pag. 821. §. 1. cum quo adamussim concordat usque ad verba: *Valentiniano VI. & Nonio Consulibus*, post quae Codex noster pag. 76. b. ita prosequitur: *Item quae ex Chronica Marcellini defloravimus*. Prooemium autem huius additionis, auctore Marcellino (1), ita inc. *Post mirandum Opus, quod a mundi fabrica usque in Constantinum Principem Eusebius Caesariensis huius saeculi originem, tempora, annos, regna &c.* Des. *& meum rusticum opus supposui*. Additio inc. *Theodosius Hispanus Italicae Divi Traiani Civitatis a Gratiano Augusto apud Syrmium XXXIX. post Valentis interitum Imperator creatus est* XIV. *Kalendas Februarias, Orientalem dumtaxat Rempublicam recturus, admodum religiosus, & Catholicae Ecclesiae propagator &c.* Des. *post aliquantos dies mittitur in Africam Ioannes, & Arrhabanis evocatus, praesentale accepit magisterium*. Tum subditur: *Expliciunt. idest temporum Eusebii, Hieronymi, & Marcellini*. Tandem clauditur Codex fragmento cuiusdam computi, cui titulus: *Collectio omnium annorum*. Inc. *Colliguntur omnes anni usque in Consulatum Valentis VI. & Valentiniani iunioris Augusti III. A.* XV. *Tiberii anno & praedicatione Domini nostri Iesu Christi an.* CCCLI. *&c.* Desinit imperfecte in verbis: *A passione Domini usque ad Consulatum Eustachii anni sunt* CCCXCIV. *& usque ad Consulatum*..... in quibus absolvitur Volumen.

In primo folio, Codicis custodiae inservienti, sequens legitur monumentum: *Eusebium hunc de Temporibus illustris Cosmus Medices P. P. emit aureis septem, & Canonicis Regularibus in Monasterio sancti Bartholomei Fesulani degentibus, quod a fundamentis erexit, pro sua liberalitate largitus est, cuius memoria inter orandum ab ipsis est semper habenda, quandoquidem Religiosos viros nemo umquam tot beneficiis, velut ipse, prosequutus est* MCCCCLXII. *Timotheus Veronensis.*

Codex membranaceus MS. in fol. Saec. XV. cum initiali Operis littera aurea, & ornata. Constat foliis scriptis 82.

EVSEBII, AVGVSTINI, ET ALIORVM VARIA OPVSCVLA ITALICE.

I. pag. 1. *Cod. LIX.* *Epistola del beato Eusebio scripta e mandata a sancto Damaso Vescovo Portuense, & a Theodosio Senatore di Roma de la morte, overo transito del glorioso Doctore Messere sancto Hieronimo*. Inscribitur & inc. *Al Padre Reverendissimo Damaso Vescovo Portuense, & al Christianissimo Theodosio Senatore di Roma, Eusebio, che fue discipulo del beato Hieronimo, ma hora di esso lume privato, piatoso dolore, e suavissimo gaudio. In molte maniere, e varii modi Idio à parlato a tutti noi per lo dilettissimo suo Figliolo sancto Hieronymo dele sancte Scripture &c.* Des. *acciochè per la tua piissima intercessione nel presente tempo nui siamo difesi da tutte le cose nocevole, e nel futuro possiamo acquistare li gaudii, li quali tu già possedi. Amen.*

II. pag. 31. b. *Epistola del beato Augustino Vescovo Yponense mandata al beato Cirillo Pontifice Hierosolimitano de le magnificenze del beato Hieronimo Doctore mirifico*. Inc. *Pensi tu, venerabile Padre Cirillo, chelle sia da tacere, overo extimi tu, che la lingua balbetante di fanciullo &c.* Des. *certamente esso non è privato in alcuno modo di ciò che desidera.*

III. pag. 38. *Epistola del beato Cirillo mandata al beato Augustino deli magnifici miracoli delo excellentissimo Doctore sancto Hieronimo*. Inc. *Al venerabile huomo fra li Vescovi singularissimo Augustino Pontifice Iponense, Cirilo Vescovo di Hierusalem, e di tutti li sacerdoti minimo. Concedane Idio seguitare le vestigie di colui, la sanctità del quale non cessa di risplendere in terra &c.* Des. *ricordate di me nelle tue Oratione, Augustino amico carissimo. Amen.* Occurrit etiam in Cod. XCIX. Plutei LXXXIX. super. Biblioth. Gaddianae, Catalogi nostri Tom. V. pag. 334. §. III. in principio tamen, & in fine aliquantum diversa.

IV. pag. 66. *Epistola del beato Hieronimo ad Eustochio de Virginitate servanda*. Post sacri textus verba: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam &c.* inc. *Per le predete parole, le quale sono scripte nel quadragesimoquarto Psalmo, parla Idio al' anima, e diceli dolcemente: Odi filiola, & vedi &c.* Des. *n' andarai poi col tuo sposo a godere in eterno, il quale è benedeto in saecula saeculorum. Amen.* Circa medium huius Epistolae, ubi de quodam Monachorum genere loquitur, qui *Serrabaiti* vocabantur, recentior manus adscripsit in margine: *Questi figura-*

vano

(1) De hac additione consule Praefationem ad Tom. VIII. Oper. S. Hier. cit. edit. Veronens. pag. VIII.

Digitized by Google

vano li Frati di questi tempi, quali vivano a suo modo.

V. pag. 72. b. *Alcuni amaestramenti dela Vita spirituale.* Opusculum constans Capitibus XV. Inc. *Conciosiacosache'l nostro Signore dica nel Evangelio, che sempre si convenga orare, studia adunque il tempo tuo di spenderlo, o veramente in oratione, o in lectione &c.* Des. *al quale Regno ne perduchi esso benigno Iesu Christo filio de Dio, facto per nui povero in questo mundo, il quale è benedetto in saecula saeculorum. Amen.* Huius Opusculi magna pars deest ob iacturam aliquorum foliorum inter pag. 73. & 74.

VI. pag. 75. *Sermone, e Tractato contra li difetti di molti che paiono, e sono tenuti spirituali, de la infrascripta Epistola de sancto Paulo* ad Galatas, *la quale si lege la Domenica XV. dopo le Pentecoste, la quale incomincia così:* Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus &c. cum Prologo, qui inc. *Il gientilissimo Apostolo Paulo vedendo molti nela Chiesa di Dio havere vista, & nome, & habito de huomini spirituali &c.* Des. *e perchè principalmente in questo Libro si riprendeno li diffetti de li huomini, che hano vista di penitentia, volio che si chiami Disciplina di spirituali, & è distincto per XXV. Capituli.* Libri Caput primum inscriptum: *Del vitio di coloro, che sono tepidi,* inc. *Quanto dispiaci a Dio il vitio de la tepidità, monstrasi ne la Apocalipsi, dove parlando Idio al uomo tepido dice: Or fusi tu, o fredo, o caldo, ma perochè tu sei tepido, io ti vomicheroe de la bocca mia &c.* Caput ultimum, cui titulus: *Di quelli che se indusiano a confessare,* des. *e che non si confessa per amore, ma piutosto per paura, o per ben parere. E questo basti di aver detto contro l'indusiare a confessare. Deo gratias. Amen.*

VII. pag. 125. *Tractato de le molte stolticie, le quale si commeteno ne la batalia spirituale.* Praecedit brevis Prologus, qui inc. *Legendome, e trovando che batalia continua è la vita nostra sopra la terra &c.* Des. *e poniamone quì trenta, avegnachè siano molto più, & in prima.* Tum sequitur Capitum XXX. quibus Libellus constat, tabula. Caput primum: *Di quelli che prendeno arme tropo grave,* inc. *La prima stolticia di questa batalia si è di quelli, che prendeno arme tropo gravi, cioè che tanto s'affligono per opera di penitentia &c.* Tractatus est imperfectus, & desinit in verbis: *monstrò loro le ferite de le mani, e del lato, e disse: Come mandò me lo Padre mio: così mando vui; nel mondo harete presura; ma confidatevi chi oe vinto il mundo.....* quae pertinent ad Caput XXV. cui titulus est: *Di quelli che pogniamo, che entrino a questa batalia, legiermente si sgomentano.* Mutilus est enim Codex in fine.

Codex membranaceus MS. Italicus in 4. Saec. XIV. binis columnis exaratus, cum titulis Capitum rubricatis. Constat foliis scriptis 137.

VOLVMEN . HOC . SECVNDVM
BIBLIOTHECAE . LEOPOLDINAE
EXACTISSIMAM . EXHIBENS . RECENSIONEM
CODICVM . MSS. QVI . IVSSV . PETRI . LEOPOLDI . AVG.
IN . LAVRENT. BIBLIOTH. TRANSLATI . SVNT
ADORNARI . ET . IMPRIMI . CAEPTVM
VII. KAL. APRIL. CIↃ. IↃ. CCXCI.
FELICITER . ABSOLVTVM . EST
KAL. MARTI. CIↃ. IↃ. CCXCII.
REGNANTE. FERDINANDO . III. AVSTRIACO
REGIO . PRINCIPE . HVNG. ET . BOIOHEMIAE
MAGNO . ETRVRIAE . DVCE
SAECVLI . MEDICEI . RESTITVTORE
QVI . DIV . VIVAT . REGNET . ET . TRIVMPHET
LABOR . OMNIA . VINCIT
IMPROBVS .

Digitized by Google

Digitized by Google

32101 075994671

Digitized by Google

Digitized by Google